CÆREMONIALIA
ELECTIONIS
ET
CORONATIONIS
PONTIFICIS ROMANI,
ET
CÆREMONIALE EPISCOPORUM,
juxta prima, genuina ac rariſſima exemplaria
Romana Veneta ac Taurinenſia,
cum Figuris neceſſariis,
una cum curioſo ἀνεκδότῳ
de
CREATIONE PAPÆ PII II.
&
LEONHARDI ARETINI
perraro exque MS. Codice emendato opuſculo
DE TEMPORIBUS SUIS
nec non
AUGUSTINI OLDOINI
CATALOGO AUCTORUM
qui de *Romanis Pontificibus* ſcripſerunt
collecta, edita &
PRÆFATIONE ILLUSTRATA
a

IO. GERHARDO MEUSCHEN,
Sereniſſimis Saxon. Iſenacenſ. & Coburgenſ. Ducibus a Conſiliis Eccleſiaſticis & Conſiſtorii, Eccleſiarum Ducatus Coburgenſ. Generalis Superintendens, Scholarcha, Profeſſor Theol. Prim. Paſtorque P. Coburgenſis, Regiaque Boruſſiaca Scientiarum Academia membrum

Francofurti, ex Officina B. Joh. Max. à Sande. MDCCXXXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI
INVICTISSIMOQUE HEROI

FRIDERICO,

DEI GRATIA

SUECORUM GOTHORUM VANDALORUMQUE

REGI,

LANDGRAFIO HASSIÆ, PRINCIPI HERSCHFELDIÆ, COMITI IN CATTIMELIBOCO, DEZIA, ZIEGENHAINA, NIDDA, SCHAUENBURGO, ISENBURGO ET BUDINGA;

RELIQUA,

REGI AC DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,

GRATIAM PACEMQUE DIVINAM
HUMILLIME PRECATUR

JOHANNES GERHARDUS MEUSCHEN.

Digitized by Google

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI
ET DOMINO
FRIDERICO,
DANIAE
SUECORUM GOTHORUM
VANDALORUMQUE
REGI,
LANGRAVIO HASSIAE, PRINCIPI HERSCHFELDIAE, COMITI IN CATZENELNBOGEN, DIETZ, ZIEGENHAIN, NIDDA, SCHAUMBURGO, MANDERSCHEIDO, BLANKENBURGO ET RHEINECK,
REGIOQUE,
REGI AC DOMINO
SUO CLEMENTISSIMO,
GRATIAM FACESSQUE DIVINAM
TUMULTUARIE PRECATUR
JOHANNES GERHARDUS ARNSCHEN.

Digitized by Google



SERENISSIME, POTENTISSIME ac CLEMENTISSIME REX,

LIcet ingens REGIÆ TUÆ MAJESTATIS Regiique fastigii mentis corporisque oculos feriens splendor me, per plurimorum annorum decursum,

Digitized by Google

ſum, à ſæpius anxieque anhelato demiſiſſimo acceſſu ad REGIAM TUAM MAJESTATEM, deterruit; Vicit tamen tandem hunc fluctuantem meum animum prementem metum, ſumma REGIÆ TUÆ MAJESTATIS clementia, ac auguſta Auguſti humanitas, qua omnes, qui TE coram ſubmiſſe, nec ut aſſem Elephanti daturi, venerantur, ſuaviſſime demulcere ſoles, quæque cum aliis innumeris REGIIS TUIS admirandis virtutibus, tam longe lateque vagatur.

Qua mare, qua tellus, qua ſidus currit utrumque, & quâ quoque ego, omnium licet indigniſſimus, mactatus ſum ante plurimos annos, cum adhuc Hagæ Comitum in Batavis munere ſacri Antiſtitis in Eccleſia Evangelico-Lutherana fungerer, REGIAMQUE TUAM MAJESTATEM conſummatiſſima devotione colerem ut ſupremum ac invictiſſimum Exercituum FOEDERATI BELGII Ducem

æquan-

Digitized by Google

æquantem non ſolum, ſed adhuc, in multis aliis cœleſtibus donis, ſuperantem *Miltiadem*, *Ageſilaum*, *Periclem*, *Scipiones ac Fabios* innata rerum geſtarum prudentia; *Themiſtoclem*, *Epaminondam*, *Pompejum*, *Lucullum*, *Druſum*, *Germanicum*, exque Celſiſſimis ac partâ gloriâ inter mortales etiam immortalibus, REGIÆ TUÆ MAJESTATIS *Atavis*, *Henricum* ac *Philippum* magnanimos, & *Henricum* ferreum, magnanimitate & Heroica, imo Herculea fortitudine; ipſumque *J. Cæſarem* eruditione, Victoriis atque Trophæis viam TIBI jam eo tempore parantibus ad fortiſſimæ, prudentiſſimæ, Religioſiſſimæ, optimæq; Suecicæ gentis Regium culmen, in quo jam vera & non fucata Salomonea ſapientia, juſtitia, felicitate ac gloria adeo emines, ut ideò univerſum terrarum orbem admiratione ac ſtupore plane defixum teneas. Hæc itaque ſemel experta REGIÆ TUÆ MAJESTA-

Digitized by Google

STATIS, præ omnibus terrarum Dominis, elucescens & numquam labascens gratia, perculsam meam hactenus timorementem iterum ità refecit, ac erexit, ut excusso omni dubio, præsentem hunc librum, licet non mole, tamen raritate contentorum in illo opusculorum aliquali modo gravem, ut certissimum humillimi mei cultus symbolum, ad infimum saltem Regii TUI solii gradum submississimè deferre, & unà mecum, Regio TUO Favori ac tutamini commendare sustineam; idque eo magis, quia in illo, licet ab ipsis ibi congestis scriptoribus Pontificiis, Ecclesiæ, præcipue autem Curiæ Romanæ nuditas, nævi, artes, ac immensus Pontificis Romani fastus, sibi in sua inauguratione maximos & supra se (ut plurimum ex sordidissima plebeja progenie, ne dicam fæce, oriundum) à Deo, dignitate, sanguine, virtutibus ac meritis longissimè elatos Imperatores, Reges ac Principes, ut infimos non stabularios,

Digitized by Google

bularios, ſed, o dirum nefas! abjectiſſimos equarios, ſubjiciens, ſunt detecta, & in apricum poſita; REGIAM autem TUAM MAJESTATEM univerſa noſtra mecum Eccleſia impenſiſſimo cultu proſequitur, ut ſummum Veritatis noſtræ Evangelicæ Defenſorem, hanc cum omnium candidis hujus Veritatis Teſtibus Regio TUO, protegentem præſidio, & enarrata, aliaque Curiæ Romanæ deploranda mala, non ſolum faſtidio odioq; habentem, ſed etiam longe a Regnis ac Provinciis TUIS porro, moribus antiquis piis Suecicis ac Haſſiacis, retundentem & propellentem. Dignetur itaque, REGIA TUA MAJESTAS dare hoc ſupplicibus his meis precibus, ut qualecunque hoc devotiſſimi animi mei libamen, clementiſſimis TUIS Regiis manibus ſuſcipias, ei mihique in Regio, ut Dextri Numinis Aſylo, minimum locum indulgeas, ſceptrumque gratioſiſſimum Regium inclines ad eum, qui venerabundus ſe demittit ad

 Re-

Digitized by Google

Regios TUOS pedes, ac pro TUA, Totius Regiæ ac PRINCIPALIS DOMUS ac universi Suecici Regni, omniumque AVITARUM Provinciarum, perenni ac incolumi salute, Felicitate, Flore, Incremento ac gloria perpetuas ardentissimasque ad DEUM fundit preces, ut

SERENISSIME,
POTENTISSIME ac CLEMENTISSIME
REX,
REGIÆ TUÆ MAJESTATI

Scrib. Coburgi ipsis Kalendis Octobris
Anno Salutis cIↃ IↃcc XXXL

Subjectissimus ac Devotissimus Servus
IO. GERHARDUS MEUSCHEN.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO AD LECTOREM.

QUamvis Ecclesia primitiva variis canonibus, constitutionibus, decretisque Patrum ac Conciliorum electiones Episcoporum aliorumque Ecclesiarum antistitum determinavit ac circumscripsit, ut ad modum electionis 7. primorum Ecclesiæ Apostolicæ Diaconorum Actor. VI. essent legitimæ ac canonicæ, nec aliquis tanto sacro munere plane indignus, ad hoc obliqua via, nempe vi, fraude, favore, donis, aliisque Simoniacis detestandis artibus, Satanæque stratagematibus

Digitized by Google

tibus aſcenderet, clavumque navigii eccleſiaſtici ad ſe raperet, ut illud expanſis quaſi carbaſis ad vortices, cataractas, brevia Syrtes ac ſcopulos duceret & tandem barathro plane immergeret; Tamen non obſtantibus hiſce legibus omnique adhibita præcautione omnibus temporibus inventi ſunt tales maleferiati ac ambitioſo ſpiritu acti homines, qui deſerentes rectam divinæ electionis & vocationis viam, peſſimâ anfractuoſâ ſe ſe ad regiminis eccleſiaſtici ſummum faſtigium, in Eccleſiarum ac tot millium animarum interitum, evexere, uti hoc teſtantur infinita nec ſatis deploranda exempla tam in Orientali quam Occidentali Eccleſia idque per ſingula ſecula; ex quibus, ut huic meæ aſſertioni fidem faciam, tangam ſolum ſeculum IV, utpote in quo dictis Simoniacis aliisque doloſis artibus in Oriente occuparunt Epiſcopatum Conſtantinopolitanum, *Maximus*, *Arſacius*, *Atticus* & *Nectarius*; Alexandrinum, *Gregorius Cappadox*, & *Collythus*; Antiochenum *Paulinus* & *Porphyrius*; Hieroſolymitanum *Herennius*; Epheſinum *Antoninus*; ac Nicomedienſem *Gerontius*: Et in Eccleſia occidentali epiſcopatum Mediolanenſem *Auxentius* & ipſam Romanam ſedem *Felix II*, *Urſinus*, *Damaſus* & *Liberius*, uti hoc ex Annalibus Eccleſiaſticis ſatis ſuperque conſtat. Si autem unquam ad ullam eminentem Epiſcopalem ſedem peſſimis contra divinas eccleſiaſticasque regulas gradibus ſeſe indigniſ-

Digitized by Google

dignissimi homines elevarunt, factum hoc est sane ad *Romanam*, utpote quæ omnibus seculis istiusmodi illegitimis & non Canonicis electionibus concussa est, & quidem, ut tactum jam seculum IV. præteream, fecere hoc *seculo V. Eulalius* Petrus ac Laurentius; *seculo VI.* Dioscorus, Vigilius; *seculo VII.* Petrus, Theodorus & Paschalius; *seculo VIII.* Dioscorus, Theophylactus; *secul. IX.* Zinzinus, Johannes VIII, Sergius II. Anastasius, Martinus II; *seculo X.* Leo V, Christophorus, Johannes XI, Johannes XII, Johannes XIII, Bonifacius VII, Johannes XVIII, Sylvester II; *seculo XI.* Johannes XIX, Johannes XX, Benedictus VIII, Johannes XXI, Benedictus IX, Sylvester III, Gregorius VI, Leo IX, Cadolus, Gregorius VII, Victor III, Urbanus II; *seculo XII.* Gelasius II, Honorius II, Victor IV; *seculo XIII.* Cœlestinus IV, Gregorius X, Martinus IV, Bonifacius VIII; *seculo XIV.* Johannes XXIII, Urbanus VI, Clemens VII, Benedictus XIII; *seculo XV.* Johannes XXIV, Paulus II, & Alexander VI; & *seculo XVI.* Julius II, Leo X, Sixtus V, ut plures alios taceam, qui omnes vel astutia & fraude, vel Simonia vel factionibus pactionibusque, vel vi & armis imo & partim meretricum magicisque artibus prætensam S. Petri sedem occuparunt, quemadmodum hoc multis intermixtis doloribus ac interdum acerbioribus invectivis ex ipso Romanæ Ecclesiæ gremio testantur. *S. Abbo, Anastasius, Franciscus Petrarcha*, Martinus

Digitized by Google

tinus *Polonus*, *Ludovicus Bologninus*, *Bonifacius Simonetta*, *Georgius Wicelius*, *Johannes Stella*, *Radulphus Bartholomæus Platina*, hujusque continuatores *Onuphrius Panvinius*, & *Antonius Cicarella*; porroque *Jacobus Strada*, *Joh. Sambucus*, *Bartholomæus Ossa*, *Alphonsus Ciaconus*, *Johannes de Columna*, *Pandulphus Masca*, *Bardinus*, *Papyrius Massonius*, *Lucas Holsteinius*, *Franciscus Carriere*, ac *Andreas du Chesne* in specialibus de vitis Romanorum Pontificum scriptis; *Ciaconius* in luculento de vitis Romanorum Pontificum opere; *Ferdinandus Ughellius* in splendidissima sua Italia sacra Tom. I. & ex Annalistis *Schedelius*, *Regino*, *Sigebertus Sabellicus*, *Philippus Pergamensis*, *Cæsar Baronius*, hujusque continuatores *Abraham Bzovius*, *Odoricus Raynaldus*, & *Henricus Spondanus*; & ut multo adhuc plures injustissimarum Electionum papalium scriptores ac testes præteream *Theodoricus a Niem*, *Franciscus Zabarella*, ac *Johannes Marius* in historia schismatum Ecclesiæ Romanæ; ac denique *HERMANNUS* de *Ordine Minorum* Secul. XI. Scriptor. in suo hactenus frustra ab eruditis quæsito, a me tamen tandem in a multis annis instituto Itinere meo Alsatico-Helvetico invento MSto Chronico, *Flores Temporum* appellato, a *Michaële Eysenhart* continuato, & a me Deo volente, proxime in publicum & ecclesiasticæ & literariæ reipublicæ usum ex suis spissis cimmeriis, quibus hactenus oppressum fuit, tene-

Digitized by Google

tenebris, publicæ luci cum aliis rarioribus libris ac anecdotis reddendo. Quia vero enumeratæ hæ quamplurimæ illegitimæ discordesque Episcoporum Pontificumque Romanorum electiones mirum in modum universam Ecclesiam Christianam, tam Orientis quam Occidentis, turbarunt, varii nihilo minus hosce tristes motus non sine intima animi commotione ponderantes ingentii Romani Pontifices inventi sunt qui hisce pessulum obdere & electionem hujusque modum arctioribus constringere legibus tentarunt, nempe secul. XI. *Nicolaus II*, qui turbis post mortem suorum prædecessorum *Stephani IX.* & *Benedicti X.* excitatis commotus, in *Concilio Lateranensi* novam ideo electionis formam excogitavit, in eo consistentem ut adscitis ad clerum & populum (quibus hactenus solum *jus electionis*; Imperatoribus Romanis autem horumque Exarchis *jus præsentandi, confirmationis* competebat; & adhuc debetur) *Cardinalibus* electio placide ac canonicè perageretur; cui instituto accessit deinceps seculo XII. *Alexander III.* in concilio Lateranensi novo, hanc legem ferente, ut ad evitanda Schismata, ea demum pontificis electio pro legitima ac canonica haberetur, quæ a duabus eligentium Cardinalium partibus esset peracta. Verum cum nec hac constitutione satis prospectum erat hisce electionibus hæque nimis longa ac ad summas dissensiones ac schismata ocasionem dante mora, res Ecclesiæ magis magis-

Digitized by Google

gisque in pejns ruerent, tandem ſeculo XIII. anno 1274. *Gregorius Decimus*, Vir excepta honoris ac auri ſacri ſame, aliàs integerrimus, ad acceleran-dam Pontificis electionem, & ne ſedes Romana ite-rum uti poſt anteceſſoris ſui Clementis IV. obitum factum, Cardinalium deliberationibus ac hinc artis diſſenſionibus *per tres* fere annos ſummo antiſtite pri-vata eſſet; nec uti tandem in ſua electione contigit, unus eligentium Cardinalium ſcommate *tecti Latera-nenſis detectione, ad facilitandum* (ſcil.) Spiritus S. deſcenſum a Deo expeteret novum hodieque adhuc uſitatum *conclàve* electionis, cui Cardinales usque ad peractam electionem includendi condidit, quod dein anno 1351. *Clemens VI*, (infenſiſſimus Imperatori *Ludovico* & univerſo imperio vir, & ab *Occamo*, *Petrarcha Hajabale* porroque ab Anonymo in rariſſi-ma *Epiſtola Leviathanis* principis tenebrarum ut ve-rus Antichriſtus depictus:) novis cancellis, nempe ſpe-ciali bulla cinxit; *Iulius II.* propria in ſua non cano-nica electione acquiſita experientia meliora edoctus, anno 1351. renovavit, *Paulus IV*, Theatinorum pa-ter vel conditor novis decretis ornavit & *Pius IV.* doctus quidem, ſed nimium ſimul rigidus, Præſul anno 1562. ſpeciali Bulla confirmavit tempusque ele-ctionis congregatis omnibus in conclavi Cardinali-bus, ſpatio decem dierum adſtrinxit, aliasque, con-clavis hujus Præfectum, Conclaviſtas, victumque Car-

Digitized by Google

Cardinalium tangentes optimas leges ſancivit. Tandem vero pergulam hanc electoralem papalem, in cujus exſtructione ac ornatu tot jam enarrati Pontifices una cum *Clemente VIII*, *Leone XI* & *Paulo V* deſudaverant, perfecit, & ad ſummum faſtigium erexit Pontifex *Gregorius XV*, raro hactenus exemplo, in corona Cardinalium *via adorationis* ad Pontificale ſolium elatus, aliaſque oculatiſſimus Princeps; ſuo *Ceremoniali Electionis Pontificis Romani*, anno 1621 *Romæ* in typographia Cameræ Apoſtolicæ, in quarta papyri forma typis exſcripto, inque hoc non ſolum tres in jure Canonico expreſſos modos *inſpirationis* ſeu *adorationis*, *compromiſſi* & *ſcrutinii* vel *acceſſus* renovante; verum etiam novam ac certiorem per ſecreta in ſcrutinio & acceſſu ſuffragia methodum præſcribente, hujusque impreſſionis curam gerente clariſſimo ac doctiſſimo viro *Franciſco Ingolo* utriuſque Juris Doctore, ac Presbytero primum Ravennatenſe, dein autem curiæ Romanæ Abbreviatore. Cui denique calculum ultimum adjecit *Urbanus VIII*, ita ex proprio, contrarium ac durum illuſtriſſimæ ſuæ *Barbarinorum* familia nomen reſpiciente, nutu vocatus, ſua *confirmatione Bullæ Gregorii XV* de *Electione Romani Pontificis*, edita iterum *Romæ* ex typographia Cameræ Apoſtolicæ 1626 fol. Quia enim hic doctiſſimus, magnanimus, vereque erga eruditos (exceptis miſero *Marco Antonino de Dominis* paucisque aliis) *Urbanus* Pontifex, in ſua propria electione, & in hac nimium protracto hujus electionis tempore, expertus fuerat in conclavi non ſolum decem Cardinalium ac multo plurium Conclaviſtarum Prælatorum

)( )( )(ac

Digitized by Google

ac Secretariorum mortem, suumque proprium, cum aliis 14 Cardinalibus, lethalem morbum, conditas *Gregorianas* Electionis papalis leges non solum confirmavit, verum etiam arctiore, tempus modumque tangente, sepimento quod *cautelas* alias vocamus, munivit.

Quia itaque in duabus hisce Constitutionibus *Gregorii XV & Urbani octavi* modus electionis Pontificis Romani, una cum conclavi, curate describitur, egoque à variis amicis, à multis jam retro annis, requisitus sum, ut universum Electionis ac Coronationis papalis processum (cujus electionis brevem modo, nec etiam perfectam delineationem, saltem ex solo Gregoriano Cæremoniali dedit celebratissimus ecclesiæ nostræ Theologus *Joh. Fried. Meyerus* in suo, alias eruditissimo opusculo *de Pontificis Romani electione* ed. Hamburgi 1690. 4to) uti in suum aliorumque, quos ille adhuc lateret, usum, publici juris facerem, constitui ipsas memoratas constitutiones denuo prelo ad prima allegata exemplaria subjicere, idque eo magis, quia rariores sunt, & in amplissimis etiam bibliothecis vix occurrunt, mihi autem tandem, post longam disquisitionem, ante aliquot annos Româ missa sunt à beato venerando ac optimo viro *Paulo Gieseke*, Hamburgensi, dum viveret Pastore vigilantissimo Scobensi in Hungaria, discipulo amicoque meo olim esoterico ac æstumatissimo; cum ille Romæ cum duobus Baronibus, quibus ut studiorum ac morum moderator præfectus erat, hæreret. Quia autem in prædictis *Gregorii XV & Urbani VIII* Constitutionibus electionis Papalis modus solum delineatus

est,

Digitized by Google

est, non autem simul Inaugurationis ac Coronationis, hunc adjeci primum ex *Cæremoniali Romano* quod speciali jussu ac auctoritate *Leonis X.* editum est Venetiis 1516 fol. à *Christophoro Marcello* ex nobili Veneto Marcellorum stemmate oriundo, Archi-Episcopo Corcyrense, viro suo tempore doctissimo, & ex aliis etiam scriptis illustri, nempe *libris VI de anima* editis Venetiis 1508; 4to; libris II de *Auctoritate Summi Pontificis contra Lutherum*, impressis Florentiæ 1521. 4; supplemento librorum *Jacobi Gretseri de funere Christiano*, recuso Wittebergæ 1612. 4; *Exercitationibus in Psalmos VII priores*, typis exscriptis Romæ 1525. 4to; & insuper variis *orationibus*; unde sane dignus meliori & non tam iniquo fato, quod *Johannes Pierius Valerianus* in libello *de Literarum infelicitate*, *lib.* 1. *pag.* 16. edit. Helmstadii 1664. 12; de illo recenset, scribens: *Christophorus Marcellus* primarius Corcyrensium Flamen, *Clementi* nostro, *Pontifici Maximo*, ob egregias animi dotes acceptissimus, dum in dies longe, amplioribus ab eo honoribus honestandus est, in proximam incidit Romanarum rerum calamitatem, ex qua ab Hispanis, qui nuper urbem Romam clam aggressi captam diripuere, in captivitatem ipse abactus, bonis & suis & suorum omnium exspoliatus, quæ immanissimorum hominum, Italici nominis odio, crudelitas fuit, multis affectus tormentis, cum intolerabilia, quæ illi flagitabant, tributa solvendo non esset, perditisque rebus omnibus, qua se spe, vel cujus auxilio & ope sustentare posset, non haberet, *Cajeto* animam miserabiliter exhalavit. Ajunt enim Hispanos, posteaquam

Digitized by Google

se auri, quod popoſcerant, ſpe deſectos intellexerunt, clariſſimum hunc virum catena religatum, nudum ſub Dio ad arboris cujusdam truncum expoſuiſſe, ſinguliſque diebus digitos ejus ſingulos exungulaſſe, eumque ita demum inter atrociſſimos eos cruciatus, fame inſuper & vigilia, & diurni nocturnique aëris inclementia necatum. Et hic, benevole Lector! lugubris exitus fuit tanti Præſulis, cui debemus laudatum hodie perrarum *cæremoniale Romanum*, ut publicum Eccleſiæ Romanæ librum Liturgicum, recuſum *Coloniæ Agrippinæ* 1557 & 1572. 8, & dein in multis auctum Venetiis apud Juntas 1582, in 4to mediæ formæ, cum figuris, qua editione ego utor, quæque omnes priores editiones, & ipſam primam Romanam, nitore vincit, quæque ex bibliotheca Reverendiſſimi *Archiepiſcopi Amalthei* ad me, ſecunda & non exſpectata fortuna, delata eſt, & quam, ſi ſcirem me publico literario rem gratam facturum, iterum, & ſi hoc magis placeret, mihique & tempus & officia & conſtitutio corporis hoc permitterent, notis illuſtratam, una cum aliis Eccleſiæ Romanæ publicis Liturgicis libris, nempe *Rituali Romano* juſſu Pauli V Pontificis Max. Antvverpiæ 1625 in 4to edita nec non *Paſtorali Romano*, ibidem 1589 in 4. luci expoſito, ſub prelo repetita vice deſudandam libentiſſime curabo. Sed, ut in orbitam redeam, quia in hoc *Cæremoniali* non omnia continentur, quæ hodie in inauguratione Pontificis Max. Romani obſervantur; Hæc autem in *Pontificali Romano*, quod longe poſt *Cæremoniale* juſſu & auſpicis. *Gregorii XIII*

Digitized by Google

gorii XIII demum perfectum est, curatius enarrantur, hoc etiam in subsidium vocavi, & defectum *Cæremonialis* ex hoc *Pontificali* supplevi, & quidem ex hujus genuina rarissimaque ab ipso Gregorio XIII. adornata editione *Veneta* apud *Juntas* 1561 & apud eosdem 1582 in fol. majori seu forma Atlantica, cum figuris, quæ ultima priorem nitore superans editio repetita est Parisiis 1664 fol. cum figuris equidem æneis elegantissimis, textu autem non tam correcto, quam in laudatis *Juntinis* editionibus. Constat hoc *Pontificale tribus* partibus, quarum *prima* complectitur non solum electionem & inaugurationem Pontificis Max. verum etiam consecrationem Episcoporum, Abbatum ac Abbatissarum aliarumque monialium, nec non Coronationem Imperatorum, Regum ac Reginarum, ac denique creationem ac benedictionem novorum equitum. *Secunda pars* exhibet consecrationem Ecclesiarum, Altarium, sacrorum rasorum, campanarum, armorum vexillorumque bellicorum &c. *Tertia* autem monstrat officia sacra, à Papa per universum annum perficienda, nec non actus excommunicationis, reconciliationis pœnitentium, visitationis ecclesiarum, aliaque solennia, in receptione Regum ac Principum, Papam salutantium, observanda. Qui immensi ac inexplebilis fastus Pontificis Romani veram effigiam desiderat, hanc ad summam nauseam inveniet in hoc Pontificali Romano, præcipue in illis quæ ex hoc inserui huic meo *Cæremoniali* pag. 178. Sed ut ab hoc Pontificali Romano descendam ad *Ce-*

Digitized by Google

remoniale Episcoporum, quod in hoc meo opere subjunxi *Caremoniali Electionis* ac *Coronationis Pontificis Romani*, hunc in gratiam illorum quos Liturgica Romanæ Ecclesiæ officia fugiunt, quæque per universum annum in omnibus Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis ab Episcopis vel aliis Præsulibus observantur, adjeci. Debemus hoc reformatum *Clementi VIII*, religioso ac erudito Principi, qui hoc typis dari curavit *Romæ* 1600 fol. quodque à plurimis mendis, erroribusque typographicis, quibus prima hæc Romana editio scatet, purgatum *Johannes Dominicus Tarinus* recudit *Augustæ Taurinorum*, seu Turini 1602 in 4. mediæ formæ, & quidem nitidissimo charactere, quamque editionem, ut omnium optimam, in hac mea collectione secutus sum. Huic autem *Episcoporum Cæremoniali* adjunxi *Electionem ac Coronationem* eruditissimi omnium ferè Pontificum, *Pii II*, antea ex variis eruditis scriptis clarissimi sub nomine *Æneæ Sylvii*, quam in MSto accepi Hagæ Comitum anno 1715 ex luculentissima ac instructissima bibliotheca *Saraziana*, quæque descriptio non solum electionis modos, in Cæremonialibus *Gregorii XV.* & *Urbani VIII.* præscriptos, hac *Æneæ Sylvii* electione magis illustrat, verum etiam artes ac stratagemata, quibus purpurati & in conclavi congregati Patres in electione Pontificis utuntur, pandit, monstratque quam longe tales electiones, ut plurimum, ab implorato *in Missa de Spiritu S.* hujus instinctu, & à prætensa divinitate absint, uti hoc pluribus probavit eruditissimus ille *Anonymus* qui Galli-

Digitized by Google

Gallico idiomate *Historiam Conclavium*, à *Clemente V* usque ad nostrum, quod jam volvitur seculum, scripsit, quæque tertia vice edita est *Amsteledami* 1703, 8, & quâ electio *Æneæ Sylvii* eodem quidem modo, ut in nostro MS. describitur, tamen non enarrantur, quæ in hoc legimus, nempe *Calixti VII* mors hujusque causa; ea quæ accidere *Æneæ Sylvio* ante electionem; & iniquum denique fatum, quod ei post electionem in sua coronatione, proculdubio instinctu, spe Pontificalis dignitatis dejecti *Cardinalis Rhotomagensis*, contigit. Quia quoque hujus *Æneæ Sylvii* familiaris amicus *Leonhardus Aretinus* primus in Italia cum *Chrysolora* bonarum literarum restaurator, (cum quo ille in Concilio Basileensi, in quo uterque Secretarii munere fungebatur, intimam amicitiam contraxerat, quemque summis laudibus evehit, ejusque mortem dolet, epistola *LI ad Johannem Capisium fol.* 15 editionis Norimbergæ 1486 4to) in suo omnium rarissimo opusculo *de temporibus suis*, varia arcana in electionibus Pontificalibus, & quorundam Pontificum nempe *Innocentii VIII Johannis XXIII.* ac *Martini V* (utpote quibus 3 Pontificibus à secretis intimis fuit) memoranda & ab aliis vitarum Pontificalium Scriptoribus non, aut vix, tacta fata depinxit, & simul Florentinorum, Gibellinorum, Mediolanensium, Neapolitanorum, Gallorum ac Hungarorum &c. motus candide descripsit, operæ pretium duxi hunc hic etiam sub incudem typographicam revocare, & quidem ex MSto *Philippi Beroaldi*, summi ac eruditissimi suis temporibus viri,

corre-

Digitized by Google

correctiorem, quam in prima ac unica, ideoque rariſſima editione, quæ prodiit *Florentiæ* 1485. 4to. Cum vero opuſculo hoc abſoluto, adhuc daretur vacuum, ad hujus fugam tandem adhuc adjeci *Auguſtini Oldoini*, patria Spedienſis in Liguria, ac Societatis Jeſu magni eruditiſſimi ornamenti, *Catalogum Auctorum* qui de *Romanis Pontificibus ſcripſerunt*, quo ille clauſit ſuum eruditum *Athenæum Romanum* (id eſt *Expoſitionem Vitarum ac Scriptorum ſummorum Pontificum, ac Pſeudo-Pontificum, Cardinalium & Pſeudo-Cardinalium*) editum *Peruſiæ* 1676. 4, & quo ego etiam finem huic meæ collectioni impono, Lectoremque Benevolum impenſe rogo, ut qualemcunque hanc meam operam æqui bonique conſulat, in ſuum, aut publicum uſum vertat, mihi meiſque muſis faveat. Scribebam Coburgi in Franconia d. XII Septembris 1731.

Johann Gerhard Meuſchen.

CÆRE-

Digitized by Google

CÆREMONIALE

CONTINENS

RITUS ELECTIONIS ROMANI PONTIFICIS GREGORII PAPÆ XV.

JUSSU EDITUM.

Ad Lectores

PRÆFATIO

FRANCISCI INGOLI J.U.D.

& Presbyteri Ravenn.

QUONIAM *duo sunt Lectores præstantissimi, quæ magnam possunt afferre lucem iis, quæ hoc volumine continentur, Historia, scilicet,* GREGORIANE Constitutionis, *ejusque* Cæremonialis; *Et causæ, quæ ad ejus editionem animum meum impulerunt; Idcircò ea in hac præfatione exponere decrevi. Quod igitur attinet ad primum* PAULO V. *Romano Pontifice vita*

A *functo,*

functo, die 28. Januarii, anni à Christi Nativitate sexcentesimi vigesimi primi supra millesimum. Et assumpto nona die Februarii ejusdem anni ad Apostolatus apicem, ALEXANDRO CARDINALI LUDOVISIO *Archiepiscopo Bononiensi, qui* GREGORIUS XV. *nuncupatur, & hodie sedet felicissimè in Sacra Beati* PETRI *Cathedra; inter præcipuas ejus cogitationes, una fuit, æterna memoria celebranda, ut quod* CLEMENS VIII. Leo XI. & PAULUS V. *circa Conclavis, & electionis Romani Pontificis reformationem inchoaverant, & ob varias rationes, & causas perficere non potuerant, ipse resumeret, & omnibus modis absolveret. Quam cogitationem, cùm plurimi S. R. E. Cardinales intellexissent, ut publici boni, ac libertatis Sacri Collegii studiosi, non solùm summoperè commendarunt, sed etiam sæpè sæpius apud Sanctitatem Suam egerunt, ut de Romani Pontificis electione per secreta suffragia celebranda Constitutionem ederet, quòd multas, & egregias utilitates Ecclesia Romana, atque adeò universa Respublica Christiana ex ea relatura esset. Et cùm Sanctissimus ad id peragendum se promptissimum exhibuisset, & consilii rem hujusmodi esse respondisset; negotium eo jubente diù, multùmque agitatum fuit, ac tandem multorum Cardinalium repetitis officiis, & omnium maximè Cardinalis* LUDOVISII *ejusdem Sanctissimi secundùm carnem nepotis, qui in eam rem serio incumbebat;* post octo mensium deliberationem, *Divina adspirante gratia, Sanctitas Suà Constitutionem sanciendam decrevit. Quapropter* SCIPIONI *Cardinali Sanctæ Susannæ, quod Secretariæ Brevium, & Vaticanæ Bibliothecæ præesset, injunctum fuit; ut quæ in antiquis monumentis consignata de hujusmodi electione essent, & quæ sub* CLEMENTE VIII. LEONE XI. & PAULO V. de reformando Conclavi *acta essent, dispiceret; quibus per eundem Cardinalem peractis, relatisque eidem, ac nonnullis aliis Cardinalibus, inter quos erat Cardinalis* LUDOVISIUS; *mandatum fuit, ut nova per secreta suffragia electionis forma reperiretur, quæ à Sacrorum Canonum Decretis, ac recepto more eligendi Romani Pontificis, quanto minus fieri posset, recederet. In negotio diligentissimè discusso, & examinato, & aulitis etiam aliis*

viris

Digitized by Google

viris doctrina, prudentia, & experientia præditis, in eam iuerunt sententiam, ut servato ALEXANDRI III. Decreto de duabus partibus ex tribus suffragiorum in electione Romani Pontificis adhibendis, tres formæ electioni à Jure Canonico statutæ in inferioribus Prælatis eligendis, ad Romani Præsulis electionem transferrentur, ac præterea, ne accedendi usus ad celeritatem electionis maximè utilis; & longo tempore in Ecclesia Romana servatus, tolleretur, secretus quoque accedendi modus adhiberetur. Et rursus, quæ ex Congregationum decretis sub CLEMENTE, & PAULO è re esse viderentur, in nova ponerentur Constitutione. Cum autem hæc omnia Sanctissimo fuissent relata, Constitutionis novæ conficiendæ cura eidem Cardinali S. Susannæ commissa fuit, qui in negotio hujusmodi prudenter, ac maturè procedens, Constitutionem juxta sibi præscriptam jussionem confecit, ac Sanctissimo Domino Nostro obtulit. Ut autem Sanctitas Sua, Cardinalium in re hujusmodi sententias audire posset, Constitutionis exemplo ad Cardinales præsentes, & non longè à Curia absentes transmisit; quibus deinde post multos dies singillatim auditis, eorumque sententiis etiam scripto acceptis, ea primùm à Congregatione sex Cardinalium in ædibus Cardinalis FARNESII habita, recognitæ fuerunt, & postea, quæ consultatione indigere visæ sunt, in alia Congregatione decem, & septem Cardinalium coram eodem Sanctissimo convocata, propositæ fuere, ac demum juxta ipsius Congregationis decreta, præfata Constitutio, quæ per manus Cardinalium transmissa fuerat, ita eodemet Sanctissimo præcipiente, reformata fuit, eo, quo nunc conspicitur modo. Cùm verò nihil reliquum esset ad negotium transigendum, Sanctissimus in proximo secreto Consistorio, 17. Kalendas Decembris 1621. habito, Constitutionem sancivit Romana Curia plaudente, ac multis Cardinalibus, splendidissimis verbis, ac summis laudibus saluberrimam actionem comprobantibus. Quoniam autem in hac Constitutione, multa veteribus addita sunt Constitutionibus de Romani Pontificis electione, propter quæ Cæremoniale vetus, in hac parte correctione indigebat, & ob novam per secreta suffragia, tam in Scrutinio, quàm in Accessu introductam electionis formam, in pluri-


Digitized by Google

rimis deficiebat, octo fuerunt delecti S. R. E. Cardinales, quibus mandatum fuit, ut simul cum primo Cæremoniarum Magistro Paulo Alaleono congregati, Cæremoniale novum pro electione Romani Pontificis juxta veteres Constitutiones, & præsertim novissimam Gregorianam componerent. Cùm itaque delecti Cardinales seriò examinato, & discusso negotio, Secretario Congregationis, quæ ob institutum ipsius, Cæremonialis Romani nuncupabatur, commisissent, ut juxta resolutiones in Congregationibus tàm generalibus, quàm particularibus captas, novum Cæremoniale componeret, & Secretarius imperata fecisset, misissetque compositum Cæremoniale per manus prædictorum Cardinalium, illud tandem juxta eorum sententias emendatum, & in postrema Congregatione comprobatum; Sanctissimo fuit oblatum, & ab eodem post maturam deliberationem Apostolica auctoritate confirmatum. Et hæc de historia Gregorianæ Constitutionis, & novi Cæremonialis. Quòd verò attinet ad secundum, videlicet ad causas editionis hujus voluminis; si de Constitutione Gregoriana, & Cæremoniali novo sermo sit, satis superque manifesta est causa, ob quam in hoc volumine, & Constitutio prædicta, & Cæremoniale simul edita sunt; nam cùm Cæremoniale sit praxis quædam theoriæ in Constitutione contentæ, meritò in uno, & eodem volumine conjunctim impressa sunt. Si verò de aliis Decretis, & Constitutionibus circa electionem Romani Pontificis emanatis, oratio habeatur, plures possem assignare causas, quæ ad eorum editionem simùl cum Gregoriana Constitutione, & novo Cæremoniali animum meum induxerunt; sed studens brevitati, duas tantùm recensebo; quarum altera fuit, quia commodissimum esse visum est, omnia de Romani Pontificis electione jura, sive ad theoriam, sive ad practicam pertineant, in unum collecta volumen haberè; hoc enim modo à tædio, ac labore inquisitionis hujusmodi jurium studiosos; aliosque omnes illorum curiosos liberavi; altera fuit, eaque præcipua causa hujus editionis, quia hunc librum S. R. E. Cardinalibus, præsertim Sede vacante, gratissimum futurum esse existimavi. Cùm enim negotium electionis Romani Pontificis ad eos pertineat; ipsique Constitutiones, & jura de hujusmodi electione

emanata

Digitized by Google

emanata observare teneantur, alioquin censuris gravissimis implicentur, & pœnis maximis, præsertim perjurii ob juramenta, quæ sæpe sæpius præstant super eorum observatione subjiciantur; expedit illis omnia de electione Romani Pontificis jura, in unum edita volumen habere; ut possint unico, ut ita dicam, intuitu, ac sine multo labore, quid ad eorum officium potissimum eo tempore pertineat, conspicere; Et hoc facto censuras, & pœnas præcavere, ac (quod illis magnoperè cordi esse debet) in electione Romani Pontificis ita se gerere, ut quamprimum Ecclesiæ Catholicæ provisum sit de idoneo, & sufficienti Pastore, ad quod peragendum in prædictis juribus tot monitionibus, adhortationibus, præceptis, comminationibus, ac pœnis tam sæpe, ac frequenter incitantur, ac etiam divini obtestatione judicii impelluntur. Et hæc sunt, quæ paucis volui indicare, ut instituti mei rationi, in initio propositæ satisfacerem. Valete.



Digitized by Google

CARDINALES

& alii deputati a Smo D. N.

D. GREGORIO PAPA XV.

Ad componendum Cæremoniale novum pro electione Romani Pontificis.

Antonius Card. Saulius Episc. Ostiensis.
Franciscus Card. Sfortia Episc. Tusculanus.
Octavius Card. Bandinus Episc. Prænestin.
Joannes Garsia Card. Millinus.
Robertus Cardinalis Ubaldinus.
Scipio Card. Sanctæ Susannæ.
Ludov. Card. Ludovisius S. R. E. Camerar.
Franciscus Card. Sacratus.

Paulus Alaleonus Magister Cæremoniarum.
Franciscus Ingolus Ravennas Secretarius.

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIONES ROMANORUM PONTIFICUM

ET DECRETA CONCILIORUM

Ad electionem PAPÆ pertinentia.

SYMMACHUS PAPA

in Concilio Romano.

SUMMARIUM.

Papa superstite, & eo inconsulto, non potest tractari de futuri Pontificis electione, sub pœnis hic contentis.

SI QUIS, Papa superstite pro Romano Pontificatu cuiquam quolibet modo favorem præstare convincitur, loci sui honore privetur, & infra. Si quis Presbyter, aut Diaconus, aut Clericus Papa incolumi, & eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano Pontificatu accommodare, aut pyctacia promittere, aut Sacramentum præbere tentaverit, aut aliquod certè suffragium polliceri, vel do hac causa privatis conventiculis factis deliberare aliquid, atque decernere præsumpserit, loci sui dignitate, vel communione privetur, & infra. *Edita ann. salut. 499. & refertur inc. si quis Papa, dist. 79.*

Reve-

Digitized by Google

Revelantibus delinquentes contra supra positum Conc. Romani decretum impunitas datur, & remuneratio promittitur.

§. Propter occultas fraudes, & conjurationum secretas insidias, quas sententia hujus districtionis persequitur, si quis ad Ecclesiasticam pertulerit notitiam consilia eorum, qui contra hanc synodum de Pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione convicerit, particeps hujusmodi actionis, non solùm purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione, quæ non indigna sit, sublevetur.

NICOLAUS PAPA II.

in Concilio apud Lateranum habito.

SUMMARIUM.

Ponuntur causæ hujus decreti.

Etida Ann. Dom. 1059. & refertur dist. 23.

IN Nomine Domini Nostri IESU CHRISTI, & Salvatoris, ab incarnationis ejus anno millesimo quinquagesimo nono, mense Aprili, indictione duodecima, præpositis sacrosanctis Evangeliis, præsidente quoque Reverendiss. ac Beatissimo Papa NICOLAO in Basilica Lateranensis Patriarchii, quæ cognominatur Constantiniana: considentibus etiam Reverendissimis Episcopis, Abbatibus, Presbyteris, Diaconibus: idem venerabilis Pontifex auctoritate Apostolica decernens de electione Summi Pontificis inquit. Novit Beatitudo vestra dilectissimi Fratres, & Coepiscopi, inferiora quoque membra non latuit, defuncto bonæ memoriæ D. Stephano prædecessore nostro, hæc Apostolica Sedes, cui auctore Deo servio, quot adversa pertulerit, quot denique per simoniacæ hæresis trapezitas repetitis malleis, crebrisque tunsionibus subjacuit: adeò quidem, ut columna Dei viventis jam penè videretur nutare, & sagena summi Piscatoris, procellis intumescentibus cogeretur in naufragii profundâ submergi, undè si placet fraternitati vestræ, debemus

Digitized by Google

debemus auxiliante Deo futuris talibus prudenter occurrere, & ecclesiastico statui, ne recidiva, quod absit, mala prævaleant præcavere.

Electio Papæ pertinet in primis ad Cardinales Episcopos, qui Metropolitani vice funguntur, deinde ad clericos Cardinales, reliquusque Clerus, & Populus consensum tantùm electioni præstant.

§. Quapropter instructi prædecessorum nostrorum, aliorumque sanctorum Patrum auctoritate, decernimus, atque statuimus, ut obeunte hujus Romanæ Ecclesiæ universalis Pontifice, in primis Cardinales Episcopi diligentissimè simul de electione tractantes, mox Christi clericos Cardinales adhibeant, sicque reliquus Clerus, & Populus ad consensum novæ electionis accedant, nimirum prævidentes, ne venalitatis morbus aliqua occasione surrepat, & ideo religiosissimi viri præduces sint in promovenda Pontificis electione; reliqui autem sequaces. Certus verò, atque legitimus hinc electionis ordo perpenditur, si perspectis diversorum Patrum regulis, sive gestis, etiam illa Beati LEONIS Papæ prædecessoris nostri sententia, recolatur. Nulla inquit ratio sinit, ut inter Episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à comprovincialibus Episcopis cum Metropolitani judicio consecrati; sed quia Sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum præfertur Ecclesiis, atque ideò super se, Metropolitanum habere non potest; Cardinales Episcopi proculdubio Metropolitani vice funguntur, qui videlicet electum Antistitem, ad Apostolici culminis apicem provehant consecrandum.

Eligi debet Papa de gremio Ecclesiæ Romanæ si reperitur idoneus, alioquin ex alia Ecclesia eligendus est.

§. Eligatur autem de ipsius Ecclesiæ gremio; si reperitur

Digitized by Google

idoneus, vel si de ipsa non invenitur, ex alia sumatur; salvo debito honore, & reverentia dilecti filii nostri HENRICI, qui in præsentiarum Rex habetur, & futurus Imperator Deo concedente speratur, & jam sibi concessimus, sicut successoribus illius, qui ab hac Apostolica Sede personaliter hoc jus impetraverint.

Si non potest ob impedimenta eligi Papa in Urbe, potest alibi à Cardinalibus & aliis, de quibus suprà, licet paucis eligi.

§. Quòd si pravorum, atque iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura, syncera, atque gratuita fieri in Urbe non possit electio, Cardinales Episcopi cum religiosis clericis, catholicisque laicis, licet paucis, jus potestatis obtineant eligendi Apostolicæ Sedis Pontificem, ubi congruerit.

Si electus Papa ob impedimenta, de quibus hic, non potest inthronizari, nihilominus est verus Papa, & potest regere Ecclesiam Romanam, & de omnibus facultatibus ejus disponere.

§. Planè postquam electio fuerit facta, si bellica fuerit tempestas, vel qualiscunque hominum conatus, malignitatis studio restiterit, ut is, qui electus est, in Apostolica Sede juxta consuetudinem inthronizari non valeat: electus tamen sicut verus Papa obtinet auctoritatem regendi Romanam Ecclesiam, & disponendi omnes facultates illius, quod beatum Gregorium ante suam consecrationem cognovimus fecisse.

Electus Papa contra formam hujus decreti, punitur ut hic cum suis fautoribus.

§. Quòd si quis contra hoc decretum nostrum synodali sententia promulgatum, quasi per seditionem, vel præsumptionem, aut quolibet ingenio electus, aut etiam ordinatus, seu inthronizatus

Digitized by Google

zatus fuerit, auctoritate divina, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, perpetuo anathemate cum suis auctoribus, & fautoribus & sequacibus à liminibus Sanctæ Ecclesiæ separatus abijciatur, sicut Antichristus, & invasor, & destructor totius Christianitatis, nec aliqua super hoc ei audientia reservetur, sed ab omni ecclesiastico gradu in quocunque fuerat prius sine retractatione deponatur, cui quisquis adhæserit, vel qualemcunque tanquam Pontifici reverentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præsumpserit, pari sententia sit mancipatus; quòd si quis hujus nostræ Sanctæ Decretalis sententiæ temerator extiterit, & Romanam Ecclesiam sua præsumptione confundere, & perturbare contra hoc statutum tentaverit; perpetuo anathemate, & excommunicatione damnetur, & cum impiis qui non resurgent in judicio, reputetur, omnipotentis iram contra sentiat, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, quorum Ecclesiam præsumsit confundere, in hac vita, & in futura, furorem sentiat, fiat habitatio illius deserta, & in tabernaculis suis non sit, qui inhabitet: fiant filii ejus orphani, & uxor ejus vidua; commotus commoveatur ipse, & filii ejus mendicent, & ejiciantur de habitationibus suis, scrutetur etiam fœnerator omnem substantiam ejus, & diripiant alieni labores ejus: Orbis terrarum pugnet contra eum, & cuncta elementa sint ei contraria, & omnium Sanctorum quiescentium merita illum confundant.

Observatoribus hujus decreti, Papa precatur Dei gratiam, & peccatorum veniam.

§. Observatores autem hujus nostri decreti, Omnipotentis gratia protegat, & auctoritas beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ab omnium peccatorum vinculis absolvat.

Digitized by Google

ALEXANDER III.

in Concilio Lateranensi.

SUMMARIUM.

Electus in Romanum Pontificem à duabus partibus Cardinalium, nulla exceptione obstante est Papa, electus autem à minori numero, gerens se pro Papa, incidit unà cum sibi adhærentibus in pœnas hic contentas.

Edita ann. salut. 1180. & refertur in c. licet de elect.

LICET de vitanda discordia in electione Romani Pontificis manifesta satis à Prædecessoribus nostris constituta manaverint; quia tamen sæpè post illa, per improbæ ambitionis audaciam, gravem passa est Ecclesia scissuram, nos etiam ad malum hoc evitandum, de consilio fratrum nostrorum, & sacri approbatione Concilii, aliquid decrevimus adjungendum.

Statuimus ergo, ut si forte (inimico homine superseminante zizaniam) inter Cardinales de substituendo summo Pontifice non poterit esse plena concordia, & duabus partibus concordantibus, pars tertia concordare noluerit, aut sibi alium præsumpserit nominare, ille absque ulla exceptione ab universali Ecclesia, Romanus Pontifex habeatur, qui à duabus partibus electus fuerit, & receptus. Si quis autem de tertiæ partis nominatione confisus, quod de ratione esse non potest, sibi nomen Episcopi usurpaverit tàm ipse, quàm ii, qui cùm receperint, excommunicationi subjaceant, & totius sacri ordinis privatione multentur, ita ut viatici etiam eis (nisi tantùm in ultimis communio denegetur, & si non resipuerint, cum Dathan, & Abyron) quos terra vivos absorbuit; accipiant portionem. Præterea si à paucioribus, quàm à duabus partibus aliquis electus fuerit; ad Apostolatus officium, nisi major concordia intercesserit, nullatenus

Digitized by Google

tenus adsumatur, & prædictæ pœnæ subjaceat, si humiliter noluerit abstinere.

Ex hoc tamen nullum canonicis constitutionibus, & aliis Ecclesiis præjudicium generetur, in quibus majoris, & sanioris partis debet sententia prævalere; quia quod in eis dubium venerit, superioris poterit judicio definiri. In Romana verò Ecclesia speciale aliquid constituitur, quia non poterit ad superiorem recursus haberi.

GREGORIUS X.

in Concilio Lugdunen.

SUMMARIUM.

Ponitur causa Constitutionis, & juris veteris conservatio.

UBI periculum magis intenditur, ibi proculdubio est pleniùs consulendum. Quam gravibus autem sit onusta dispendiis, quot, & quantis sit plena periculis, Ecclesiæ Romanæ prolixa vacatio, exacti consideratio temporis edocet, & considerata prudenter illius temporis discrimina manifestant. Hinc nos evidens evocat ratio; ut (dum reformandis etiam minoribus nostra solerter vacat intentio) ea, quæ periculosiora sunt, nequaquam absque remedio reformationis accommodè relinquamus. Ideoque omnia, quæ pro evitanda discordia in electione Rom. Pontificis; à nostris sunt prædecessoribus, & præcipuè à fel. rec. Alexandro Papa III. salubriter instituta: omnino immota in sua firmitate manere censentes: nihil enim illis detrahere intendimus, sed quod experientia deesse probavit, præsenti Constitutione supplere.

Edita Ann. salut. 1274. refertur in c. ubi periculum, de elect. in 6.

Digitized by Google

Ponitur quomodo debeat fieri Romani Pontificis electio quando moritur in Civitate in qua cum sua Curia residebat.

§. Hoc sacro Concilio approbante statuimus, ut si eundem Pontificem (in civitate in qua cum sua Curia residebat) diem claudere contingat extremum; Cardinales, qui fuerint in ipsa Civitate præsentes; absentes expectare decem diebus tantummodo teneantur, quibus elapsis (sive absentes venerint, sive non) ex tunc omnes conveniant in palatio, in quo idem Pontifex habitabat, contenti singuli, singulis tantummodo servientibus clericis, vel laicis, prout duxerint eligendum, illis tamen, quibus patens necessitas id suggerit indulgeri, duos habere permittimus, eisdem electionis arbitrio reservato. In eodem autem palatio unum Conclave nullo intermedio pariete, seu alio velamine, omnes inhabitent in communi, quod reservato libero ad secretam cameram aditu, ita claudatur undique ut nullus illud intrare valeat, vel exire. Nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat, vel facultas secretè loquendi cum eis, nec ipsi aliquos ad se venientes admittant, nisi eos, qui de voluntate omnium Cardinalium inibi præsentium, pro iis tantùm, quæ ad electionis negocium pertinent vocarentur. Nulli etiam fas sit, ipsis Cardinalibus, vel eorum alicui, nuncium mittere, vel scripturam. Qui verò contrà fecerit, scripturam mittendo, vel nuntium, aut cum aliquo ipsorum secretè loquendo, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. In Conclavi tamen prædicto, aliqua fenestra competens dimittatur, per quam eisdem Cardinalibus ad victum commodè necessaria ministrentur; sed per eam nulli ad ipsos patere possit ingressus; verùm si, quod absit, intra tres dies postquam, ut prædicitur, Conclave præfatum iidem Cardinales intraverint, non fuerit ipsi Ecclesiæ de pastore provisum; per spacium quinque dierum immediatè sequentium, singulis diebus tàm in prandio, quàm in cœna uno solo ferculo sint contenti: quibus

Digitized by Google

bus (provisione non facta) decursis, ex tunc tantummodo panis, vinum, & aqua ministrentur eisdem, donec eadem provisio subsequatur. Provisionis quoque hujusmodi pendente negocio, dicti Cardinales, nihil de camera Papæ recipiant, nec de aliis eidem Ecclesiæ tempore vacationis obvenientibus undecunque sed ea omnia ipsa vacatione durante, sub ejus (cujus fidei, & diligentiæ camera eadem est commissa) custodia maneant, per eum dispositioni futuri Pontificis reservanda. Qui autem aliquid receperint, teneantur ex tunc à receptione quorumlibet reditum ad eos spectantium abstinere, donec à receptis taliter plenariam satisfactionem impendant. Iidem quoque Cardinales accelerandæ provisioni sic vacent attentiùs, quòd se nequaquam de alio negocio intromittant: nisi forsan necessitas adeò urgens incideret, quod eos oporteret de terra ipsius Ecclesiæ defendenda, vel ejus parte aliqua providere, vel nisi aliquod tam grande, & tam evidens periculum immineret, quòd omnibus, & singulis Cardinalibus præsentibus concorditer videretur illi celeriter occurrendum. Sanè, si aliquis ex prædictis Cardinalibus conclave prædictum (ut supra exprimitur) non intraverit, aut intrans, absque manifesta causa infirmitatis exierit, ipso minimè requisito, nec in ejusdem electionis negocio ulteriùs admittendo, per alios ad eligendum summum Pontificem liberè procedatur. Si verò infirmitate superveniente, idem conclave ex eis aliquem exire contingat, ipsa etiam infirmitate durante, poterit ejus suffragio non requisito, ad electionem procedi, sed si ad alios (post sanitatem sibi redditam) seu ante, redire voluerit, vel etiam si alii absentes, quos per decem dies diximus expectandos, supervenerint, re integra, videlicet, antequam eidem Ecclesiæ si de Pastore provisum: in eodem negocio, in illo statu, in quo ipsum invenerint, admittantur, præmissa tam de clausura, quàm deservientibus, cibo, ac potu, & reliquis cum aliis servaturi.

Quid

Quid juris, quando moritur Romanus Pontifex extra Civitatem, in qua erat curia.

§. Porrò, si quando Romanum Pontificem extra Civitatem prædictam (in qua erat cum sua curia residens) contigerit ab hac luce migrare, teneantur Cardinales in Civitate, in cujus territorio, sive districtu idem Pontifex obiit, convenire, nisi sit forsitan interdicta, vel contra Ecclesiam Romanam in aperta rebellione persistat, quo casu in alia viciniori conveniant, quæ similiter nec interdicto subjaceat, nec sit (ut prædicitur) apertè rebellis. In hac etiam Civitate tam quò ad expectationem absentium, quàm quò ad habitationem communem, clausuram, & cætera omnia in domo Episcopali, vel alia qualibet eisdem Cardinalibus deputanda: eadem observentur, quæ superiùs obeunte dicto Pontifice in ea, in qua cum sua curia residebat, sunt expressa.

Dat executores huic juri cum pœnis.

§. Præterea (quia parùm est jura condere, nisi sit qui eadem tueatur) adjiciendo sancimus, ut Domini, aliique Rectores, & Officiales Civitatis illius, in qua Romani Pontificis electio fuerit celebranda: auctoritate nostra, & ejusdem approbatione Concilii potestate sibi tradita, præmissa omnia, & singula plenè, ac inviolabiliter sine fraude, ac dolo aliquo, faciant observari: nec Cardinales ultra, quàm præmittitur, arctare præsumant. Super his autem taliter observandis statim, audito summi Pontificis obitu, coram Clero, & populo universo Civitatis ipsius ad hoc specialiter convocandis, præstent corporaliter juramentum. Quòd si præmissa diligenter non observaverint, aut fraudem in eis, vel circa ea commiserint, cujuscunque sint præeminentiæ, conditionis, aut status, omni cessante privilegio,

eo

Digitized by Google

eo ipso sententiam excommunicationis incurrant, & perpetuò sint infames, nec unquam eis portæ dignitatis pateant, nec ad aliquod publicum officium admittantur. Ipsos insuper feudis, & bonis cæteris, quæ ab eadem Romana Ecclesia, vel quibuslibet aliis Ecclesiis obtinent, ipso facto decernimus esse privatos; ita quod ad Ecclesias ipsas plenè, ac liberè revertantur, administratorum earundem Ecclesiarum arbitrio sine contradictione aliqua disponendo; Civitas verò prædicta, non solùm sit interdicto supposita, sed & Pontificali dignitate privata.

Obtestatur Cardinales, ut in electione Romani Pontificis deponant omnem privatum affectum, & cassat omnia pacta, obligationes, & juramenta, quæ data, vel facta essent de aliquo eligendo.

§. Cæterùm quia cum arbitrium, vel inordinatus captivat affectus, vel ad certum aliquod obligationis cujusque necessitas adigit, cessat electio, dùm libertas adimitur eligendi, Cardinales eosdem obsecrantes per viscera misericordiæ Dei nostri: per aspersionem sui pretiosi sanguinis obtestamur, ut pensantes attentius quid eis imminet cùm agitur de creatione Vicarii JESU Christi, successoris Petri, rectoris universalis Ecclesiæ, gregis dominici directoris, omni privatæ affectionis inordinatione deposita, & cujuslibet pactionis, conventionis, obligationis necessitate, necnon condicti, & intendimenti contemplatione cessantibus, non in se reciprocent considerationis intuitum, vel in suos, non quæ sua sunt, quærant, non commodis privatis intendant, sed nullo arctante ipsorum in eligendo judicium, nisi Deo, puris, & liberis mentibus nuda electionis conscientia utilitatem publicam liberè prosequantur, omni conatu, & solicitudine, prout possibilitas patitur, id acturi tantummodo, ut eorum ministerio accelleretur utilis, & perneccessaria totius mundi provisio, idoneo celeriter eidem Ecclesiæ sponso dato. Qui autem secus egerint,

Digitized by Google

rint, divinæ subjaceant ultioni, eorum culpa (nisi gravi propter hoc peracta pœnitentia) nullatenus abolenda. Et nos nihilominus pactiones, conventiones, obligationes, condicta, & intendimenta omnia, sive juramenti, sive cujuslibet alterius fuerint vinculo firmitatis innixa, cassamus, irritamus, & viribus decernimus omnino carere, ita quòd nullus ad illa observanda quomodolibet sit adstrictus, nec quisquam ex eorum transgressione notam vereatur fidei non servatæ, sed non indignæ laudis titulum potiùs mereatur, cùm lex etiam humana testetur: Deo magis transgressiones hujusmodi, quàm jusjurandi observationes acceptas.

Monet omnes fideles, ut statim audita summi Pontificis morte, ejus celebrent exequias, & quotidie orent pro vigili, concordi, & utili provisione Romanæ Ecclesiæ. Prælati autem in suis prædicationibus ipsos subditos ad hoc hortentur, & eis frequentiam orationum, & observantiam jejuniorum indicent.

§. Quia verò fidelibus non est tam de sollicita quantumcunque inventione fidendum, quàm de instantia orationis humilis, & devotæ sperandum, huic adjicimus sanctioni, ut in omnibus Civitatibus, cæterisque locis insignibus, ubi primùm de memorati Pontificis obitu certitudo claruerit, à clero, & populo, solemnibus pro eo celebratis, singulis diebus (donec de ipsius Ecclesiæ provisione indubitanter rumor pertulerit veritatem) humiles preces fundantur ad Dominum, apud eum devotis orationibus insistatur, ut ipse, qui concordiam facit in sublimibus suis, sic efficiat eorundem Cardinalium corda in eligendo concordia, quòd provisio celer, concors, & utilis (prout animarum salus exigit, & totius orbis requirit utilitas) ex ipsorum unanimitate sequatur. Et ne tam salubre præsentis sanctionis, edictum, ignorantiæ negligi prætextu contingat, districtè præcipimus, ut Patriarchæ,

Digitized by Google

triarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & alii Ecclesiarum Prælati, cæterique quibus concessum est proponere verbum Dei, clerum, & populum, propter hoc specialiter frequentiùs congregandos, in suis sermonibus ad supplicum præcum suffragia pro celeri, & fælici exitu tanti negotii frequentanda solerter hortentur, & ipsis eadem auctoritate, non solùm orationum frequentiam, sed observantiam (prout circumstantiæ pensandæ suaserint) jejuniorum indicant.

CLEMENS V.

in Concilio Viennensi.

SUMMARIUM.

Cætus Cardinalium sede vacante jurisdictionem Papalem non exercet, nisi in quantum permittit Concilium Lugdunense, nec illud, vel ejus partem alterare potest.

NE Romani electioni Pontificis, indeterminata opinionum diversitas, aliquod possit obstaculum, vel dilationem, afferre. Nos inter cætera præcipuè attendentes, quòd lex superioris per inferiorem tolli non potest, opinionem astruere (sicut accepimus) satagentem, quòd constitutio fel. recor. GREGORII Papæ X. prædecessoris nostri, circa electionem præfatam edita in Conc. Lugdunen. per cætum Card. Romanæ Ecclesiæ (ipsa vacante) modificari possit, corrigi, vel immutari, aut quicquam ei detrahi, sive addi, vel dispensari quomodolibet circa ipsam, seu aliquam ejus partem, aut eidem etiam renunciari per eum tanquam veritati non consonam: de frat. nostrorum consilio reprobamus, irritum nihilominus, & inane decernentes, quicquid potestatis, aut jurisdictionis ad Romanum,

Edita anno salut. 1310. *refertur inter Clementinas, ne Romani, de elect.*

Digitized by Google

manum, dum vivit Pontificem pertinentis (nisi quatenus in constitutione prædicta permittitur) cætus ipse duxerit (eadem vacante Ecclesia) exercendum.

Officium Camerarii, vel pœnitentiariorum Papæ durat eo mortuo, quòd si deficiant, poterit cætus Cardinalium pro tempore vacationis alios subrogare.

§. Eo tamen proviso, quòd si ejusdem Ecclesiæ camerarium, aut majorem, vel aliquos alios ex pœnitentiariis (quorum officium per obitum ejusdem Pontificis nolumus expirare) per mortem, vel alias deficere quovis modo contingat, valeat idem cætus ad tempus vacationis hujusmodi pro numero deficientium, vel ampliori etiam, quantùm ad pœnitentiarios (si hoc eidem cætui concorditer expedire videbitur) aliós subrogare.

Determinans diœcesim intelligi id, quod in Concilio dicitur de territorio & districtu, statuit moriente Papa extra curiam, ipsius electionem fieri debere, in loco ubi erat causarum, & literarum audientia, licèt suspensa, nisi priùs ordinatum esset de curia transferenda.

§. Sanè, cùm juxta constitutionem prædictam, Papa extra Civitatem, in qua cum sua erat curia moriente, in Civitate, in cujus districtu, seu territorio moritur, sit regulariter successoris electio celebranda, districtus, seu territorii nomine, Diœcesim hoc casu intelligendam fore censemus. Eo autem adjecto, quòd si in certo loco causarum, & literarum Apostolicarum audientia remanente, Papam alibi mori contingat, non ibi, sed ubi prædicta fuerit audientia, memorata electio celebretur, etiam si eadem audientia tempore mortis hujus vacare noscatur, nisi fortè ante mortem eandem, ordinatum esset per Papam de curia transferenda, quo casu servetur provisio constitutionis prædictæ.

Provi-

Providet casui, quo contingeret Cardinales omnes exire conclave.

§. Porrò si Romano non electo Pontifice, Cardinales omnes simul, vel successivè (quod absit) exire contingeret conclave deputatum eisdem: ii (ad quos pertinet executio constitutionis prædictæ) illos ex ipsis, quibus infirmitas corporis, aut nota debilitas excusationem non dabit, idem conclave (quàm citò poterunt) reintrare compellant. Pœnas in dicta constitutione contentas (nisi hoc fecerint) incursuri. Cardinales autem hujusmodi conclave reintrantes, ad electionem jam dictam procedant, & aliàs constitutionem præfatam observent, secundùm statum, in quo erant in eodem conclavi, quando ipsum, ut præmittitur exiverunt.

Statuit Cardinales per exceptionem excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, ab electione non repelli.

§. Cæterùm, ut circa electionem prædictam, eò magis vitentur dissensiones, & schismata, quò minor eligentibus aderit dissidendi facultas, decernimus, ut nullus Cardinalium cujuslibet excommunicationis, suspensionis, aut interdicti prætextu, à dicta valeat electione repelli: juribus aliis circa electionem eandem hactenus editis, plenè in suo robore duraturis.

Electos, & alios (qui mittere, vel ire tenentur ad curiam) adstringit ad id, sede vacante.

§. Verùm, quia tam ex provisis remediis, quàm ex orationibus ad Deum super hujus negotio effundendis, quòd breviter hujusmodi celebretur electio, præsumendum est probabiliter, & speranduin. Statuimus, ut electi, & alii (qui ex quacunque causa ad sedem Apostolicam venire, vel mittere sunt adstricti, ad ipsam cùm vacat, ac si non vacaret, venire, vel mittere teneantur.

Digitized by Google

BULLA
CLEMENTIS PP. VI.

SUMMARIUM.

Refertur dispositio decretalis GREGORII X. in Concil. Lugdunen. de electione. Romani Pontificis, circa locum, servos Cardinalium, Conclave, & cibos.

Edita Ann. salut. 1351. LICET in constitutione à fel. recor. GREGORIO Papa X. prædecessore nostro, super electione Romani Pontificis edita in Concilio Lugdunensi inter cætera caveatur expresè, quòd si eundem Pontificem in Civitate, in qua cum sua curia residebat, diem claudere contingat extremum, Cardinales in palatio, in quo idem Pontifex habitabat, omnes conveniant, & in eo singuli, singulis tantummodo, nisi illi, quibus ex patenti necessitate duo permittuntur haberi, contenti servientibus clericis, vel laicis, prout elegerint; unum conclave nullo intermedio pariete, vel alio velamine inhabitent in communi. Et quòd diebus certis non facta provisione de Pastore decursis, panis, vinum, & aqua tantùm eisdem Cardinalibus donec subsequetur provisio, ministretur.

Cardinales in Conclavi possunt habere duos servos clericos, vel laicos.

§. Quia tamen sicut frequenti multorum assertione, & in Cardinalatu constitutorum percepimus, nonnulli ex Cardinalibus in observatione constitutionis ipsius gravati alias nimium extiterunt, multi quoque ex ipsis duos in dicto conclavi habuerint servientes, non absque scrupulo conscientiæ, propter ambiguitatem

Digitized by Google

tem dictorum verborum, videlicet, quibus ex patenti necessitate, duo permittuntur haberi, in dicta constitutione, ut præmittitur contentorum. Nos providere super his cupientes, ex his, & certis aliis causis rationabilibus, quæ nostrum ad id animum induxerunt, rigorem constitutionis ipsius, & etiam ad fratrum nostrorum supplicationem, in his providimus temperandum, auctoritate Apostolica statuentes, quod Cardinales postquam conclave hujusmodi, seu clausuram pro dicta electione celebranda intraverint, singuli duos servientes tantùm clericos, vel laicos, prout duxerint eligendos.

Cardinales in Conclavi in prandio, & in cœna unum ferculum tantùm possunt habere cum aliis, quæ ad condimentum, vel saporem pertinent, & nullus Cardinalis potest vesci de alterius ferculo.

§. Ac etiam singulis, præter panem, vinum, & aquam in prandio, & in cœna, unum dumtaxat ferculum, seu missum, carnium unius speciei tantummodo, aut piscium, seu ovorum, cum uno potagio de carnibus, vel piscibus principaliter non confectis, & decentibus salsamentis habere valeant, ultra carnes salitas, & herbas crudas, ac caseum, fructus, sive electuaria. Ex quibus tamen nullum specialiter ferculum conficiatur, nisi ad condimentum fieret, vel saporem. Nullus verò eorum de alterius ferculo vesci possit.

Cardinales in Conclavi possunt habere velamina simplicium cortinarum, ut honestiùs possint quiescere in suis lectis.

§. Liceat etiam eis ex decentia honestatis, habere in clausura hujusmodi, cùm in lectis quiescendi causa, vel dormiendi, esse voluerint, dumtaxat intermedia, seu velamina simplicium tantummodo cortinarum.

Deroga-

Digitized by Google

Derogatur constitutionibus contrariis.

§. Prædictis, & fel. mem. CLEMENTIS Papæ V. prædecessoris nostri, & aliis constitutionibus Apostolicis contrariis, quibus per hoc in aliis derogare nolumus, non obstantibus quibuscunque.

Nulli ergo, &c. Dat. Avinione octavo idus Decembris, Pontificatus nostri Anno decimo.

BULLA
JULII PAPÆ II.

SUMMARIUM.

Electio Papæ per simoniam est nulla, & sic electus quamvis in concordia Cardinalium, & eorum nemine discrepante, est Apostaticus, & ut simoniacus, & Hæresiarcha habetur, & est privatus omnibus officiis, beneficiis cujuscunque generis, atque etiam priori Cardinalatus honore, & perpetuò ad omnia prædicta inhabilis efficitur, & contra ipsum à quocunque Cardinali potest opponi de simoniaca labe, & sicut de vera, & indubitata hæresi.

Edita Ann. salut. 1505. CUM tam divino, quàm humano jure, in spiritualibus præcipuè, detestabiliter sit simoniæ labes prohibita, & longè magis in electione Romani Pontificis Vicarii JESU Christi D. N. abominabilis sit, & universali Ecclesiæ perniciosa, Nos, qui regimini ejusdem universalis Ecclesiæ meritis imparibus annuente Domino præsidemus, cupientes, quantùm cum Deo possumus in præmissis pro tantæ rei necessita-

te

te, ac periculi magnitudine, ut tenemur, impoſterum ſalubriter providere, de fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & unanimi conſenſu, hac noſtra perpetuò valituta conſtitutione, Apoſtolica auctoritate, & de poteſtatis noſtræ plenitudine, ſtatuimus, ordinamus, decernimus, & definimus, quòd ſi, quod Deus pro ſua clementia, & ineffabili bonitate avertat, contigerit, poſtquam nos, vel ſucceſſores noſtros ſucceſſivè, ipſe Deus ab hujusmodi univerſalis Eccleſiæ regimine abſolverit, humani generis inimico procurante, & ambitione, vel cupiditate ad hoc inclinante, ſeu impellente, electionem Romani Pontificis ab eo, quem eligi contigerit, vel ab aliquo, ſeu aliquibus de cætu Cardinalium quomodolibet votum dantibus, per ſimoniacam hæreſim in dando, promittendo, vel recipiendo pecunias, bona cujusque generis, caſtra, officia, vel beneficia, ſeu promiſſiones, & obligationes, commiſſam, per ſe vel alium, ſeu alios quomodocunque & qualitercunque etiam in duarum partium, vel omnium Cardinalium unanimi concordia, quomodolibet etiam per viam aſſumptionis, unanimiter nemine diſcrepante, etiam ſine ſcrutinio facta, celebrari, vel fieri, non ſolùm hujusmodi electio, vel aſſumptio, eo ipſo nulla exiſtat, & nullam eidem ſic electo, vel aſſumpto, adminſtrandi in ſpiritualibus, & temporalibus facultatem tribuat, ſed etiam contra dictum ſic electum, vel aſſumptum, de ſimoniaca labe, à quocunque Cardinali, qui eidem electioni interfuerit, opponi, & excipi poſſit, ſicut de vera, & indubitata hæreſi, ita quòd à nullo pro Romano Pontifice habeatur, quinimo ipſe ſic electus, à priori ſuo Cardinalatus, & alio quocunque honore, Eccleſiis Cathedralibus etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, Monaſteriis, dignitatibus, & aliis quibuscunque beneficiis, & penſionibus, quæ tunc obtinebat in titulum, vel in commendam, aut aliàs quomodocunque eo ipſo, absque alia declaratione, privatus exiſtat, & idem electus non Apoſtolicus, ſed Apoſtaticus, & tanquam ſimoniacus, &

Digitized by Google

Hæresiarcha, & ad prædicta omnia, & singula perpetuò inhabilis habeatur.

Electio Papæ per simoniam, non convalidatur per inthronizationem, temporis cursum, adorationem, aut obedientiam Cardinalium.

§. Nec hujusmodi simoniaca electio per subsequentem ipsius inthronizationem, seu temporis cursum, aut etiam omnium Cardinalium adorationem, seu obedientiam, ullo unquam tempore convalescat.

Licet omnibus Cardinalibus, clero, populo Romano, & omnibus officialibus ab obedientia Papæ electi per simoniam impunè discedere.

§. Liceatque omnibus, & singulis Cardinalibus etiam illis, qui huic simoniacæ electioni, seu assumptioni consenserint, etiam post inthronizationem, & adorationem, seu obedientiam, ac etiam universo clero, & populo Romano, necnon subditis, & S. Angeli de Urbe, ac quarumvis aliarum Romanæ Ecclesiæ arcium Præfectis, Castellanis, Capitaneis, & aliis officialibus quocunque homagio, seu juramento, vel cautione præstitis, non obstantibus, à talis electi, etiam inthronizati, obedientia, & devotione, impunè, & quandocunque discedere (ipsis fidei Romanæ Ecclesiæ, & obedientiæ futuri Romani Pontificis canonicè intrantis, nihilominus astrictis permanentibus) & cum, ut magum, ethnicum, publicanum, & hæresiarcham evitare.

Cardinales possunt contra electum Papam per simoniam implorare auxilium Brachii secularis si se ingesserit in administratione, nec ob id schismatici fiunt.

§. Ad cujus quoque confusionem, possint Cardinales qui præ-

Digitized by Google

præfatæ electioni se opponere voluerint, si præsumpserit se regimini universalis Ecclesiæ, prætextu talis electionis ingerere, auxilium brachii secularis contra eum implorare. Nec tales ab ejus obedientia discedentes, tanquam tunicæ Domini scissores, aliquarum propter dictum discessum pœnarum, seu censurarum ultioni subjaceant.

Imponitur pœna privationis beneficiorum, & dignitatum quorumcunque; etiam Cardinalatus, Cardinalibus eligentibus Papam per simoniam.

§. Cardinales verò, qui eum sic simoniacè elegerint, à suis ordinibus, & etiam Cardinalatus titulis, & honore, ac quibuscunque Patriarchalibus, Archiepiscopalibus, Episcopalibus, & aliis Prælaturis, ac dignitatibus, & beneficiis, quæ in titulum, vel commendam tunc obtinebant, vel in quibus, seu ad quæ jus tunc habebant, absque alia declaratione, privati existant, nisi ab illo penitùs, & cum effectu discesserint, & reliquis Cardinalibus qui hujusmodi simoniæ non consenserint, infra terminum octo dierum, postquam fuerint ab eis requisiti, personaliter si fieri poterit, aliàs per edictum publicum, se absque fictione, vel fraude univerint, & conjunxerint. Et tunc si præfatis aliis Cardinalibus se univerint, & conjunxerint, in pristinum statum, & ad pristinos honores, & dignitates etiam Cardinalatus, ac Ecclesias, & beneficia, quibus præerant, & quæ obtinebant, reintegrati, rehabilitati, ac restituti, & repositi, ab hujusmodi simoniæ labe, & censuris, ac pœnis ecclesiasticis quibuscunque absoluti eo ipso existant.

Imponuntur pœnæ contra mediatores electionis Papæ per simoniam.

§. Mediatores verò, proxenetæ, trapezitæ, tam clerici, quàm laici, cujuscunque dignitatis, qualitatis, & ordinis

Digitized by Google

fuerint, etiam Patriarchali, Archiepiscopali, sive Episcopali, vel alia seculari, mundana, sive ecclesiastica dignitate præditi, etiam quorumcunque Regum, & Principum oratores, vel Nuncii, hujus simoniacæ electionis participes, sint omnibus suis Ecclesiis, beneficiis, prælaturis, & feudis, ac aliis quibuscunque honoribus, & bonis, eo ipso privati, & ad similia inhabiles, ac etiam activè, & passivè intestabiles, & eorum bona ipso facto, ad instar reorum criminum læsæ Majestatis, fisco Apostolicæ Sedis applicentur, & devolvantur, si prædicti delinquentes ecclesiastici fuerint, vel alias Romanæ Ecclesiæ subditi. Bona verò, & feuda taliter delinquentium, non subditorum secularium, in partibus existentia, fisco secularis Principis in cujus territorio bona sita fuerint, ipso facto similiter applicentur. Ita tamen quòd si infra tres menses, à die quo notum fuerit, illos simoniam commisisse, vel participasse, Principes dicta bona fisco suo actualiter non applicaverint, ex tunc illa, Fisco Ecclesiæ Romanæ applicata censeantur, & sint, eo ipso, absque aliqua similiter declaratione.

Annullantur omnes obligationes simoniacæ, intervenientes in electione Romani Pontificis.

§. Promissiones quoque & obligationes, sive sponsiones propterea quandocunque etiam ante tempus dictæ electionis, etiam extra personas Cardinalium per quoscunque alios quomodocunque factæ, cum quavis inexcogitabili solemnitate, & forma, etiam juratæ, conditionales, sive eventuales, & in forma excommissa-tum ex quacunque causa, etiam depositi, mutui, cambii, confessioni de receptis, donationis, arrendamenti, vel venditionis, permutationis, vel alterius cujuscunque contractus, etiam in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, factæ; sint nullæ, & invalidæ, & ad eligendum inefficaces, nullusque illarum vigore cogi, vel con-

Digitized by Google

constringi possit, in judicio, vel extra, liceatque omnibus ab illis impune absque aliquo metu, sive perjurii nota, recedere.

Cardinales non complices, in electione Papæ simoniaca, alium possunt eligere, & concilium convocare.

§. Et insuper liceat Cardinalibus, qui electioni prædictæ simoniacæ interfuerint, & à præfato sic electo discesserint, adhibitis secum aliis Cardinalibus, qui hujusmodi simoniacæ electioni consenserunt, & postea eisdem Cardinalibus in dicta simonia non complicibus se univerint, si se cum eisdem unire voluerint, alioquin sine eis ad alterius nihilominus Pontificis electionem, non expectata alia sententia declarationis simoniacæ electionis hujusmodi, eadem tamen præsente nostra constitutione semper in suo robore permanente, liberè, alias tamen canonicè, devenire, & concilium etiam generale inducere, & convocare in loco idoneo, prout eis videbitur expedire.

Derogatur constitutionibus contrariis.

§. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis. & præcipuè fel. recor. Alexandri Papæ III. quæ incipit, licet de vitanda discordia, & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, etiam in conciliis generalibus editis, cæterisque contrariis quibuscunque.

Excommunicantur Card. si contrafecerint huic constitutioni, additur decretum irritans, & aliæ solitæ clausulæ, & constitutio jubetur publicari.

§. Inhibentes postremò omnibus, & singulis S.R.E. Cardinalibus, qui pro tempore erunt, & eorum sacro Collegio, ne Apostolica sede vacante, prædictis contravenire, vel contra præ-

Digitized by Google

missa, vel aliquod præmissorum statuere, disponere, & ordinare, vel aliquo modo facere, seu attentare præsumant, quocunque exquisito colore, vel causa, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam ipso facto incurrant, & à qua non nisi per Romanum Pontificem canonicè electum absolvi possint, nisi in mortis articulo.

Decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super his, vel aliquo præmissorum à quoquam scienter, vel ignoranter, etiam per nos, contigerit attentari.

Ut autem præsentis constitutionis, decreti, statuti, ordinationis, ac inhibitionis nostræ hujusmodi tenor ad omnium notitiam deducatur, volumus præsentes litteras nostras in valvis Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ, ac acie campi floræ affigi, nec aliam earundem litterarum publicationis solemnitatem requiri, aut expectari debere, sed hujusmodi affixionem pro solemni publicatione, & perpetuo robore sufficere.

Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostrorum constitutionis, ordinationis, statuti, decreti, diffinitionis, applicationis, approbationis, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo quinto. 19. Kal. Febr. Pontificatus nostri Anno primo.

BULLA

Digitized by Google

BULLA
PAULI PAPÆ IV.

SUMMARIUM.

Detestatur crimen ambitus, rationibus, & auctoritatibus divini, & humani juris.

CUm secundum Apostolum nemo debeat sibi honorem assumere, sed qui tanquam Aaron vocatur à Deo, facilè ab omnibus judicari potest, quàm graviter excedant, errent, & peccent, qui tam inferiores, quàm superiores dignitates Ecclesiasticas, & ipsam denique Beati Petri sedem, ac Apostolicæ dignitatis culmen, & apicem, à Deo Optimo Maximo à quo omnia bona procedunt, nulla prorsus humana ope, nec cujusvis auxilio, consilio, vel favore interveniente, provenire non arbitrantur, sed illas tanquam venales, aut aliàs in dispositione mortalium constitutas, diversis modis, & mediis ambire, & assequi, seu potiùs usurpare præsumunt. Nam ut Romanæ, & cujuslibet alterius, tàm ante, quàm post Domini Dei, & Redemptoris Nostri JESU Christi in terris adventum, benè institutæ reipublicæ, de ambitu, & contra ambitus reos, sanctissimè promulgatas, & inviolabiliter observatas leges, ad præsens omittamus, non ne hujusmodi detestabile ambitus scelus, etiam jure divino gravissimè punitur, cum Absalon, qui regnum genitoris sui adhuc viventis ambiebat, ex mulo cui insederat elevatus, capillis capitis sui quercui suspensus remansit, & à Joab tribus lanceis in corde trafixus fuit? Non ne illud sacrorum Conciliorum à sancta Dei Ecclesia receptorum, & approbatorum auctoritas, diversimodè detestatur, & punit, cum quemcunque Presbyterum, aut Diaconum, seu Clericum, qui Papa incolumi, & eo inconsulto,

Edita Anno sal. 1558.

Alludit ad constitutionem editam in Concil. Rom. sub Sym-

Digitized by Google

macho Papa, de qua supra.

consulto, subscriptionem pro Romano Pontificatu accommodare, aut pyctatia promittere, seu sacramentum præbere tentaverit, aut aliquod suffragium polliceri, vel de hac causa privatis conventiculis, aliquid deliberare, & decernere præsumpserit, loci sui dignitate, & communione privandum, anathematisque pœna plectendum censeat, & propter occultas fraudes, & conjurationum hujusmodi secretas insidias, si quis harum actionum particeps, consilia eorum, qui de Pontificali agunt ambitu, ad notitiam Ecclesiæ deferat, & rationabili probatione convincat, eum non solùm ab omni culpa purgatum remanere, verùm etiam remuneratione non indigna sublevari velit, & statuat, & exinde non modò sacrorum canonum, sed etiam secularium legum interpretes peritissimi, & probatissimi, ambientes Papatum, aut super eo, Papa vivente, & inconsulto, tractantes, seu conventiculas facientes, crimen læsæ Majestatis in pr. cap. & simoniacæ hæreseos incurrere decreverint, non sine clara, & aperta ratione, cùm omnis tractatus de loco, dignitate, & bono alicujus viventis, eo non consentiente, ab utroque jure prohibeatur, & reprobetur, præsertim cùm inde præstetur votum captandæ mortis, quod sacri canones, & venerandæ leges passim abhorrent, & detestantur. Accedit quòd cùm inter Pontificem, & Ecclesiam contrahatur spirituale conjugium, quòd fortius & carnali, gravissimæ pœnæ ex utriusque juris censura imponuntur iis, qui constante matrimonio, de alio conjuge tractare præsumunt. Quare cùm peccatis exigentibus, plures in dies B. Petri sedem, nobis viventibus, & inconsultis ambire, & conventiculas superinde facere dignoscantur, & ad hoc suffragia S.R.E. Cardinalium obtinere, & quodammodo subharrare procurent, & satagant.

Confirmat, & innovat omnes Constitutiones, & Decreta Conciliorum contra ambientes Papatum emanata.

§. Nos cupientes hujusmodi detestabile ambitus, & illi conjuncta simoniacæ hæreseos, & læsæ Majestatis crimina, non solùm

ſolum noſtris, ſed etiam ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium temporibus, perpetuò abolere, & non ſolùm ex uſu, ſed etiam ex mentibus hominum, præſertim in electione Romani Pontificis, qui Domini Dei, & Salvatoris noſtri JESU Chriſti in terris Vicarius exiſtit, radicitùs evellere, & in præmiſſis pro tantæ rei neceſſitate, & periculi magnitudine, ut tenemur ſalubriter providere, habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris ipſius S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, de eorum conſilio, & unanimi aſſenſu, hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione, Apoſtolica auctoritate, & de noſtræ Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ac privationis, & quasvis alias ſententias, cenſuras, & pœnas dudum à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, aut ſacris Conc. ſeu Sanctorum Patrum noſtrorum decretis, ſtatutis, capitulis, canonibus, conſtitutionibus, & ordinationibus contra ſic ambientes quomodolibet latas, & promulgatas approbamus, & innovamus, ac perpetuò obſervari, & in viridi obſervantia ſi forſan in ea non ſint, reponi, & eſſe debere.

Ponuntur pœnæ graviſſimæ contra tractantes de electione futuri Pontificis vivente Papa, & eo inconſulto.

§. Necnon quoscunque in præmiſſis, tam noſtro, quàm ſucceſſorum noſtrorum prædictorum tempore, publicè, vel occultè, aut aliàs quomodolibet delinquentes cujuscunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, & ſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, aut alia majori Eccleſiaſtica dignitate, ſeu Cardinalatus honore, vel mundana, etiam Ducali, Regali, Reginali, aut Imperiali auctoritate, ſive excellentia præfulgeant, & eorum quemlibet, ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurrere volumus, atque decernimus. Et nihilominus conſiderantes dignum eſſe, ut quos Dei timor à

Digitized by Google

malo non revocat, Ecclesiasticæ saltem coerceat severitas disciplinæ, de similibus consilio, & assensu, ac auctoritate, & plenitudine potestatis volumus, & declarando statuimus, ordinamus, & decernimus, quòd sententiis, censuris, & pœnis prædictis in suis robore, & efficacia remanentibus, ac effectum suum sortientibus omnes, & singuli, tam clerici, quàm utriusque sexus laici, qui per se, vel alios nobis viventibus, & inconsultis, vel scriptis, aut nunciis, cum aliquo de futuro Pontifice eligendo hactenus tractarunt, vel tentarunt, seu imposterum Romano Pontifice vivente, & inconsulto tractabunt, vel tentabunt, etiam si, ut præfertur qualificati, & dignitate, honore, & auctoritate, & excellentia prædictis præditi existant, sint ipso jure, & facto, absque alia desuper ferenda sententia excommunicati excommunicatione majori, & maledictione æterna damnati, & ab excommunicatione hujusmodi, & maledictione hujusmodi per alium, quam per nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, præterquam in mortis articulo absolvi non possint, incurrerintque & incurrant respectivè crimen simoniacæ hæreseos, & læsæ Majestatis in primo capite, ac privationem omnis etiam Episcopalis, Archiepiscopalis, & Patriarchalis, ac cujusvis alterius majoris, vel minoris dignitatis, ac Cardinalatus honoris, necnon Ducalis, Regalis, Reginalis, & Imperialis auctoritatis, & excellentiæ, ac omnium, & singularum Ecclesiarum, Cathedralium quoque ac prioratuum, aliorumque beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura secularium, ac quorumvis ordinum regularium per eorum quemlibet obtentorum, necnon quorumvis fructuum, reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum, ac pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, & proventibus reservatorum, & assignatorum, ac Regnorum, Dominiorum, feudorum, & bonorum spiritualium, & temporalium, vel mistorum, etiam patrimonialium, & allodialium, necnon jurium patronatus, & jurisdictionum

Digitized by Google

ctionum quarumcunque careantque voce activa, & passiva, ac effecti sint, & efficiantur respectivé perpetuò inhabiles, & incapaces omnium dignitatum, honorum, bonorum, jurium, & legitimorum actuum, perpetuaque infamia ubique gentium sint notati, & notentur respectivè, nec infamia hujusmodi ab eis aboleri, neque ipsi ullo unquam tempore ad vocem, dignitates, honores, bona, jura, & actus hujusmodi, nisi ex speciali verbo, & mandato nostro, seu Romani Pontificis pro tempore existentis, nostra, seu illius manu propria subscripto, ac specifica, & individua, reatus, & culpæ suæ qualitate expressa, restitui possint.

Easdem pœnas gravissimas extendit ad complices hujus delicti, nisi revelaverint hujusmodi delictum.

§. Quodque similes sententias, censuras, & pœnas respectivè incurrerint, & incurrant ipso jure, & facto, ac sine alicujus sententiæ prolatione, omnes, & singuli, etiam, ut præmittitur, qualificati, & dignitatibus hujusmodi præditi, cujusvis sexus, & ordinis existant, qui per se, vel alium, seu alios à die nostræ ad summi Apostolatus apicem assumptionis, usque in hanc diem in præmissis, aut eorum aliquo quodvis auxilium, consilium, vel favorem, seu operam, verbis, vel scriptis, aut re, vel facto, seu promissione, pollicitatione, suasione, vel his omnibus insimul, aut quovis alio modo, directè, vel indirectè, principaliter, vel incidentaliter præstiterunt, seu in futurum quovis etiam successorum nostrorum Romanorum Pontificum tempore præstabunt, aut in præmissis mediatores, proxenetæ, nuncii, mandatarii, procuratores, seu trapezitæ fuerunt, vel in posterum, ut præfertur erunt, seu aliàs se in præmissis quovis modo intromiserunt, vel immiscuerunt, seu in posterum etiam tempore successorum hujusmodi habebunt, nisi ea nobis, aut successoribus nostris, quorum tempore id continget, vel alteri, cui id per nos, vel succes-

Digitized by Google

sores prædictos commissum fuerit, per se, vel alium, seu alios cùm primum commodè potuerunt, revelaverunt, etiam si in præmissis aliquod aliud auxilium, consilium, vel favorem, aut opem non præstiterint.

Venia conceditur, & præmium revelantibus hoc crimen.

§. Nos enim iis, qui præmissa revelaverint, etiam si complices fuerint, non solùm veniam, sed etiam gratiam, & præmia pollicemur, prout etiam successores nostros præfatos facturos esse confidimus, ad hoc, ut eorum judicio, participes tanti criminis valeant coerceri.

Impugnantes hanc constitutionem, ut illicitam, injustam, aut iniquam, variis puniuntur pœnis.

§. Et si quis, ullo unquam etiam dictorum successorum nostrorum tempore, præsentes literas, & in eis contenta quæcunque injusta, illicita, vel iniqua existere, aut in toto, vel in parte non valere, seu aliquo tempore non valitura esse, vel à nobis sic fieri non potuisse, aut non debuisse, ausu temerario asserere præsumpserit, cujuscunque dignitatis existat, etiam si Cardinalatus honore, aut Regia, vel Imperiali præeminentia, & excellentia præfulgeat, ipso jure, & facto anathematis mucrone percussus sit, & contra eum tanquam verè schismaticum, & hæreticum inquiri, & tanquam talis puniri, ejusque memoria damnari possit.

Derogatur contrariis constitutionibus, publicatio committitur cum solitis clausulis.

§. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon cujusvis conclavis capitulis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privi-

Digitized by Google

privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, quibusvis perſonis ſub præſentibus compræhenſis, per quoscunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem Apoſtolicam etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac ſimili poteſtatis plenitudine, aut conſiſtorialiter, ſeu aliàs quomodolibet conceſſis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis (quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quavis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe decernimus) cæterisque contrariis quibuscunque.

Ut autem præſentes literæ ad omnium, quorum intereſt notitiam deducantur, nec aliquis earum ignorantiam prætendere valeat, volumus eas in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac acie campi Floræ, per aliquos ex curſoribus noſtris publicari, earumque copiam inibi affixam dimitti, necnon publicationem, & dimiſſionem copiæ affixæ hujusmodi ſufficere, & omnes, quos eædem literæ tangunt arctare, perinde, ac ſi eis perſonaliter intimatæ, & notificatæ fuiſſent.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, innovationis, declarationis, ſtatuti, ordinationis, derogationis, decretorum, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignatio-

Digitized by Google

gnationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incar. Dominicæ Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo, Pontificatus nostri anno quarto.

BULLA
PII PAPÆ IV.

SUMMARIUM.

Quanta maturitate, ac diligentia fieri debeat Romani Pontificis electio.

Edita Ann. salut. 1562.

IN eligendis Ecclesiarum Prælatis, quibus & humana & divina ministeria committuntur, quantam adhiberi curam oporteat, testantur Patrum nostrorum sacratissimæ constitutiones, quas illi magna severitate de Episcoporum, & aliorum Prælatorum qualitate ediderunt: propterea quòd à bonis bona omnia, videlicet charitas, vigilantia, ecclesiastica disciplina, denique animarum eis commissarum salus proficisceretur, à malis verò contrà, non nisi mala, nempe avaritia, negligentia, fastus, & animarum periculum possit expectari. Quòd si in quibuslibet Ecclesiarum Pastoribus tantoperè providendum est, nè quis assumatur indignus, majorem certè, & perspicaciorem diligentiam in Rom. Pont. eligendo, qui cæteris Pastoribus est præfuturus, & totius dominici gregis curam habiturus, oportet adhiberi.

Recensentur Pontifices, qui constitutiones ediderunt de Romani Pontificis electione.

§. Hac sancta meditatione permoti Prædecessores nostri, & præsertim fel. rec. ALEXANDER III. GREGORIUS X. CLE-

Digitized by Google

CLEMENS V. CLEMENS VI. & JULIUS II. nonnullas conſtitutiones ſanxerunt ad providendum, ut ſummorum Pontificum electiones liberè, & rectè, & maturè fierent. Sed quoniam res humanæ ſemper in deteriùs prolabuntur, niſi ſit qui eas aſſiduè retineat, & conſervet: Verendumque ſit, ne aliquando propter earum conſtitutionum transgreſſionem ſuborti abuſus longiùs ſerpant, & progrediantur.

Cardinales abſentes per decem dies expectantur, & interim fiunt exequiæ Pontificis mortui, quarum expenſæ taxantur.

§. Nos quantùm cum Deo poſſumus, futuris caſibus, & periculis occurrere volentes, eorundem Prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones, tum innovando, tum declarando, & pro rerum, & temporum neceſſitate ſupplendo, de fratrum noſtrorum unanimi conſilio atque aſſenſu definimus, ſtatuimus, & declaramus, ut cùm Pontificem de hac vitâ migrare contigerit, Cardinales præſentes, decem tantummodo diebus juxta dicti GREGORII Prædeceſſoris Conſtitutionem in Concilio Lugdunenſ. editam, Cardinales abſentes expectare teneantur, & interim ſolitas novem continuorum dierum exequias, omninò peragant, nec ullo prætextu ulteriùs differant. Et ne quid impedimento eſſe poſſit, quò minus exequiæ ipſæ nono die abſolvantur, ſi quando per obſervantiam alicujus magni, & præcipui feſti, Cardinalibus videretur officium exequiarum intermitti debere; dies illi ſic intermiſſi in numerum novem dierum nihilominus computari debeant, & impenſa quæ in eis pro exequiis facienda eſſet, inter pauperes Chriſti diſtribuatur. Ac ut ſuperfluis quoque ſumptibus, qui jam in immenſum excreverunt, modus imponatur, funus ſimplicius quàm conſueverit fiat, ita ut illius ratione (præter regalia Populo Romano præſtari ſolita) decem millium ducatorum ſummam pannis lugubribus, & regalibus, tam Camerarii, & Clericorum, ac aliorum Cameralium, quàm aliorum quo-

Digitized by Google

quorumcumque ministrorum, & officialium, ac aliis omninò computatis, impensa non excedat. Summa autem decem millium hujusmodi, vel si Collegio visum fuerit etiam minor, ac nullo modo major, per tres Cardinales antiquiores unum videlicèt de quolibet ordine, & Camerarium proportionabiliter pro rata distributionis aliàs fieri solitæ, inter prædictos omnes, & singulos dividatur.

Lapsis decem diebus post Missam de Spiritu Sancto, Cardinales ingrediuntur conclave, & ad negotium electionis procedunt, & singulis diebus fieri debet scrutinium, & licet etiam in primo scrutinio accedere.

§. Lapsis verò decem diebus à die obitus Pontificis, ingressus Conclavis nullatenus prorogetur, aut differatur: sed sequenti die, Missa de Spiritu sancto celebrata, sive Cardinales absentes venerint, sive non, qui fuerint præsentes statim Conclave ingredi teneantur, & ingredientes ipsi absque mora aliqua, omissa omninò capitulorum confectione primis diebus fieri solitorum, in electionis negotio procedant, & singulis diebus scrutinium fiat, & in primo scrutinio etiam accedere liceat.

Nolentes ingredi Conclave, pœnam Gregorianæ constitutionis incurrunt.

§. Si qui verò fortè intrare noluerint, vel ingressi absque manifesta infirmitatis causa, juramento medicorum, & à majori parte Cardinalium per secreta suffragia approbata exiverint, dictæ constitutionis GREGORII X. pœnam incurrant.

Cardinales præsentes, in conclavi, & extra, lapsis decem diebus, possunt eligere Pontificem.

§. Declarantes nihilominus, quòd postquàm Card. præsentes, aliis Cardinalibus etiam de latere Legatis, aut ex alia quacunque etiam

Digitized by Google

etiam publica causa, etiam cum licentia Summi Pontificis absentibus, ulteriùs non expectatis, post tamen lapsum dictorum decem dierum à morte Pontificis, electionem, sive intra, sive extra Conclave fecerint, electio sic facta ex itineris, aut alterius etiam probabilis, & notorii ipsorum Card. absentium impedimenti prætextu, impugnari minimè valeat, cùm publica utilitas ex matura electione proveniens, cuivis alteri rationi præferri debeat.

Potestas sacri Collegii sede vacante ponitur.

§. Sedis autem vacatione durante, Collegium Cardinalium in iis, quæ ad Pont. Max. dum viveret pertinebant, nullam omninò potestatem, aut jurisdictionem habeat, neque gratiam, neque justitiam faciendi, aut factam per Pontificem mortuum executioni demandandi: sed ea omnia futuro Pontifici reservare teneatur. Neque de statu temporali S.R.E. neque de pecuniis Cameræ Apostolicæ, aut Datarii, vel pro solutione debitorum ante obitum Pontificis quomodolibet contractorum, aut aliàs ex quavis causa (casibus infra scriptis dumtaxat exceptis) quicquam disponere, nec contra dictam GREGORII constitutionem pro seipsis aliquid percipere, nec æs alienum ultra necessarios sumptus præsentibus comprehensos contrahere debeat, neque Camerarius, Thesaurarius, Datarius, Depositarius, Castellanus arcis S. Angeli, aut alii officiales contra harum constitutionum tenorem Collegio obedire teneantur, sive debeant: quinimò si eis in talibus obtemperaverint, aut ipsi Cardinales, vel officiales ex eorum officiis contra præmissa aliquid attentare præsumpserint, de suo proprio Cameræ Apost. plenariè satisfacere, & pecunias erogàtas restituere, ac quævis damna ad eligendi Pontificis arbitrium resarcire cogantur. Quod autem expendi possit, erit præfata decem millium ducatorum summa: Illud item quod pro victu familiæ Pontificiæ ante conclavis ingressum, ac post ingressum, pro pauperum officialium palatii tantùm per Camerarium, & Priores ordinum describen. victu, ac etiam pro eleemosynis sede vacante fieri consuetis, itemque pro defensione terrarum Eccl. vel partis earum,

Digitized by Google

necnon pro regalibus Pop. Rom. & illius Magistratibus, ac custodia Urbis, & Conclavis, illiusque provisionibus opportunis necessarium erit. Quæ verò impensa pro defensione terrarum, & locorum Eccl. & securitate, ac provisionibus conclavis facienda sit, Cardinales præsentes per secreta suffragia ordinare debeant, ita ut majoris partis sententia obtineat id, quod observandum erit; etiam in Gubernatoribus Urbis, tam ultra pontem, quàm citra, & aliis officialibus etiam pro Status Ecclesiastici regimine si opus fuerit eligendis. Si verò ultra prædicta aliquod grande periculum immineret, cui omnibus, & singulis Cardinalibus præsentibus juxta ordinationem GREGORII X. aut saltem duabus illorum tertiis partibus per secreta suffragia videretur celeriter occurrendum: tunc collegium juxta majoris partis sententiam similiter per secreta suffragia de remedio opportuno; ac providè de necessaria impensa providere possit, & debeat.

Tres Cardinales antiquiores, unus ex quolibet ordine, & Camerarius, occurrentes necessitates proponunt in Congregationibus, & curam habent clausuræ Conclavis.

§. Statuimus etiam quòd tres Cardinales antiquiores, unus videlicet ex quolibet ordine, unà cum Camerario post Pontificis obitum, reliquos Card. congregandi, & occurrentes necessitates, in congregationibus generalibus proponendi; & ut conclave benè undique claudatur, curandi jus habeant.

Potestas trium Cardinalium, de qua in præcedenti §. expirat tertio die, & transit ad sequentes in ordine, singulis tribus diebus, manente semper potestate Camerarii.

§. Ipsorum autem officium tertia die post conclavis ingressum, omninò expiret, eorumque loco, tres alii sequentes in ordine, quolibet tertio quoque die cum eodem Camerario in eadem potestate succedant.

Ponitur potestas Camerarii, & ejus officialium sede vacante.

§. Camerarii quoque & majoris pœnitentiarii officia, quæ etiam

Digitized by Google

etiam sede vacante durante ita durare decernimus, & declaramus, ut non solùm ea quæ præsenti constitutione prohibentur, & quæ Pontifice vivente exercere non consueverunt, seu à quibus pro ejusdem Pontificis reverentia, aut aliàs quomodolibet abstinebant, minimè usurpent: sed Camerarius, ac Præsidentes, & Clerici, aliique ministri, & officiales Cam. Apost. exactioni pecuniarum eidem Cameræ debitarum, ac provisionibus ratione sedis vacantis juxta præmissa necessario faciendis dumtaxat incumbere, & propterea à solutione debitorum ante Pontificis obitum contractorum, aut illorum declaratione, rationum solidatione, extractionibus frumentorum, remissionibus delictorum, assecurationibus delinquentium, & quibuscumque aliis expeditionibus, tam gratiam, quàm justitiam, aut illarum executionem quomodolibet concernentibus omninò abstinere debeant.

Ponitur potestas pœnitentiarii, & ejus officialium.

§. Pœnitentiarius verò, & ejus officiales ea tantùm facere, & expedire valeant, quæ ad forum conscientiæ pertinent, in reliquis officium eorum conquiescat, itaque à quibuscumque matrimonialibus, & aliis dispensationibus, ac absolutionibus, & declarationibus, necnon quibusvis aliis expeditionibus forum (quòd ajunt) fori, mixtim, vel separatim quomodolibet respicientibus, omninò abstineant: Alioquin in quibus, tam Camerarius, quàm Pœnitentiarius, & alii prædicti etiam de licentia, aut mandato totius Collegii contrafecerint, ea nulla, & irrita sint, ac nemini suffragentur. Et nihilominus eorum excessus, & inobedientiæ rationem, Pontificis arbitrio quandocumque reddere teneantur. Literis etiam nostris super reformatione Cameræ, & Pœnitentiariæ hujusmodi editis in suo robore permansuris.

Datarii officium expirat morte Papæ.

§. Datarii verò ministerium per ejusdem Pontificis obitum omninò expiret, ita ut non solùm datas per eum antea notatas ex-

Digitized by Google

tendendi poteſtatem minimè habeat: ſed quascumque ſupplicationes gratiarum, & juſtitiæ penes eum, aut ejus miniſtros adhuc exiſtentes, etiam ſi datæ fuerint Collegio Cardinalium, ſtatim ſub ſigillo clauſas præſentare teneatur futuro Pontifici reſervandas. Quòd ſi contra præmiſſa quicquam, ac cujusvis etiam Card. inſtantiam attentare præſumpſerit, irritum & inane exiſtat, & nihilominus falſi crimen incurrant, illius rationem futuro Pontifici redditurus.

Poteſtas Cardinalium, & Prælatorum ſignaturæ gratiæ, & juſtitiæ, conquieſcit.

§. Prohibentes inſuper, ne Card. & Prælati ſignaturæ gratiarum, & juſtitiæ præfecti, ſede vacante ſupplicationes, & commiſſiones aliquas, et ſi ſupplicantes, parvas datas, ut moris eſt, antea obtinuerint, ſignare valeant: ſed officia eorum omninò ceſſare intelligantur. Quòd ſi aliter fecerint, pro exceſſibus hujusmodi futuri Pontificis arbitrio puniantur.

Cellæ conclavis ſorte diſtribuantur.

§. Mandamus quoque quòd cellæ conclavis, Card. ſorte diſtribuantur, nec liceat eas etiam infirmitatis prætextu mutare, aut deſuper ædificare, vel illas dilatare; ſed quilibet, etiam Decanus, ſit ſua ſorte contentus.

Apud Conclave habitare, vel morari prohibitum.

§. Poſt conclavis verò ingreſſum, interdicimus, & expreſsè prohibemus ſub officiorum, & beneficiorum privationis pœna, atque etiam ſub alia arbitrio gubernatoris ad cuſtodiam conclavis deputari ſoliti inflígenda, ne quis immediatè ſupra aut infra conclave, ſeu à lateribus habitare, vel morari poſſit. Quæ loca muris claudi, & à Præſidentibus cuſtodiæ conclavis, ac à dicto gubernatore ſæpius viſitari debeant. Et ſi qua fraus commiſſa fuerit, teneatur ipſe gubernator ſub perjurii pœna eo ipſo incurrenda, & alia arbitrio futuri Ponti-

Digitized by Google

Pontificis infligenda, delinquentes hujusmodi Cardinalibus pro tempore deputatis revelare, curareque ut delinquentes ipsi carcerentur, & acriter puniantur.

Conclavis clausura à Card. deputatis visitari debet.

§. Teneantur quoque Card. pro tempore deputati cellas Card. & alia conclavis loca sæpius visitare, & diligenter perquirere, ne in ipsius conclavis muris, aut laquearibus, seu pavimentis vetita foramina fiant. Et si quid tale deprehensum fuerit, auctores privationis officiorum, & beneficiorum, ac aliis etiam corporalibus, & severissimis pœnis, gubernatoris, ac etiam futuri Pontificis arbitrio afficiantur, & conscii de præmissis eisdem pœnis teneantur; nisi statim, si intra conclave fuerint, eisdem Card. deputatis, si vero extra conclave, Gubernatori, & Prælatis præpositis revelaverint. Qui quidem Gubernator, & Prælati sub perjurii pœna in hoc invigilare, & opportunè providere debeant.

Numerus servorum Cardinalium diffinitur.

§. Quilibet autem Card. in conclavi duobus servientibus Clericis, vel laicis contentus sit, infirmis autem, & graviter affectis à majori parte collegii per secreta suffragia, tertius ad summum indulgeri possit.

Conclavistæ à Cardinalibus approbandi.

§. Qui servientes familiares domestici, & continui commensales ipsius Card. & ab anno ante fuisse, & tunc esse debeant, & non mercatores, ministri Principum, domini temporales, & jurisdictionem habentes, neque fratres, aut nepotes Card. etiam si expensis eorum viverent. Et de qualitatibus conclavistarum, Card. deputati ante conclavis ingressum diligenter inquisitionem habere, & eos approbare, ac post ingressum denuo diligenter providere debeant.

Digitized by Google

Sacrista; Magistri Cæremoniarum, & alii officiales Conclavis, determinantur.

§. Sacrista quoque cum uno clerico coadjutore in officio sacristiæ, duo quoque Magistri cæremoniarum, conclave ingrediantur, Missis celebrandis, & aliis quæ ad ipsos pertinent vacaturi. Adsit præterea unus Religiosus, pro confessionibus audiendis à majori parte Card. per secreta suffragia eligendus, unus collegii secretarius tantùm, duo medici, unus chirurgus, unus aromatarius cum uno, aut duobus servientibus, unus faberlignarius, unus cementarius, duo barbitonsores, cum uno aut duobus servientibus. Item octo, aut decem servientes publicæ utilitati, & commoditati omnium, veluti pro lignis portandis, pro verrendo conclave, & similibus necessariis ministrandis, qui omnes à Collegio Card. non tamen ex familia alicujus Card. per fabas secretas eligantur, ita tamen ut is obtineat qui plura vota tulerit, & eis salaria de publico persolvantur. Quòd si ultra præfatas personas, in conclavi aliquis inventus fuerit, expelli statim debeat. Et si quis uspiam se occultasse deprehendatur, ignominiosè expellatur, & infamia notetur, & officiis atque beneficiis privetur: conscii verò sub eadem pœna illos collegio revelare teneantur, præmium reportaturi si indicaverint.

Clauso conclavi, prohibentur colloquia cum iis, qui sunt extra conclave.

§. Clauso conclavi nulli ad colloquium, etiam extra portam conclavis, etiam Principum oratores, nisi ex magna, & urgenti causa à majori parte collegii approbanda admittantur. Et si quis fortè (quòd absit) clam ipsum conclave, & aliundè quàm per ostium ingrediatur, omni honore, gradu ac officio, & beneficio ipso facto privatus existat, & tradatur curiæ sæculari acerrimis pœnis puniendus.

Literæ,

Digitized by Google

Literæ, & signa clauso conclavi similiter prohibentur.

§. Literas verò, aut cujusvis generis scripta ad eos, qui in conclavi erunt, seu nuncium, vel notam, aut signum mittere, seu recipere, aut contra, è conclavi ad eos, qui foris erunt, nullo modo liceat: qui contrafecerint, quacumque dignitate, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, pœnæ excommunicationis latæ sententiæ subjaceant, absolvendi facultate, præterquam in mortis articulo, soli Pont. Max. reservata, à quo nihilominus pro qualitate delicti, ultra dictam excommunicationis pœnam puniendi erunt.

Excommissæ super electione Romani Pontificis damnantur.

§. Prohibentes etiam super futura electione Pontificis sponsiones, quas excommissas vocant, fieri; & si fortè contra præsentium tenorem factæ fuerint, illas nullas, & irritas in judicio, & extra fore, & omninò censeri, & contrafacientes, ac proxenetas, arbitrio gubernatoris, & futuri Pontificis, puniri debere decernimus.

Cardinales unico ferculo moderato, & in propria cella vescantur.

§. Cardinales autem, primo ipso die, quo conclave ingressi fuerint, tàm in prandio, quàm in cœna uno solo ferculo unius speciei tantùm, eoque moderato, & aliàs juxta constitutionem præfati CLEM. VI. qualificato contenti sint, & esse debeant, nec quisquam in alterius cella, vel de alterius ferculo vescatur.

Prælati custodes conclavis inspicere debent epulas, ne literæ, notæ, vel signa unà cum eis intus conclave mittantur.

§. Prælati quoque ad custodiam conclavis deputati sub pœna perjurii, & suspensionis à divinis, maxima, & exquisita diligentia utantur in inspiciendis, ac perscrutandis epulis, & aliis rebus, ac personis conclave intrantibus, & de eo exeuntibus, ne subearum rerum

Digitized by Google

rerum velamine literæ, aut notæ, vel signa aliqua transmittantur. Quòd si tale quid inventum fuerit, familiares Card. aut alii delinquentes, pœnam privationis officiorum, & beneficiorum, ac inhabilitatis ad obtenta, & obtinenda incurrant. Et ulteriùs per Gubern. carceribus mancipentur, exinde nisi de mandato novi Pontificis minimè relaxandi: sed ejus arbitrio acriùs puniendi, omni facultate collegio Card. in favorem quorumcunque, qui in præmissis vel eorum aliquo deliquerint omninò interdicta.

Conclavistæ discedentes, non ingrediantur ulteriùs.

§. Conclavistæ verò, & quicumque alii servientes, conclave ex causa infirmitatis manifestæ, & notabilis à medicis medio juramento probatæ, & de consensu deputatorum, quorum etiam conscientiam desuper oneramus, & non aliter exituri, nullo modo reverti possint; sed eorum loco, alii eodem prorsus tempore, quo infirmi exibunt, ingrediantur.

Card. non diaconus non habet votum in electione.

§. Statuimus etiam, & declaramus, quòd si fortè aliquis Card. saltem in Diaconatus ordine constitutus non fuerit, is nullatenus ad eligendum admitti debeat.

Monitio ad Cardin. circa ea, quæ debent servare in electione facienda.

§. Cardinales autem per viscera misericordiæ D. N. JESU Christi enixè rogamus, & hortamur, ac eis nihilominus sub divini interminatione judicii præcipimus, & mandamus, ut attendentes magnitudinem ministerii, quod per eos tractatur in dandis suffragiis, ac aliis omnibus, & singulis electionem quomodolibet concernentibus, omni dolo, ac fraude, factionibus, & animorum passionibus remotis, ac Principum sæcularium intercessionibus, cæterisque mundanis respectibus minimè attentis: sed solùm Deum præ oculis

Digitized by Google

oculis habentes, seſe purè, liberè, syncerè, quietè, & pacificè gerere, & habere debeant, nec pro ipsius Pontificis electione conspirationes, condicta, pactiones, & alios illicitos tractatus inire, signa, aut contrasigna votorum suorum alteri dare, minasvè aliquibus inferre, tumultus excitare, aut alia facere per quæ electio retardetur, vel minus liberè suffragia præstentur per se, vel alium directè, vel indirectè, quovis colore, vel ingenio audeant, vel præsumant. Quòd si secus fecerint, aut contra prohibita in præsenti constitutione, aliquid admiserint, ultra divinam ultionem arbitrio futuri Pontificis pro modo culpæ in eos quandocumque animadverti possit.

Executores Bullæ deputantur.

§. Quia verò parum esset jura condere, nisi forent, qui executioni ea demandarent; statuimus, & ordinamus, ut Prælati, Rectores, Officiales Urbis, ac Principum Oratores, Illustres viri, quos omnes à Collegio pro custodia conclavis eligi continget (eligere autem Collegium debebit eos, qui ad id magis idonei videbuntur) præmissa omnia plenè, & inviolabiliter, ac sine fraude, & dolo aliquo observari faciant, de quo corporale juramentum coram ipso Collegio ante ingressum conclavis, & quoties opus fuerit, præstare teneantur: quæ quidem nisi fecerint, vel si in eis dolum, & fraudem commiserint, prædictas pœnas, & cæteras in dicta constitutione GREGORII X. contentas incurrant.

Cardinales non possunt mutare hanc constitutionem.

§. Volumus autem neque per Prælatos, neque per Rectores, aut Officiales præfatos ultra, quàm præmittitur, Card. arctari, nequè præsentes has nostras constitutiones per Collegium Card. ullo modo alterari, corrigi, aut immutari posse: sed illas coram omnibus de verbo ad verbum in prima congregatione post obitum Pontificis fieri solita, & deindè post conclavis ingressum legi, & jurari eo modo quo leguntur, & jurantur constitutiones JULII II. & aliorum

Digitized by Google

rum prædecessorum nostrorum : quorum constitutionibus, & pœnis in eis contentis ultra præmissa, per hanc nostram constitutionem derogare non intendimus : sed magis eas confirmare, innovare, & comprobare.

Cardinales non excluduntur ab electione ob censuras.

§. Et ne dissensionis occasio, aut schismatis oriatur, volumus censurarum, & excommunicationum præfatarum, & aliarum quarumcumque prætextu, Card. à Pontificis electione activè, vel passivè excludi nullo modo posse, quas quidem excommunicationes, & censuras ad electionis effectum tantùm, illis aliàs in suo robore permansuris suspendimus, & suspensas esse volumus, & declaramus. Decernentes quoque excommunicationes, & censuras ipsas, eum solum afficere, qui deliquerit, non autem alios conclavi durante cum eo conversantes.

Ponuntur clausulæ executivæ, & derogatoriæ.

§. Ac præsentes nostras ubicumque electionem Summi Pontificis etiam si extra Urbem fieri contigerit locum habere, & observari debere.

§. Ac insuper illas in valvis Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie campi Floræ per aliquos Cursores nostros legi, & publicari, ac illorum copiam ibidem affixam dimitti, & deinceps omnes, & singulos Card. etiam absentes, præsentes, & futuros, & alios quoscumque quorum interest, vel interesse poterit quomodolibet in futurum afficere, & ligare, nullumque earum ignorantiam prætendere posse, ac si eis personaliter intimatæ forent, præmissis ac aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

§. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum definitionis, statutorum, declarationum, decretorum, prohibitio-

Digitized by Google

bitionum, mandatorum, interdicti, præcepti, rogationis, hortationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, septimo Kl. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

✠ Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

✠ Ego R. Card. de Carpo Episcopus Ostien.
✠ Ego F. Card. Pisa Episcopus Portuen. manu propria.
✠ Ego Fed. Card. Cæsius Episcopus Tusculanus.
✠ Ego Jo. Card. Moronus Episcopus Prænestinus ff.

✠ Otho Truchses de Vualdburg Episc. Card. Albanen.
✠ Ego Ti. Card. Crispus.
✠ Ego Jo. Mi. Card. Saracenus.
✠ Ego Jo. Card. Sancti Vitalis.
✠ Ego Jac. Card. Puteus.
✠ Ego Jo. B. Cicada Card. S. Clemen.
✠ Ego B. Card. Tranen.
✠ Ego Scipio Card. Pisarum.
✠ Ego Jo. Card. Reumanus.
✠ Ego Jo. Ant. Card. Capisuccus.
✠ Ego F. M. Card. Alexandrinus.
✠ Ego Clemens Card. Aracæli,
✠ Ego Jo. Ant. Card. Sancti Georgii.
✠ Ego Aloysius Card. Cornelius.
✠ Ego Bernardus Card. Salviatus.
✠ Ego Ph. Card. Aburd.

Digitized by Google

† Ego M. Ant. Card. Amulius.
† Ego R. Card. Navagerius.

† Ego A. Card. Farnesius Vicecanc.
† Ego G. As. Card. Cam.
† Ego Ju. Card. Urbin.
† Ego Hier. Card. Simoncellus.
† Ego Vitellottius Card. Vitellus.
† Ego Carolus Card. Borrhomæus.
† Ego Franciscus Card. Gonzaga.
† Ego Ind. Avalos Card. Arag.

Cæs. Glericius.

Franc. de Lyon.

Anno à Nativitate Domini, Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Indictione quinta, die verò 21. Mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. PII divina providentia Papæ IV. Anno Tertio, suprascripta litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt Romæ in locis suprascriptis, ut est moris, inibi earundem copiis dimissis affixis per nos Andream de Curia, & Franc. Faya ejusdem S. D. N. Papæ Curs.

Pro Magistro Cursorum Franciscus Rogerius Curs.

BULLA

Digitized by Google

BULLA
GREGORII PAPÆ XV.
De electione Romani Pontificis.
GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita anno salut. 1621.

SUMMARIUM.

Ponuntur causæ hujus constitutionis.

ÆTERNI Patris, Filius, Magister, & Legislator CHRISTUS Dominus, cujus omnis actio, nostra est instructio, licet portaret omnia verbo virtutis suæ, nec esset quicquam absconditum ab oculis ejus, tamen priusquam ad Apostolatus munus duodecim Apostolos eligeret, & nominaret, quod aliàs unquam fecisse in scripturis non legimus, pernoctare voluit in oratione Dei; & antequam B. Petro ovium suarum curam committeret, tertiùm repetita interrogatione, trinam extare æterni amoris ejus professionem: Nos scilicet erudiens quanta diligentia, cautione, & cura in omnium Pastorum electione adniti debeamus, ut boni eligantur, & fideles; præsertim verò in Beati Petri successoris, qui Orbis est lumen, Doctor gentium, & Pastor Pastorum. Quapropter satis etiam admonemur nihil eorum, quæ ad electionis Romani Pontificis negocium, cautiùs, & meliùs transigendum conducunt, omitti debere: salus enim non unius membri, sed totius corporis agitur, cùm de capite consulitur. Igitur & si

Digitized by Google

diversis sel rec. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & Sanctorum Patrum decretis salubriter provisum est, ut ejus electio ritè, & rectè peragatur, & in ea non caro & sanguis, aut humana sapientia, quæ stultitia est apud Deum dominetur, sed Spiritus Sancti gratia omnia dirigantur, & gubernentur: nihilominus, ut dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam, experientia compertum est salubriori remedio locum non deesse. Nos igitur quos posuit Dominus, licet nullis suffragantibus meritis, regere Ecclesiam suam, ne in extremo die prætermissi officii, in re tanti momenti à nobis ratio à districto Judice exigatur, quod multorum etiam votis, & postulationibus multùm expetitum est, Sancti Spiritus adspirante gratia, faciendum decrevimus.

Ponuntur tres formæ electionis Romani Pontificis, scilicet, per scrutinium, per compromissum, & per quasi inspirationem.

§. Matura itaque cum Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione habita, de eorundem Fratrum consilio pariter, & assensu, hac nostra perpetuò valitura Constitutione, statuimus, decernimus, & declaramus in posterum electionem Romani Pontificis fieri aliter non posse, quàm in conclavi, & eo clauso, ac post celebratum in eo prima die Sacro sanctum Missæ solitum Sacrificium, cui Cardinales interesse, & in eo communicare consueverunt, ac per secreta Schedularum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium, in conclavi præsentium: præterquàm si omnes, & singuli Cardinales similiter in conclavi præsentes, nemine dissentiente, aliquibus ex eorundem Collegio Cardinalium committerent eligendi potestatem, ut vice omnium Ecclesiæ Catholicæ providerent de Pastore: aut nisi communiter ab omnibus, & singulis Cardinalibus, qui itidem in conclavi præsentes erunt, nemine pariter dissentiente, quasi per inspirationem, nullo præcedente de persona speciali tractatu, per verbum, ELIGO, intelligibili voce prolatum, aut scripto, si voce fieri non potuerit, expressum, fuerit celebrata.

In

Digitized by Google

In electione per viam ſcrutinii, vel ſcrutinii, & acceſſus, & per viam compromiſſi, nemo poteſt eligere ſeipſum.

§. Numerum autem ſuffragiorum duarum ex tribus partibus Cardinalium in conclavi præſentium, ut electio per viam Scrutinii, ſive Scrutinii & acceſſus valida ſit, decernimus, & declaramus ita eſſe cenſendum, ut in duabus tertiis partibus, ſuffragium electi non numeretur, nec quisquam ſive Scrutinio, ſive Scrutinii & acceſſus, ſive compromiſſi via procedatur, ſe ipſum eligere, ſeu ſuffragium ſibi dare ullatenus poſſit: Electi tamen perſona, ſi in conclavi ſit, debeat in numerum Cardinalium computari.

In ſcrutinio, vel ſcrutinio, & acceſſu, neceſſaria eſt publicatio ſuffragiorum.

§. Rurſus nemo per viam Scrutinii, ſeu Scrutinii & acceſſus, habeatur pro electo, niſi publicatis omnibus ſuffragiis, & electi, ſi numerum tantummodo duarum ex tribus partibus habuiſſe compertum ſit, etiam ſchedulis apertis.

De pluribus electis in ſuffragiorum paritate, vel imparitate.

§. Ac ſi contingat plures in ſchedulis nominatos, duas tertias partes ſuffragiorum tuliſſe, in ſuffragiorum paritate neuter ſit electus, in imparitate verò, qui numero ſuffragiorum ſuperior erit, dummodo duas tertias partes, etiam in uno ſuffragio excedat, electus cenſeatur.

Juramentum præſtandum per Cardinales in ſuffragio ferendo.

§. Inſuper in unoquoque ſcrutinio antequam ſchedula in calicem mittatur, à quolibet Cardinale juramentum alta, & intelligibili voce fiat, his verbis. TESTOR CHRISTUM DOMINUM, QUI ME JUDICATURUS EST, ME ELIGERE QUEM SECUN-

Digitized by Google

CUNDUM DEUM JUDICO ELIGI DEBERE, ET QUOD IDEM IN ACCESSU PRÆSTABO. Et hoc juramentum à nullo omittatur.

De qualitate, inscriptione, & signis schedularum pro suffragiis.

§. Suffragiorum autem Schedulæ hujusmodi tam Scrutinii, quàm accessus, ubi fieri potuerit, impressæ omninò esse debeant, ubi non potuerit, unius tantùm manu scriptæ sint; ita videlicet, ut tam impressæ, quàm ita scriptæ, ea omnia, quæ in Schedulis hujusmodi exprimi solent, contineant, præter sola nomina, seu denominationes eligentis, & electi, & infrascripta signa, quæ omnia manu ejusdem eligentis scribantur: & nomen quidem eligentis in prima parte Schedulæ, electi verò in sequenti; & rursus electi, quantùm fieri poterit charactere alterato, ita ut cognosci non possit: eaque Schedulæ pars, in qua erit eligentis nomen claudatur, ac sigillo ad hoc parato, ac secretè habito, non autem eo, quo quisque uti solet, obsignetur. Ut autem videri possit, ne qui alicui accessit, eidem in Scrutinio suffragium dederit, Schedulæ omnes duobus aliis signis in ultima parte signentur, numero nempe aliquo, & brevi dicto sacræ Scripturæ, vel alio hujusmodi; quæ signa in utraque Schedula tam Scrutinii, quàm accessus eadem sint.

De complicatione, obsignatione, & aperitione.

§. Postea verò pars illa Schedulæ, ubi hæc signa erunt, etiam complicetur, & obsignetur ne à Scrutatoribus videri possit, nisi postquam fuerit per Scrutinium, & accessum, electio perfecta; quo casu Schedulæ accessus à Scrutatoribus ea in parte, ubi duo prædicta sunt signa aperiantur, iisque inspectis, & earum sigillis, aliæ Schedulæ cum iisdem signis notatæ, & in Scrutinio datæ reperiantur, ut videlicet an duo hæc signa, & sigillum, eadem sint cognoscatur, & inde duo suffragia ab eodem Cardinali, uni data non fuisse appareat.

Quando

Digitized by Google

Quando ſuffragium acceſſus, ſit nullum, & quando ſchedulæ aperiantur, in ea etiam parte ubi eſt nomen eligentis.

§. At ſi inter Schedulas Scrutinii nulla reperietur iisdem ſignis notata, quibus ſchedula acceſſus ſignata erit, aut ſi quis eidem acceſſerit, quem in Scrutinio nominaverit, utroque caſu ſuffragium acceſſus nullum ſit. Subſcriptio autem, ſeu nomen eligentis reſignari non poſſit, niſi contingat, ut ſigillum, & alia duo prædicta ſigna ſint eadem cum ſignis, & ſigillo alicujus alterius Cardinalis, aut alia difficultate cogente.

Nomen electi quomodo in ſchedulis ſcribendum, & ubi debeat inſcriptio ſchedularum fieri.

§. Quod autem attinet ad nomen electi, illud eo modo à Cardinalibus ſcribatur, quomodo in folio impreſſo, ubi in conclavi notari ſuffragia ſolent. Præterea, ut ſecreto cautiùs conſulatur, Schedulæ ſuffragiorum conficiantur, una ſeu pluribus in menſis, in media capella conſtitutis, ita à Cardinalibus remotis, & circum ſeptis, ut quid ſcribatur ab aliis videri non poſſit. Si quis verò ad menſam accedere, impeditus valetudine non poterit, is ſuffragium ſuum in loco ſuo ſecretè conficere debeat, & ad illud accipiendum ultimus Scrutatorum accedat.

Quando ſit locus acceſſui, & quando, & quomodo fieri debeat.

§. Et ut acceſſus ſecretè etiam peragatur, Scrutinio publicato, ſi electio per conſenſum duarum partium, in eo non fuerit celebrata, ſtatim antequam ad alios actus deveniatur, Cardinales Schedulam pro acceſſu formatam, prædictis in menſis conficere, ſicut in Scrutinio teneantur. Porrò uſus Schedularum pro acceſſu talis erit. Qui accedere alicui ex nominatis in Scrutinio voluerit, ejus nomen ſcribet, qui verò noluerit, ne cognoſci poſſit eum nulli accedere, in loco nominis ſcribat, NEMINI.

Digitized by Google

Tam in Scrutinio, quàm in accessu, plures nominare non licet, & de accessu, cui fieri possit.

§. Nulli autem tam in Schedula Scrutinii, quàm accessus, plures nominare liceat, alioquin suffragium in quo plures fuerint nominati, nullum sit; accedere tamen uni ex nominatis à se in dicta Schedula, vel alii, duommodo aliquod aliud suffragium in eodem Scrutinio tulerit, non prohibeatur, & in numerum Cardinalium in conclavi præsentium numeretur.

Semel licet accedere in uno Scrutinio, & per accessum, non receditur à nominato in Scrutinio.

§. Neque in quolibet Scrutinio, nisi semel accedere liceat; neque per accessum, ab alterius nominatione, in Scrutinii Schedula facta, recedi decernimus, & declaramus.

Numeratio Schedularum quomodo fiat, & quid juris si numero Cardinalium Schedulæ non respondeant.

§. Insuper antequam Schedulæ, sive Scrutinii, sive accessus, à Scrutatoribus aperiantur, omnes ab iis diligentissimè palàm numerentur: & si plures repertæ fuerint, quàm sint Cardinales, in conclavi præsentes, omnes comburantur, & iterum ad suffragia statim deveniatur.

Pœna contra non servantes supradicta in hac constitutione.

§. Si quis autem aliquid ex supra expressis non servaverit, aut quomodocunque directè, vel indirectè in aliquo contravenerit, sententiam excommunicationis ipso facto incurrat.

De infirmis Card. quomodo suffragia ferant in Scrutinio, & accessu.

§. Præterea statuimus, & ordinamus, quòd si aliquem infirmi-

Digitized by Google

firmitas impediverit ad Scrutinium venire, ad eum adire debeant tres Cardinales, sorte ante Scrutinium, ut infra, ad hanc rem ex omnibus Cardinalibus per ultimum Diaconorum extracti, cum capsula perforata, sed inani, & palàm à Scrutatoribus clausa, cujus clavis super altare remaneat, & Schedulam impressàm illi deferre, ipseque illam, sicut alii Cardinales, prævio juramento suprascripto, secretè conficere teneatur, deinde in capsulam conjiciat, eaque per eosdem Cardinales relata, & aperta, in calicem Schedula mittatur. Publicato deinde Scrutinio, si accessus agendus erit, ut etiam infirmi accedere possint, unum ex foliis, in quibus nomina Cardinalium, & suffragiorum numerus notantur, à tribus Cardinalibus prædictis sumatur, & palàm recognito numero suffragiorum, quæ quisque in Scrutinio tulerit, ad infirmum unà cum alia impressa Schedula, pro accessu parata, & cum eadem capsula ab iis deferatur. Infirmus verò alicui accedere, vel nemini accedere debeat, omniaque & singula serventur, quæ de Scrutinii Schedula supra ordinata sunt, sub eadem excommunicationis latæ sententiæ pœna. At si quis scribere valetudine impediatur, per alium, prævio juramento ab eo qui scribet præstando, de servando secreto, quod sub eadem excommunicationis pœna servari mandamus, scribere liberè possit.

Scrutatores, & deputati pro votis infirmorum suscipiendis, ac recognitores, quomodo extrahantur, & quam pœnam incurrant, si aliquid secreti revelent, & de officio recognitorum, & combustione schedularum.

§. Ad hæc Scrutatores tres, sicut & tres alii Cardinales, qui ad infirmorum suffragia deferenda proficiscentur, ex omnibus Cardinalibus præsentibus in conclavi, nulla ordinis servata distinctione, sorte, immediatè ante quodlibet Scrutinium per ultimum Diaconorum extrahantur, & qui semel extracti fuerint, in vas iterum conjiciantur; alioquin si quis contrafecerit, sicut si Scrutatores, vel recognitores aliquid secreti in exercendo suo officio cognoverint, &

Digitized by Google

illud revelaverint, eandem latæ sententiæ excommunicationem incurrant. Finito Scrutinio, & accessu, sive electio sequuta sit, sive non sit, tres alii Cardinales, sorte pariter, ut supra, extrahendi, Schedulas omnes recognoscere debeant, sigillo tamen, & duobus aliis signis, si aperta non fuerint, intactis remanentibus. Quæ omnes, & singulæ schedulæ, sive sequuta, sive non sequuta electione, postmodum statim palàm comburantur.

Quoties in die, & quando fieri debeat scrutinium, vel compromissum, & de pœna non observantium statuta in hoc §.

§. Similiter ne electio protrahatur, statuimus, & ordinamus, ut sub simili excommunicationis pœna, eo ipso incurrenda, Scrutinium bis singulis diebus peragatur, ita ut etiam perficiatur, manè scilicet post solitam missam, & prima quidem die tantùm post Cardinalium sacram peractam communionem, & pomeridiano tempore hora opportuna, post Hymnum Veni creator Spiritus, & orationem de Spiritu Sancto; idemque si compromissi via eligatur, observari debeat: atque ad Scrutinium cùm tertiùm pulsata per loca solita conclavis campanula de more fuerit, omnes, & singuli Cardinales convenire debeant, valetudine non impediti, sub eadem excommunicationis latæ sententiæ pœna.

Pactiones, promissiones, signa, & alia hujusmodi prohibentur Cardinalibus sub pœnis, de quibus hic.

§. Cardinales præterea omninò abstineant ab omnibus pactionibus, conventionibus, promissionibus, intendimentis, condictis, fœderibus, aliisque quibuscunque obligationibus, minis, signis, contrasignis suffragiorum, seu Schedularum, aut aliis tam verbo, quàm scripto, aut quomodocunque dandis, aut petendis, tam respectu inclusionis, quàm exclusionis, tam unius personæ, quàm plurium, aut certi generis, veluti creaturarum, aut hujusmodi, seu de suffragio dando, vel non dando, quæ omnia, & singula, si de facto intervenerint, etiam juramento adjecto, nulla, & irrita,

Digitized by Google

ta, neque ad eorum obſervantiam quemquam teneri, aut ex transgreſſione notam incurrere fidei non ſervatæ decernimus, & declaramus; & contrafacientes ex nunc excommunicationis pœna innodamus: tractatus tamen pro electione habendos, vetare non intelligimus.

Quæ nullam reddant electionem Romani Pontificis, & de pœnis eligentium, & electorum contra formam hujus conſtitutionis.

§. Quòd ſi electio hujusmodi alibi celebrata fuerit, quàm in conclavi clauſo, vel aliter, quàm per ſecreta Schedularum ſuffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in conclavi præſentium, in Scrutinio, ſeu Scrutinio, & acceſſu, electi ſuffragio non computato, vel per viam compromiſſi, ab omnibus Cardinalibus ſimiliter in conclavi præſentibus, nemine diſſentiente initi, & ita ut nemo ſeipſum elegerit; vel quaſi per inſpirationem nullo præcedente de perſona ſpeciali tractatu, omnium pariter Cardinalium, præſentium in conclavi, communiter, nemine itidem diſſentiente, per verbum, ELIGO, intelligibili voce prolatum, aut ſcripto, ſi voce non potuerit, expreſſum, nulla ſit, & invalida eo ipſo, absque ulla declaratione, & ita, electo nullum jus tribuat: quinimmò is non Apoſtolicus, ſed Apoſtaticus ſit, & habeatur, & tam ipſe, quàm eligentes, ejusque fautores, & complices, ſententiam excommunicationis, & anathema, aliasque cenſuras, & pœnas invaſoribus Sedis Apoſtolicæ à Sacris Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis impoſitas, pariter ipſo facto incurrant, à qua, ſicut ab alia quacunque, in hac Conſtitutione impoſita, & irrogata, ſeu infra imponenda, & irroganda pœna excommunicationis, tam ipſi, quàm quilibet alius, ſive S. R. E. Card. ſive alia perſona cujuscunque gradus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ, à nullo, neque etiam à majori Pœnitentiario, cujuscunque facultatis vigore, præterquàm à Rom. Pont. niſi in mortis articulo abſolvi poſſit, & tam ipſe, ejusque complices, & fautores, quàm alii quicunque etiam S. R. E. Cardinales hujus conſtitutionis in aliquo transgreſſores,

Digitized by Google

aliis graviſſimis pœnis teneantur, futuri Pontificis canonicè intrantis arbitrio, irrogandis.

Præcipit obſervari ſecretum in electione Romani Pontificis, & prohibet Cardinalibus mutationem, aut alterationem hujus Conſtitutionis.

§. Poſtremò ſtatuimus, & diſtrictè præcipiendo mandamus, ut S. R. E. Cardinales, quæcunque ſecretum violare quomodolibet poterunt, omnia evitare, & cavere omnino teneantur, cùm intentio, & mens noſtra ſit electionis hujusmodi tam ſanctum negocium, ſi fiat per Scrutinium, ſeu Scrutinium, & acceſſum, ut præfertur, ſecretiſſimè tranſigatur: ac proinde, iisdem omnibus, & ſingulis S. R. E. Card. & eorum Sacro Collegio inhibemus, ne contra hæc, vel horum aliquod ſtatuere, diſponere, vel ordinare, ſeu in aliquo corrigere, alterare, mutare, ſeu aliquo modo facere, tractare, moliri, vel attentare præſumant quovis prætextu, cauſa, vel exquiſito colore, ſub eadem excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda.

Deputantur hujus Conſtitutionis executores.

§. Ut autem hujusmodi noſtra Conſtitutio inviolabiliùs obſervetur, tres Cardinales, qui ſingulis diebus Congregationibus agendis præpoſiti ſunt, & cum iis S. R. E. Camerarius, illam in omnibus, & per omnia obſervari procurent, & faciant.

Cardinales cenſuris irretiti, non excluduntur ab electione Romani Pontificis.

§. Volumus etiam, & decernimus, cenſurarum, & excommunicationum prædictarum, & aliarum quarumcunque prætextu, vel cauſa Cardinales à Summi Pont. electione activa, & paſſiva excludi nullo modo poſſe, quas quidem cenſuras, & excommunicationes ad effectum hujusmodi electionis tantùm, illis aliàs in ſuo robore

Digitized by Google

robore permanſuris, ſuſpendimus: decernentes easdem excommunicationes, & cenſuras eos ſolùm afficere, qui deliquerint, non autem alios Conclavi durante, qui cum iis converſati fuerint.

Monitio ad Card. circa ea, quæ advertere debent in electione Romani Pontificis.

§. Cæterùm, & ſi opus non eſſe in Domino confidimus, tamen pro officii noſtri debito, & rei de qua agitur gravitate, admonemus, hortamur, & in Domino obſecramus S. R. E. Cardinales, ut attentè conſiderent perſonæ quam ſuſtinent, officium, & dignitatem, quàm ſacrum præterea, & quanti momenti ſit opus, quod tractant, & nihil quod ſe non deceat, nihil à re alienum committant, ſed cogitent, quàm pernicioſum futurum ſit univerſæ Eccleſiæ, Chriſti ſanguine acquiſitæ, ſi malè adminiſtretur; ac proindè exuant omnes mundanas curas, & induant ſolum Dominum Noſtrum JESUM Chriſtum: memores nihil prodeſſe homini ſi univerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur. Denique animum advertant ſe in Conclavi clauſos editiſſima in ſpecula conſtitutos eſſe, & factos ſpectaculum Deo, & hominibus, à Domino, cujus negocium gerunt, ſupplicii, vel gloriæ ſempiternæ retributionem citiſſimè laturos.

Derogatur conſtitutionibus, & decretis Conciliorum, & aliis huic Conſtitutioni contrariis.

§. Non obſtan. quatenus opus ſit, ſel. rec. ALEXANDRI Papæ III. præd. noſtri in Concilio Lateranen. edita, quæ incipit: Licet de vitanda, & aliorum Rom. Pont. præd. noſtrorum, etiam in Conciliis generalibus promulgatis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiam in corpore Juris clauſis, quibus omnibus, & ſingulis quatenus pariter opus ſit, eorum omnium, & ſingulorum tenores, perinde, ac ſi ad verbum exprimerentur, pro expreſſis, & inſertis habentes, pro hac vice dumtaxat, illis alias in ſuo robo-

re

Digitized by Google

re permansuris, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Quoties, & quando juranda sit per Cardinales hæc Constitutio.

§. Volumus quoque præsentes nostras coram omnibus in prima Congregatione post obitum Pontificis fieri solita, & deinde post conclavis ingressum, & cùm quis ad Cardinalatus honorem promotus fuerit, cum aliis similibus constitutionibus legi, & juramentum super illius observatione præstari, & ita præcipimus, & mandamus.

Restringitur derogatio, de qua in §. 24. & indicatur successoribus Pontificibus observantia hujus Constitutionis.

§. Quibus constitutionibus, & pœnis in eis contentis, nisi in superiùs expressis, per hanc nostram derogare non intendimus, sed eas in sui roboris firmitate relinquere. Sperantes etiam Rom. Pont. qui pro tempore canonicè eligentur, omni studio curaturos, ut quæ nostris hujusmodi, & in eis salubriter statuta sunt, inviolabiliter, ac etiam si opus fuerit, per pœnarum ipsarum contra transgressores executionem, observentur.


Publicatio hujus Constitutionis præcipitur, & aliæ consuetæ clausulæ executoriæ adduntur.

§. Denique volumus easdem præsentes in Valvis Basilicarum Sancti Joannis Lateranen. ac Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon in Acie campi Floræ per cursores nostros affigi, & publicari, ac eorum exempla ibidem affixa dimitti, & deinde omnes, & singulos Cardinales tam absentes, quàm præsentes, modernos, & qui pro tempore erunt, & alios quoscunque quorum interest, vel interesse poterit quomodlibet in futurum, afficere, & ligare, nullamque harum ignorantiam prætendere posse, ac si eis personaliter intimatæ forent, præmissis cæterisque contrariis quibuscunque non obstantibus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Statutorum, Decretorum,

Digitized by Google

torum, Declarationum, Mandatorum, Innovationis, Voluntatis, Admonitionis, Hortationis, Obsecrationis, Inhibitionis, Derogationis, Præcepti, & Suspensionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Romæ, apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo primo, decimo septimo Kalend. Decembris, Pontificatus Nostri Anno primo.

✠ Ego Gregorius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.



† Antonius Card. Saulius, Epis. Ostiensis promitto, voveo, & juro.

† Franciscus Maria Cardinalis à Monte, Episcopus Portuensis promitto, voveo, & juro.

Digitized by Google

† Franciſcus Cardinalis Sforția, Epiſcopus Tuſculanus, promitto, voveo, & juro.

† A. Cardinalis Montaltus S.R.E. Vicecancellarius, Epiſcopus Albanenſis, promitto, voveo, & juro.

† Odoardus Cardinalis Farneſius, Epiſcopus Sabinenſis, promitto, voveo, & juro.

† Octavianus Cardinalis Bandinus, Epiſcopus Prænestinus, promitto, voveo, & juro.

†

† Andreas Cardinalis Perettus, promitto, voveo, & juro.

† B. Cardinalis Bevilacqua, promitto, voveo, & juro.

†

† F. tit. S. Praxedis, Presb. Card. de Sourdis, promitto, voveo, & juro.

† Ego Jo. Baptiſta tit. SS. Marcellini, & Petri, Card. Detus, promitto, voveo & juro.

† Ego Dominicus SS. Apoſtolorum, Presb. Card. Gymnaſius, promitto, voveo, & juro.

†

† Ego Carolus tit. S. Cæſarei, Presb. Card. Madrutius, promitto, voveo, & juro.

†

† Ego S. tit. S. Chryſogoni, Presb. Card. Burgheſius major Pœnitentiarius, promitto, voveo & juro.

† Ego M. tit. S. Onuphrii, Presb. Card. Barberinus, promitto, voveo & juro.

† Ego Jo. Garſia tit. SS. Quatuor Coronatorum, Presb. Card. Millinus, promitto, voveo, & juro.

† Ego M. tit. SS. Quirici, & Julitæ, Presb. Card. Lantes, promitto, voveo, & juro.

† Ego M. Angelus Tontus tit. S. Petri ad Vincula, Presb. Cardinalis Nazarenus, promitto, voveo, & juro.

† Ego

Digitized by Google

† Ego F. tit. S. Augustini Presb. Card. Verallus, promitto, voveo, & juro.
† Ego Jo. Bapt. tit. S. Ceciliæ Presb. Card. Lenius, promitto, voveo, & juro.
†
†
† Ego Dominicus tit. S. Martini in Montibus, Presb. Card. Rivarola, promitto, voveo, & juro.
† Ego P. tit. S. Mariæ de Populo, Presb. Cardinalis Philonardus, promitto, voveo, & juro.
† Ego P. Paulus tit. SS. Nerei, & Achillei, Presb. Card. Crescentius, promitto, voveo, & juro.
†
†
† Ego Gaspar tit. S. Crucis in Jerusalem Presb. Card. Borgia, promitto, voveo, & juro.
†
† Ego Robertus tit. S. Alexii, Presb. Card. Ubaldinus, promitto, voveo, & juro.
† Ego Tiberius tit. S. Priscæ, Presb. Card. Mutus, promitto, voveo, & juro.
† Ego Gabriel tit. S. Pancratii, Presb. Card. de Trejo, promitto, voveo, & juro.
†
†
†
† Ego Petrus tit. S. Thomæ in Parione, Presb. Card. Camporeus, promitto, voveo, & juro.
† Ego Mattheus tit. S. Marci, Presb. Card. Priolus, promitto, voveo, & juro.
† Ego S. Presb. Cardinalis S. Susannæ, S. R. E. Bibliothecarius, promitto, voveo, & juro.
†

Digitized by Google

† Ego Guido tit. S. Joannis ante portam Latinam, Ptesb. Card. Bertivolus, promitto, voveo, & juro.

† Ego Petrus tit. S. Salvatoris in Lauro, Presb. Card. Valerius, promitto, voveo, & juro.

† Ego It. Fridericus Presb. Card. de Zolleren, promitto, voveo, & juro.

† Ego Cæsar tit. S. Petri in Monte Aureo, Presb. Card. Gherardus, promitto, voveo, & juro.

† Ego Fr. Desiderius tit. S. Clementis, Presb. Card. de Cremona, promitto, voveo, & juro.

† Ego Stephanus tit. S. Mariæ in Via, Presb. Card. Pignatellus, promitto, voveo, & juro.

† Ego L. Card. Ludovisius, tit. S. Mariæ de Transpontina S.R.E. Cam. promitto, voveo, & juro.

† Ego Franciscus tit. S. Matthei in Merulana, Presb. Card. Sacratus, promitto, voveo, & juro.

† Ego M. Ant. tit. S. Eusebii, Presb. Card. Gozadinus, promitto, voveo, & juro.

† Ego Alexander S. Mariæ in via lata, Diaconus Cardinalis Estensis, promitto, voveo, & juro.

† Ego

† Ego Franciscus S. Angeli in foro piscium, Diaconus Cardinalis Boncompagnus, promitto, voveo, & juro.

† Ego Hippolytus S. Mariæ Novæ, Diaconus Card. Aldobrandinus, promitto, voveo, & juro.

†

Jo. Beninus.

N. Odot.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi Millesimo sexcentesimo vigesimo primo, Indictione quarta, die verò vigesima sexta mensis Novembris, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & Domini Nostri D. Gregorii divina providentia Papæ XV. Pontificatus sui anno primo. Introscriptæ literæ Apostolicæ publicatæ, & affixæ fuerunt ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis ibidem earundem literarum originalibus appensis per aliquod temporis spatium, & exinde amotis deinde dimissis earundem literarum copiis affixis, ut moris est, per nos Augustinum Bracherium, & Brandimartem Latinum præfatos S. D. N. Papæ Cursores.

Octavius Spada Magister Cursorum.

Digitized by Google

CÆREMONIALE

Continens ritus electionis Romani Pontificis

GREGORII PAPÆ XV.

Jussu editum, & auctoritate confirmatum.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Literarum confirmationis proœmium.

DECET Romanum Pontificem, quæ ad Ecclesiæ Catholicæ fœlix regimen, salubriter à se statuuntur, ut quàm facillimè observentur, pastorali sollicitudine providere, & ea, per quæ à se decreta debitum sortiuntur effectum, stabilire. Si quidem postquàm novam Constitutionem de Romani Pontificis electione, ob causas in ea expressas, divina aspirante gratia edidimus; ne ejus usus, & observantia, veteri rituali Ecclesiæ Romanæ ferè inutili ob eandem Constitutionem reddito, proprii Cæremonialis directione destitueretur; novum; prout sequitur, confici mandavimus. Quod, cùm post nonnullorum S. R. E. Cardinalium, quibus negocium commisimus,

Digitized by Google

nissimus, diligens, ut res postulabat, adhibitum examen, confectum fuerit, & à nobis approbatum, ut illud cum omnibus, & singulis in eo contentis, inviolabiliter observetur, ex nostri pastoralis officii debito, providendum censuimus. Tenor autem illius est, qui sequitur.

Cærimoniale.

Tenor cæremonialis, & primò de exequiis Romani Pontificis.

ROmano Pontifice vita functo, Cardinales præstito in prima Congregatione juramento de observanda constitutione GREGORII Papæ XV. de reformatione conclavis, una cum aliis constitutionibus, quæ legi, & jurari in ea hactenus consueverunt, exequias, pro ejus anima juxta ritum hucusque observatum, per novem continuos dies facere debent, nisi forte in illis novem diebus aliquod festum ex præceptis, & magnis incideret, propter cujus observantiam, exequias intermitti debere Cardinalibus videretur, hoc enim casu in numero quidem novem dictum, exequiarum intermissarum dies computantur; verùm impensa quæ in omissis exequiis faciendæ esset, in pauperes Christi juxta Pii IV. constitutionem distribuenda est. Qua etiam constitutione, ut exequiarum impensis, quæ jam in immensum excreverant, modus, & finis aliquis esset, cautum est, ne impensæ illorum novem dierum, decem ducatorum millium summam, computatis omnibus, præter regalia Populo Romano præstari solita, excederent, & ut earum impensarum distributio, juste fieret, tribus ex antiquioribus Cardinalibus, uni scilicet ex quolibet ordine, ac S. R. E. Camerario, commissa fuit.

De impensis exequiarum.

Exequiis defuncti Pontificis completis, & interim conclavi opportuno præparato, Cardinales in Basilica S. Petri, vel alibi pro temporis, & loci opportunitate conveniunt, ubi per Decanum Sacri Collegii, vel eo impedito, per alium ex antiquioribus Cardinalibus, Missa de Spiritu sancto celebratur, & in fine, per aliquem Præ-

De Missa Spiritus Sancti in Basilica Sancti Petri.

Prælatum, aut alium virum doctum habetur oratio, in qua monentur, ut sepositis omnibus privatis affectibus, solum Deum præ oculis habentes, Sanctæ Romanæ, & universali Ecclesiæ de Pastore sufficienti, & idoneo providere, omni qua possunt brevitate, & diligentia curent, ad Apostolicarum constitutionum, & sacrorum conciliorum præscriptum.

De ingressu Conclavis. Re divina peracta, clericus cæremoniarum capit Crucem Papalem, & procedit, quem Cardinales sequuntur, Episcopi primùm, deinde Presbyteri, postremò Diaconi cum suis cappis violaceis: Crucem præcedunt familiares Cardinalium, & immediatè cantores (Hymnum, Veni creator Spiritus cantantes) post Cardinales, sequuntur Prælati, atque ita processionaliter procedentes, conclave ingrediuntur, & cum ad capellam pervenerint, Cardinalium Decanus apud Altare dicit orationem. (Deus qui corda fidelium) qua finita leguntur, & jurantur per Cardinales constitutiones de Romani Pontificis electione, & unà cum eis constitutio novissima GREGORII XV. Deinde Cardinales post sermonem habitum per Decanum, quo eos convenientibus verbis ad electionis negocium ritè, & rectè peragendum hortatur, ad cellas sorte inter eos juxta constitutionem PII IV. distributas, divertunt; & post prandium omnes rursus simul congregantur, & officiales conclavis, & alii præstant Sacro Collegio juramenta consueta.

De hora claudendi conclave. Cardinales autem ingressi conclave non exeant, vespere reversuri, sed in ipso, omnino permaneant. Ipsumque conclave, post ter jussu Cardinalis Decani personatam campanulam, videlicet prima vicè circa primam horam noctis, secunda circa secundam, & tertia circa tertiam, exclusis omnibus, qui in conclavi remanere non debent, intus, & extra claudatur, & claves S. R. E. Camerario; ac Magistro cæremoniarum, & Prælatis custodibus conclavis juxta solitum assignentur.

De conclavistis. Deinde accensis funalibus, tres Cardinales capita ordinum, & Camerarius, unà cum Magistro cæremoniarum latebras, & angulos omnes conclavis diligenter perquirunt, ne quis ex iis, qui esse in Conclavi prohibentur, intus remanserit. In Conclavi autem, esse

Digitized by Google

esse possunt familiares Cardinalium, & alii officiales, & ministri conclavis, qui in constitutione Pii IV. recensentur, quibus adduntur duo alii, unus famulus pro Magistris cæremoniarum, & alius pro Secretario sacri Collegii, hac tamen conditione adjecta, ut famulus Magistrorum cæremoniarum, actu uni ex illis inserviat, & per sex menses ante, fuerit ejus continuus commensalis, quæ conditio in famulo Secretarii similiter exigitur; omnium autem istorum conclavistarum, post prandium diei sequentis, fit recognitio, ne quis, inter illos fortè esset ex iis, qui in conclavi esse non possunt, quæ recognitio, ut certiùs fiat, jubentur conclavistæ omnes intrare capellam, & postea singillatim recensentur.

De colloquiis, literis, cibis, & vestibus.

Clauso conclavi, servari debent omnia, quæ de colloquiis, literis, & cibis, & quæ de non ingredientibus Cardinalibus, aut iisdem, aut eorum familiaribus postquam ingressi sunt exeuntibus, in constitutione Pii IV. sancita sunt. Quòd verò attinet ad vestes, non solùm cùm ad electionem Cardinales procedunt, croceis uti debent, sed juxta vetus Cæremoniale, cùm aliquid collegialiter agendum est.

De capitulis ante electionem & de voce activa Cardinalium.

Porrò capitula, quæ ante electionem fieri solent à singulis Cardinalibus subscribenda, etiam ad favorem conclavistarum fieri poterunt, vel ante ingressum conclavis, vel post ingressum, dummodo per ea non retardetur, aut differatur ingressus, vel electio. Quoniam autem juxta constitutionem Pii IV. Cardinales, qui saltem in ordine Diaconatus constituti non sunt, ad electionem Romani Pontificis non admittuntur, inspiciendum erit antequàm ad electionis negocium procedatur, an aliqui ex Cardinalibus præsentibus ordine prædicto careant, nam si careant, à suffragio ferendo excludendi erunt, nisi privilegio pontificio muniti sint. De Cardinali autem, cui ante mortem Pontificis, os fuit clausum, aliquando dubitatum est, verùm à Pio V. fuit hæc dubitatio sopita per ejus decretum editum 26. Januarii 1571. quo declaravit hujusmodi oris clausuram, cæremoniam quandam esse, ea de causa introductam, ut Cardinales, antequam in consistoriis, & congregationibus suffragium ferant, de modestia, quæ ab ipsis in his, & aliis actibus adhiberi debet, quodammodo admoneantur, non autem pertinere

Digitized by Google

ad præcipuam Cardinalium facultatem, quæ circa ſummi Pontificis electionem verſatur, quæ declaratio Pii V. ſemper hucusque obſervata fuit.

Quo modo præcavende nullitates electionis ab executoribus Conſtit. Gregoriana.

Quoniam autem ex Gregoriana conſtitutione, ad actum electionis ſub pœna nullitatis devenire non poſſunt Patres, niſi clauſo conclavi: tres Cardinales, & Camerarius ejusdem conſtitutionis executores deputati providebunt, ut ſtatim poſt clauſum conclave, diligens per aliquos fiat inquiſitio ſuper ipſa clauſura, eaque in effectu reperta, curabunt, ut de eà publicum fiat documentum per Magiſtrum cæremoniarum rogandum, & poſt hujuſmodi documentum; etiam ſi conclave in totum, vel pro parte de facto apertum fuiſſe reperiatur, ſemper tamen clauſum, & pro clauſo cenſeri, & haberi debet ad effectum validitatis electionis, donec de conſenſu duarum partium Cardinalium præſentium, per ſecreta ſuffragia apertum eſſe declaretur. Hæc tamen declaratio, electioni, quæ ante ipſam facta fuerit, nullatenus præjudicare debet, neque ob ipſam declarationem, præcedens electio impugnari poteſt.

De formis electionis.

Manè ſequenti poſt clauſum præcedenti nocte conclave, poſt ſolitum campanulæ ſonum, conveniunt Cardinales in eo præſentes, qui infirmitate non ſunt impediti, ad Capellam Paulinam, & ibi celebrata conſueta Miſſa, & facta Cardinalium communione, ſtatim ad negocium electionis procedere debent, quod quidem hodie ex GREG. conſtitutione, uno tantùm ex tribus modis, ſive formis peragendum eſt, alioquin electio, nullitatis vitio ſubjacet.

Primus modus eſt, qui quaſi per inſpirationem vocatur quando ſcilicet omnes Cardinales, quaſi afflati Spiritu ſancto, aliquem unanimiter, & viva voce Summum Pontificem proclamant; circa quem modum, ex conſtitutione Gregoriana, infraſcripta notari poſſunt.

Primùm, hæc forma electionis practicari poteſt ſolùm in conclavi, & eo clauſo. Secundò, debet fieri electio ſecundum hanc formam ab omnibus, & ſingulis Cardinalibus in conclavi præſentibus. Tertiò, communiter, & nemine eorum diſſentiente. Quartò, nullo præcedente de perſona ſpeciali tractatu, & per verbum (eligo)

Digitized by Google

(eligo) intelligibili voce prolatum, aut ſcripto expreſſum, ſi voce non poſſit proferri, exemplum autem hujus, poteſt eſſe hujusmodi. Si aliquis patrum, clauſo conclavi, nullo, ut præfertur præcedente ſpeciali tractatu, diceret, Reverendiſſimi Domini perſpecta ſingulari virtute, & probitate Reverendiſſimi D. N. judicarem illum eligendum eſſe in ſummum Pontificem, & ex nunc ego ipſum eligo in Papam. Deinde hoc audito, ſi cæteri Patres nemine excepto, ſequentes primi ſententiam, eodem verbo (eligo) intelligibili voce prolato, aut ſi non poteſt, in ſcriptis expreſſo, eundem N. de quo nullus ſpecialis tractatus præceſſit, communiter eligerent, ipſe N. eſſet canonicè electus, & verus Papa ſecundùm hanc electionis formam, quæ dicitur per inſpirationem, ſeu, ut in ſacris canonibus ſcriptum eſt, quaſi per inſpirationem.

Secundus modus, eſt per compromiſſum, quando ſcilicet Cardinales ad electionem per hanc formam, ſeu viam procedere volentes, committerent aliquibus ex patribus eligendi poteſtatem, ut vice omnium, Eccleſiæ Catholicæ providcant de Paſtore, cujus formæ praxis poteſt eſſe hujusmodi. Primò omnes, & ſinguli Cardinales in conclavi clauſo præſentes, nemine eorum diſſentiente, in aliquos ex Patribus compromiſſum faciunt exempli gratia in hanc formam. In nomine Domini amen. Anno ab ejusdem &c. menſe &c. die &c. Nos Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi S. R. E. Cardinales omnes, & ſinguli in conclavi exiſtentes, videlicet N. N. (& ſingillatim omnes nominentur Cardinales) elegimus, & eligimus per viam procedere compromiſſi, & unanimiter, & concorditer, nemine diſcrepante, elegimus compromiſſarios N. N. & N. Cardinales, &c. quibus damus plenariam facultatem, & poteſtatem providendi S. R. E. de Paſtore, ſub hac forma videlicet (Hic optimum erit, ut Cardinales compromittentes exprimant modum, & formam, ſecundùm quam compromiſſarii debebunt eligere, & ſecundùm quam electus debet cenſeri verus, & legitimus Papa, ut puta, ſi electi ſint tres compromiſſarii, declarandum eſt, an ad hoc, ut electio ſit valida, priùs proponere debeant ſacro Collegio perſonam, vel perſonas ab ipſis nominandam, vel nominandas ad Pon-

De compromiſſo.

Digitized by Google

tificatum, an verò absolutè debeant electionem peragere; an omnes tres debeant convenire in unam personam, an verò sufficiat, quòd duo in unam concordent, & an debeant nominare aliquem de Collegio, vel etiam aliquem extra Collegium, & alia his similia.) His autem, vel aliis similibus expressis, addi compromisso solet tempus, ad quod usque volunt Cardinales, potestatem compromissarios habere eligendi, & postea subjunguntur hæc verba. Et promittimus nos illum pro Romano Pontifice habituros, quem D. D. compromissarii secundùm formam prædictam duxerint eligendum, vel alia ad formam compromissariis præscriptam accommodata.

Secundò, completo hujusmodi mandato, compromissarii ad partem in aliquo loco separato se conferunt, & de electione facienda tractant, & solet inter eos præmitti protestatio, quòd per quamcunque prolationem verborum, suum dare consensum non intelligunt, nisi in scriptis illum expressè ponant. Et hæc protestatio, videtur necessaria inter compromissarios, ut verbis humanis, & reverentialibus inter se, sine præjudicio uti possint.

Tertiò, facta per compromissarios electione secundùm formam eis præscriptam, & servatis iis, quæ GREGORIUS XV. in sua constitutione jussit, electus per hujusmodi viam compromissi, est canonicus, & verus Papa.

De scrutinio simplici, vel cum accessu.

Tertius modus, seu forma electionis Romani Pontificis est, quæ vocatur per Scrutinium, vel per Scrutinium, & Accessum, cujus formæ ritus secundùm Gregorianam Constitutionem, quæ vult non solùm Scrutinium fieri secretum, sed etiam Accessum, continet tres actiones, alteram, quæ ante scrutinium, alteram, quæ scrutinium, & tertiam, quæ post scrutinium appellari potest.

De Antescrutinio.

Antescrutinii actus, sunt quinque, videlicet Præparatio schedularum Scrutinii, & Accessus; Extractio Scrutatorum, & deputatorum pro votis infirmorum per sortem; Scriptio schedularum scrutinii; Earum complicatio, Et obsignatio.

Schedularum præparatio ad Magistros cæremoniarum pertinet, qui eas impressas, ubi fieri poterit, alioquin uniùs manu scriptas secundùm formam inferiùs describendam accipient, tàm pro Scrutinio,

Digitized by Google

tinio, quàm pro Acceſſu, & ponent in duobus diſcis vulgò (bacili) nuncupatis, quos in menſa ante Altare collocabunt, ut inde poſſint Cardinales, cùm opus fuerit, ſchedulas ſumere.

De forma ſchedularum ſcrutinii.

Forma autem ſchedulæ Scrutinii quòad ejus figuram attinet, erit altera parte longior, hoc eſt plus longa, quàm lata; longitudo ejus, erit ferè palmi, latitudo autem dimidii palmi; Quo verò ad contenta in ea, in anteriori ejus parte quæ brevitatis gratia facies nominari poteſt, tria continere debet; Primò in ſuperiori parte ſecundùm ejus latitudinem, duo hæc verba (Ego Card.) cùm tanta ab invicem diſtantia, ut inter ipſa, nomen proprium Cardinalis eligentis ſcribi poſſit, & paulò inferiùs duos circulos parvos, ad loca ſigillorum indicanda.

Secundò, in medio continere debet hæc verba.

Eligo in Summum Pontificem Reverendiſs. D. meum D. Cardinalem.


De forma ſchedulæ Acceſſus.

Tertiò, in parte inferiori, alios duos parvos circulos, ad loca ſigillorum ſimiliter demonſtranda. Forma verò ſchedulæ acceſſus, eadem prorſus eſt, quæ ſcrutinii, niſi, quòd in medio ejus, loco verborum (Eligo in ſummum Pontificem Reverendiſs. D. meum D. Card.) ponuntur hæc verba (Accedo Reverendiſs. D. meo D. Cardinali) verùm faciliùs, quæ dicta ſunt, percipientur ex infraſcriptis figuris, & exemplis.

Digitized by Google

EXEMPLUM FACIEI

Schedulæ Scrutinii.



EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLUM FACIEI

Schedulæ Accessus.


Ego *Card.*

Accedo Reverendiſs. D. meo
D. Cardin.

In

Digitized by Google

In exteriori autem parte ſchedularum tam Scrutinii, quàm Acceſſus, quæ tergum nominari poteſt, duo ſunt imprimendi limbi ex illis, quos ad ornatum librorum impreſſores adhibent, & vulgari vocabulo, *fregi*, nuncupant, quorum primum circa ſui medium continet hoc verbum, *Nomen*, impreſſum ſecundùm longitudinem ipſius limbi; alterum verò continet hoc verbum, *Signa*, ſimiliter impreſſum, ut præcedens. Hi autem limbi excogitati ſunt ad obſcurandum diaphanum paginarum, ne ſcilicet ad lumen, nomina, & ſigna eligentium conſpici poſſint; ubi verò impreſſoris copia non fuerit, limborum defectus, lineis ſuppleri poterit; Sed hæc fient clariora per infrapoſitam figuram tergi ſchedularum Scrutinii, & Acceſſus.



EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLUM TERGI

Schedularum Scrutinii, & Accessus.

nomen.

signa.

Digitized by Google

De Scrutatoribus, & Infirmariis.

Secundus actus anteſcrutinii, eſt extractio Scrutatorum, & deputatorum pro votis infirmorum, quæ extractio antequàm ad ſcrutinium procedatur, ſorte facienda eſt, hoc modo. In uno ſacculo, aut vaſe, publicè ponantur tot ſchedæ, vel ſi magis placet ſpherulæ ligneæ palàm numeratæ, quot ſunt Cardinales præſentes in Conclavi, cum eorum nominibus: deinde per ultimum Diaconum extrahantur primò Scrutatores tres, & poſtea tres Deputati pro votis infirmorum, qui brevitatis gratia Infirmarii appellari poſſunt, de quorum omnium officio inferiùs ſuo loco ſcribetur, quòd ſi in extractione Scrutatorum, & Infirmariorum, ac etiam Recognitorum, de quibus ſuo loco dicetur, extracti fuerint Cardinales, qui ob infirmitatem, aliudve impedimentum muneribus prædictis ſatisfacere non poſſint, alii non impediti, loco illorum extrahantur; peracta verò extractione, ſchedæ, ſeu ſpherulæ eorum, qui extracti fuerunt, in ſacculum, ſeu in vas iterum conjiciantur.

Quo modo in ſchedula ſcribatur nomen eligentis, & electi.

Tertius actus anteſcrutinii, eſt ſchedularum Scrutinii ſcriptio, quæ fiet hoc modo. Ad duas, vel plures parvas menſas, quæ erunt cum atramento, & calamis paratæ in loco capellæ apto, ut qui ſcribunt conſpici poſſint, quid verò ſcribitur, non poſſit, accedent Cardinales per ordinem, incipiendo à Decano, & ibi ſedentes in ſcabellis paratis, ſchedulam quisquam ſuam acceptam priùs ex diſco, ſcribet hoc modo. Primò in prima parte in ſpatio inter verba (Ego Card.) ſcribet proprium nomen; deinde in ſecunda parte, nomen illius, quem eligit, charactere tamen, quantum fieri poteſt alterato, ut manus ſcribentis cognoſci non poſſit; & caveat, ne plures in ſchedula ſcribat, quia ſuffragium juxta Gregorianam conſtitutionem eſſet nullum. In tertia verò parte ſigna, hoc eſt numerum aliquem, & dictum aliquod ſcripturæ, ſeu verbum, aut aliquid hujusmodi, ut in exemplo pro faciliori intelligentia oculis ſubjecto, videre eſt.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLUM SCHEDULÆ

Scrutinii scriptæ.

Ego Bonifacius Card. Caetanus.

Eligo in Summum Pontificem Reverendiſ. Dominum meum D. Cardin. Baronium.

18. *Gloria in excelſis.*

Digitized by Google

Ego Robertus Card. Bellarminus.





Eligo in Summum Pontificem Reverendiſs. D. meum D. Cardin. Baronium.






18. *Gloria in excelſis.*

Nomen-





De complicatione schedulæ. Quartus actus anteſcrutinii, eſt ſchedularum complicatio, quæ, ut expeditùs peragi à Card. valeat, poterit à Cæremoniariis Magiſtris, cùm eas præparant, fieri in hunc, qui ſequitur modum. Binæ fient plicaturæ ex utraque parte cujusque ſchedulæ, ita ut nomen eligentis, & ſigna cùm fuerint ſcripta, maneant tecta ex utraque parte à limbis; deinde quod reliquum eſt ita complicetur, ut ſchedula ferè ad latitudinem pollicis redigatur, prout ex complicata ſchedula, quæ hic exempli gratia ponitur, conſpici poteſt.

Hic poni debet exemplum ſchedulæ complicatæ.

De obſignatione ſchedulæ. Cæterùm Magiſtri Cæremoniarum ſchedulas, non complicatas ut ſuprà, ſed explicatas, & cum cera rubra in parvis circulis, ponent in diſcis; & Cardinales poſtquam eas, ut ſuprà ſcripſerint, eò usque ſolùm plicabunt, quò nomen, & ſigna eligentis tegantur, reliquas autem plicaturas tunc facient, cum ſchedulas, ut infra dicetur, obſignaverint.

Quintus, & poſtremus actus anteſcrutinii, eſt ſchedularum obſignatio, quæ ab unoquoque Cardinali facienda erit in tergo ſchedularum cum ſigillo ad hoc parato, in loco parvorum circulorum ubi cera fuerit poſita. Porrò ſigillum non debet eſſe ſolitum Cardinalis, ſed aliud, & ſecretè habitum, & ita ſimplex, ut facilè notari poſſit, veluti, ſi in ſigillo ſculpantur, aut tres numeri, aut tres literæ, vel literæ, & numeri, vel una tantùm imago, & hæc de anteſcrutinio ſufficiant; Cæterùm, quod attinet ad Cardinales infirmos, aut aliter impeditos, inferiùs ſuo loco dicetur.

De Scrutinio, & ejus actibus. Sequitur ſecunda actio, quæ nomine Scrutinii appellata fuit. Octo ſunt hujus actionis actus, videlicet, Delatio ſchedulæ, Juramenti præſtatio, Poſitio ſchedulæ in calicem, Schedularum mixtio, Earum numeratio, Scrutinii publicatio, Schedularum in filum inſertio, Earumque depoſitio ſeorſum.

De delatione ſchedulæ in calicem, & juramento. Delatio ſchedulæ, & duo ſequentes actus, qui meliùs ſimul deſcribuntur ob eorum connexitatem; hoc modo fient. Quilibet Cardinalis propriam ſchedulam poſtquàm illam ſcripſerit, obſignaverit & complicaverit; duobus primis digitis ſumet, ac elevata manu palàm deferet ad Altare, penes quod ſtant Scrutatores, & in quo eſt calix magnus ad recipiendas ſchedulas paratus, & patena coopertus, ibique genuflec-

Digitized by Google

nu flectens, aliquantulum orabit; deinde surgens alta, & intelligibili voce, jurabit in hanc formam, quæ in tabella super Altari posita descripta habetur. TESTOR CHRISTUM DOMINUM, QUI ME JUDICATURUS EST, ME ELIGERE QUEM SECUNDUM DEUM JUDICO ELIGI DEBERE, ET QUOD IDEM IN ACCESSU PRÆSTABO. Post hæc, schedulam in patenam ponet, & per patenam mittet in calicem, quo facto inclinabit se ad Altare, & ad suum locum revertetur. Et hæc, servanda erunt, si Cardinalis ad Altare pergere possit; nam si ob infirmam valetudinem non possit, & præsens in capella sit, ultimus Scrutator discum cum schedulis ad eum deferet, ex quo Cardinalis infirmus, unam accipiens, eam in loco suo secretè, ut supra dictum est, conficiet; deinde prævio juramento prædicto schedulam obsignatam, & complicatam, eidem Scrutatori tradet, qui eam palàm deferet, ad Altare, & sine oratione, & juramento in patenam ponet, & per eam in calicem mittet; quæ omnia observanda erunt per ultimum Scrutatorem erga eos Cardinales, qui in Capella præsentes ob valetudinem ad Altare pergere non poterunt. Si verò aliqui Cardinales infirmi sint in suis cellis, tres Card. Infirmarii, ut supra extracti, ad eos accedent cum capsula altitudine unius palmi, in cujus superiori parte sit rima, seu foramen, ejus magnitudinis, ut per illud schedula complicata possit per suam latitudinem intus capsulam transmitti; quam capsulam, antequam Scrutatores Infirmariis tradant, palàm aperient, ut cæteri Cardinales possint eam inanem, & vacuam conspicere, deinde claudent, & clavem ponent super Altare; deinde Infirmarii cum capsula clausa, & cum parvo disco tot schedulas continente, quot sunt infirmi Cardinales, ad unumquemque eorum accedent; & Infirmi acceptas ex disco schedulas, secretè scribent, obsignabunt, & complicabunt, & prævio jam dicto juramento, in capsulam per rimam mittent; quòd si Infirmi, scribere non possint, alii eorum arbitrio deligendi, præstito de secreto servando in manibus Infirmariorum juramento, prædicta facient, atque hi advertere debent, quòd non solùm juramenti vinculo tenentur servare secretum, sed etiam in excom-

De impeditis valetudine.

De Infirmis.

Digitized by Google

excommunicationem latæ sententiæ, si contrafecerint, incurrent. His peractis, Infirmarii ad capellam revertentur cum capsula, quam scrutatores aperient; & schedulas in ea contentas, palàm numerabunt, & tot repertas, quot sunt infirmi, ponent singillatim in patenam, & per patenam simul omnes in calicem. Ne autem nimis in longum protrahatur Scrutinii actio, Infirmarii poterunt proprias schedulas post Decanum conficere, & in calicem ponere, deinde dum cæteri Cardinales Scrutinium agunt, ad infirmos pergere ad accipienda eorum suffragia eo modo, quo proximè antedictum est.

Monitio.

De permixtione schedularum.

Quartus actus Scrutinii, est schedularum permixtio, quæ fiet per primum Scrutatorem calice in quo ipsæ schedulæ positæ fuerunt, patena cooperto, pluries agitato.

De numeratione schedularum.

Quintus actus, est numeratio schedularum, quæ palàm fiet per ultimum Scrutatorem capiendo singillatim unamquamque schedulam ex calice, eamque ponendo in alium, qui ad hoc paratus sit, calicem vacuum. Quòd si numerus schedularum, non respondeat numero Card. omnes comburendæ sunt; & iterum, id est secunda vice, ad suffragia statim est deveniendum; Si verò numerus schedularum, numero Card. respondeat, prosequendi sunt alii actus Scrutinii.

De publicatione Scrutinii.

Sextus actus, est publicatio Scrutinii, quæ per Scrutatores, qui sedent ad mensam ante Altare positam, fiet hoc modo; Primus Scrutator accipiet unam schedulam, eamque intactis sigillis explicabit, & viso in ea schedula, electi nomine, eam tradet secundo Scrutatori, qui pariter, eodem electi nomine perspecto, eandem tradet tertio, qui illam alta, & intelligibili voce perleget, ut omnes Cardinales præsentes notare possint suffragium in folio impresso, quod penes se habebunt cum nominibus omnium Card. notabit autem juxta nomen Card. ex schedula recitati. Idem faciendum erit de cæteris schedulis in calice positis, usque ad ultimam; Quòd si in Scrutinii publicatione, inveniant Scrutatores duas schedulas ita complicatas, ut ab uno tantùm datas fuisse appareat, si quidem unus, & idem in utraque electus fuerit, schedulæ prædictæ habebuntur, & notabuntur

buntur pro uno suffragio; si verò diversi fuerint nominati, neutrum suffragium validum erit, prout ibi Bulla Gregoriana statuitur de illa schedula, in qua plures nominati sunt; Scrutinium tamen neutro casu vitiatur. Cæterùm suffragia prædicta, finita Scrutinii publicatione, poterunt à Patribus juxta nomina Cardinalium, qui ea obtinuerunt, in unam summam redigi, vel in separato folio notari; hoc modo. Reverendissimus D. Cardinalis A. habet suffragia 20. & Reverendissimus D. Cardinalis B. habet suffragia 15. & sic de aliis; quod fit, ne Cardinales cùm opus est, cogantur semper numerare suffragia, quæ juxta nomina Cardinalium notarunt.

Septimus actus Scrutinii, est schedularum in filum insertio, quæ, ut schedulæ ipsæ cautiùs conservari possint, excogitata fuit. Hæc autem insertio fiet per ultimum Scrutatorem; inserendo schedulam unamquamque postquam eam perlegerit, acu cum filo ad hunc effectum parato, in loco, ubi est verbum, ELIGO. *De schedularum in filum insertione.*

Octavus, & postremus Scrutinii actus, est depositio schedularum seorsum, quæ similiter fiet per ultimum Scrutatorem, qui finita insertione omnium schedularum in filum, capita fili nodo junget, & schedulas omnes ita colligatas, in alium calicem vacuum, vel in mensa seorsum ponet.

Sequitur tertia, & postrema actio, quæ Postscrutinium appellata fuit, cujus actus, si secuta sit electio per Scrutinium, tres tantùm sunt, videlicet, Numeratio schedularum, Recognitio suffragiorum, Et schedularum combustio, de quibus inferiùs suis locis dicetur. Si verò per Scrutinium non sit secuta, electio, actus sunt septem, videlicet; Accessus; Sigillorum, & signorum aperitio; Eorum annotatio; Suffragiorum examen; Suffragiorum scrutinii, vel scrutinii, & accessus numeratio; Eorum recognitio; Et schedularum combustio. *De postscrutinio, & ejus actibus.*

Primus itaque actus, est Accessus, qui immediatè post scrutinium, hoc est, post depositas seorsum scrutinii schedulas fiet, nisi fortè in scrutinio fuerit creatus Papa; tunc enim nullus fieri debet accessus; In quo quidem accessu eidem omnia servanda sunt à Cardinalibus, quæ dicta sunt servari debere in scrutinio peragendo tam in schedularum scriptione, obsignatione, complicatione, delatione, & positione *De Accessu.*

Digitized by Google

sitione in calicem, quàm in earum numeratione, publicatione, nolatione suffragiorum, & insertione in filum, ac depositione seorsum; exceptis tamen infrascriptis. Primò quod Cardinales, schedulas pro accessu, sumere debent ex disco schedularum accessûs; Secundò in schedularum accessus scriptione si Cardinalis nemini volit accedere, debet in media schedulæ parte, loco nominis Cardinalis, qui scribendus esset, si ad eum fieret accessus, scribere, NEMINI, Schedula autem accessus scribi, & obsignari debet cum eisdem sigillis, & signis schedulæ scrutinii, sub pœna nullitatis suffragii ipsius accessus; Tertiò, quòd non potest accessus fieri ad eum Cardinalem, qui in scrutinio saltem unum suffragium non obtinuerit, neque ad eum, qui ab ipsomet Cardinali fuit in scrutinio nominatus; Quartò, quamvis in accessu non liceat plures nominare, sicut non licet in scrutinio plures eligere sub pœna nullitatis suffragii, tam in accessu, quàm in scrutinio; nihilominus licebit accedere uni ex pluribus nulliter à se nominatis in scrutinio, dummodo ei ab alio aliquod suffragium, non tamen nulliter, ut præfertur, in ipso scrutinio datum fuerit; Quintò, quòd in accessu non præstatur juramentum, de quo supra, quia in scrutinio fuit jam præstitum per illa verba: (Et quod idem in accessu præstabo) Sextò, denique Infirmarii deferre debent ad infirmos schedulas accessûs, & simul etiam unum solium impressum, in quo sit notatus suffragiorum numerus palam recognitus, quæ quisque Card. in scrutinio nominatus, obtinuerit.

Differentia schedularum Accessûs, & Scrutinii.

Secundus, tertius, & quartus actus post scrutinii sunt Sigillorum, & Signorum aperitio, Eorum annotatio, Suffragiorum examen, qui nunc solùm locum habere possunt, quando secuta est electio per scrutinium, & accessum: fieri autem debent hoc modo.

De inspectione, aperitione, & collatione, seu annotatione schedularum.

Primus Scrutator schedulas accessuum, quos obtinuit electus, in ea parte solùm, quæ signa continet, aperiet, & inspectis diligenter earum sigillis, & signis, apertas, ac in filo, ut erant insertas, tradet secundo Scrutatori, & secundus, eadem inspectione facta, porriget tertio, qui alta, & intelligibili voce, sigilla, & signa prædictarum schedularum enunciabit, & annotabit in latere sinistro fo-

Digitized by Google

lii impressi, ad hunc effectum parati, sub verbis (Sigilla, & signa Accessuum) quam etiam annotationem faciant cæteri Cardinales, si voluerint, in simili folio impresso.

Deinde primus Scrutator, reliquis Scrutatoribus inspicientibus, pro accessuum prædictorum examine capiet schedulas scrutinii, & incipiens ab uno capite fili, in quo insertæ sunt, sigillum primæ ejus schedulæ quæret in sigillis accessuum notatis, ut supra in folio impresso, & si illud in eo non invenerit, omissa prima scrutinii schedula, capiet secundam, ejusque sigillum similiter quæret; quòd si etiam non invenerit, capiet tertiam, & deinde sequentes singillatim, donec sigillum alicujus earum inveniat; eoque invento, scrutinii schedulam in ea parte, ubi signa sunt, aperiet, & si non invenerit signa hujus schedulæ concordare cum signis accessus, schedulam illam omittet, & aliam capiet, sicut paulò ante de schedulis non concordantibus in sigillo dictum est; si verò invenerit signa concordare, ostendet illa secundo, & tertio Scrutatoribus, qui unà cum ipsis, post diligens examen super identitate sigillorum, & signorum ambarum schedularum, scrutinii scilicet, & accessus, inspiciet, an idem, vel diversi in utraque schedula sint nominati; & si idem nominatus sit, suffragium accessus, nullum censebitur; si verò diversi nominati sint, suffragium accessus, pro valido habebitur, & hoc casu, tertius Scrutator sigillum, & signa schedulæ scrutinii, ac etiam nomen electi, qui in ea continetur, alta, & intelligibili voce enunciabit, & annotabit in latere dextero prædicti folii impressi, sub verbis (Sigilla, & signa scrutinii respondentia accessibus) notabit autem ea, ex adverso accessus concordantis in sigillo, & signis: quam annotationem cæteri quoque Cardinales si voluerint, in simili folio impresso facient. *De exemine suffragium.*

Sed hujusmodi actus, qui explicatione difficiliores sunt, quàm operatione, exemplo meliùs percipientur.

Digitized by Google

EXEMPLUM

Folii impressi, in quo Accessus, & Scrutinii, Sigilla, ac Signa concordantia annotantur.

	Sigilla, & Signa Accessuum.	*Sigilla, & Signa Scrutinii Accessibus respondentia.*	*Cardinales nominati in Scrutinio.*
Litera Alphabeti indicant Sigillum.	ACD. 43. Deus.		
	BRF. 32. Bonitas.	BRF. 32. Bonitas.	Card. S. Eusebii.
	RGI. 50. Beatitudo.	RGI. 50. Beatitudo.	Card. S. Sixti.
	NSP. 26. Benedicite.		

Monitio ad Scrutatores. Quòd si fortasse in ista inquisitione contingat duas, vel plures schedulas scrutinii, reperiri cum eisdem sigillis, & signis alicujus schedulæ accessus, tunc si in earum aliqua, electus nominatus fuerit, in alia verò alius, primus Scrutator reliquis scrutatoribus similiter inspicientibus, scrutinii schedulas hujusmodi, & schedulam accessus, in ea etiam parte, in qua est nomen eligentis, & accedentis, aperiet, ut constare possit secundùm Gregorianam Constitutionem de validitate, vel invaliditate accessus; si verò in aliqua hujusmodi schedularum scrutinii concordantium cum accessu, non sit nominatus electus; debent ex schedulæ omitti, & ad subsequentes procedendum erit.

Digitized by Google

Quintus actus post scrutinii, est numeratio suffragiorum, vel scrutinii solius, vel scrutinii, & accessus, quæ fiet per Scrutatores semper, sive secuta sit electio, sive non, & si quidem secuta non sit electio, ut sciatur, quòd in eo scrutinio, vel scrutinio, & accessu, non habetur Papa; si verò secuta sit, ut constet de canonica Pontificis electione; fiet autem hæc numeratio suffragiorum hoc modo. Scrutatores in unam summam redigent suffragia, quæ quilibet nominatus in Pontificem obtinuit, sive in scrutinio solo, sive in scrutinio, & accessu simul; & si invenerint nullum ex nominatis ad duas tertias partes suffragiorum perveniſſe, non habetur Papa in illo scrutinio, sive scrutinio, & accessu; si verò invenerint aliquem ex nominatis, duas tantùm partes suffragiorum obtinuisse, aperient electi schedulam, etiam in ea parte, in qua est nomen eligentis; & si quidem ex ea apparuerit, electum alii suffragatum fuisse, electio ejus erit canonica; si verò constiterit sibi suffragium dedisse, ejus electio ex dispositione Gregorianæ Constitutionis nulla erit ob defectum unius suffragii. Si denique plures invenerint duas tertias partes suffragiorum obtinuisse, vel etiam ultra duas tertias, tunc in suffragiorum paritate, nullus erit electus, in imparitate verò, ille est canonicus Papa, qui superat alium, etiam in uno suffragio. *De Numeratione suffragiorum.*

Sextus actus post scrutinii, est Recognitio, quæ per Recognitores, sive secuta sit electio, sive non, fiet; inspiciendo tam schedulas scrutinii, & accessus, quàm suffragiorum annotationes factas per Scrutatores, ut per hujusmodi recognitionem constare possit, an Scrutatores syncerè, & fidelitèr muneri suo satisfecerint. Recognitores autem extrahentur sorte, ut Scrutatores, & infirmarii, statim quidem post scrutinium, si secuta sit in eo electio; si verò non sit secuta, post scrutinium, & accessum, cum scilicet Scrutatores suum impleverint munus per numerationem suffragiorum, & hæc extractio fiet, sive secuta sit electio in scrutinio, & accessu, sive non. *De Recognitione, & recognitorum extractione.*

Digitized by Google

De combustione schedularum. Septimus, & postremus actus postscrutinii, est combustio omnium schedularum, quæ semper, & palàm per Scrutatores fiet, ac statim post recognitionem, sive electio sit secuta, sive non. Et hæc omnia, quæ de scrutinii ritibus sunt exposita, servanda erunt diligenter à Cardinalibus in omnibus scrutiniis, sive fiant manè post Missam, sive vespere post Hymnum (Veni Creator Spiritus) Atque hi sunt Ritus ex præscripto Constitutionis GREGORII Papæ XV. in electione Romani Pontificis observandi.

Litera Gregorii Papæ XV. confirmatoria cæremonialis. Motu itaque proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula in prædicto Cæremoniali ordinata, & quomodolibet contenta; tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus; illisque omnibus & singulis, perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; eaque à Ven. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus omnibusque & singulis aliis, ad quos spectat, & spectare quomodolibet poterit in futurum, omnino observeri præcipimus, & mandamus; ac Cæremoniale hujusmodi, in totum vel in parte mutari, vel ei aliquid addi prohibemus. Decernentes sic, & non aliter per quoscunque ac eosdem S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere. Non obstantibus omnibus illis, quæ in primodicta Constitutione voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, adjectionis, præcepti, mandati, prohibitionis,

Digitized by Google

nis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis DEI, ac Beatorum, Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo primo, quarto Idus Martii, Pontificatus nostri Anno II.

V. Dat.

Jo. Beninus.

N. Odot.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi Millesimo sexcentesimo vigesimo secundo Indictione quinta, die verò secunda mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri

Digitized by Google

Noſtri D. Gregorii divina providentia Papæ XV. Anno ejus ſecundo. Introſcriptæ literæ Apoſtolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicarum S. Joannis Lateranenſis, Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, dimiſſis ibidem earundem literarum originalibus appenſis per aliquod temporis ſpatium, & exindè amotis deindè dimiſſis earundem literarum copiis affixis, ut moris eſt, per nos Auguſtinum Bracherium, & Brandimartem Latinum S. D. N. Papæ Curſores.

Octavius Spada Magiſter Curſorum.

S. D. N.

Digitized by Google

S. D. N.

D. URBANI DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ VIII.

Confirmatio Bullæ Gregorii XV. de electione Romani Pontificis, & Cæremonialis continentis illius ritus.

URBANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD Romani Pontificis providentiam ſpectare dignoſcitur, ut ea, quæ ſalubriter à prædeceſſoribus ſuis, præſertim Sedis Apoſtolicæ, & univerſalis Eccleſiæ decori, & utilitati conducentia ſtatuta ſunt firma, & inconcuſſa quantum ex alto conceditur perſeverent. Cum igitur formam in ejusdem Pontificis electione ſervandam Sacrorum Conciliorum decretis, & variis Apoſtolicis conſtitutionibus ſæpius præſcriptam felicis recordationis Gregorius Papa XV. prædeceſſor noſter paſtorali ſollicitudine permotus, ut res tanti ponderis poſtulabat perfectius dirigendam duxerit

Digitized by Google

xerit Constitutione desuper edita cujus tenor est talis, Gregorius Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Æterni Patris, Filius, Magister, & Legislator Christus Dominus, cujus omnis actio, nostra est instructio, licet portaret omnia verbo virtutis suæ, nec esset quicquam absconditum ab oculis ejus, tamen priusquàm ad Apostolatus munus duodecim Apostolos eligeret, & nominaret, quod aliàs unquam fecisse in scripturis non legimus, pernoctare voluit in oratione Dei: & antequam B. Petro ovium suarum curam committeret, tertiùm repetita interrogatione, trinam extare æterni amoris ejus professionem; Nos scilicet erudiens quanta diligentia, cautione, & cura in omnium Pastorum electione adniti debeamus, ut boni eligantur, & fideles; præsertim verò in Beati Petri Successoris, qui Orbis est lumen, Doctor gentium, & Pastor Pastorum. Quapropter satis etiam admonemur nihil eorum, quæ ad electionis Romani Pontificis negocium cautius & melius transigendum conducunt, omitti debere: salus enim non unius membri, sed totius corporis agitur, cum de capite consulitur. Igitur & si diversis fel. record. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & Sanctorum Patrum decretis salubriter provisum est, ut ejus electio ritè, & rectè peragatur, & in ea non caro & sanguis, aut humana sapientia, quæ stultitia est apud Deum dominetur, sed Spiritus sancti gratia omnia dirigantur, & gubernentur: nihilominus, ut dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam, experientia compertum est salubriori remedio locum non decesse. Nos igitur quos posuit Dominus, licet nullis suffragantibus meritis, regere Ecclesiam suam, ne in extremo die prætermissi officii in re tanti momenti à nobis ratio à districto judice exigatur, quod multorum etiam votis, & postulationibus multum expetitum est, Sancti Spiritus adspirante gratia, faciendum decrevimus. Matura itaque cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. Æ. Cardinalibus deliberatione habita, de eorundem fratrum consilio pariter, & assensu, hac nostra perpetuò valitura Constitutione, statuimus, decernimus, & declaramus in posterum electionem Romani Pontificis fieri aliter non posse, quàm in Conclavi, & eo clauso, ac post celebratum in

eo

Digitized by Google

eo prima die Sacrosanctum Missæ solitum Sacrificium, cui Cardinales interesse, & in eo communicare consueverunt, ac per secreta Schedularum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium, in Conclavi præsentium, præterquam si omnes, & singuli Cardinales similiter in Conclavi præsentes, nemine dissentiente, aliquibus ex eorundem Collegio Cardinalium committerent eligendi potestatem, ut vice omnium Ecclesiæ Catholicæ providerent de Pastore: aut nisi communiter ab omnibus, & singulis Cardinalibus, qui itidem in Conclavi præsentes erunt, nemine pariter dissentiente, quasi per inspirationem, nullo præcedente de persona speciali tractatu, per verbum Eligo, intelligibili voce prolatum, aut scripto, si voce fieri non potuerit, expressum, fuerit celebrata. Numerum autem Suffragiorum duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi præsentium, ut electio per viam Scrutinii, sive Scrutinii, & accessus valida sit, decernimus, & declaramus ita esse censendum, ut in duabus tertiis partibus Suffragium electi non numeretur, nec quisquam sive Scrutinii, sive scrutinii & accessus, sive compromissi via procedatur, seipsum eligere, seu suffragium sibi dare ullatenus possit: Electi tamen persona, si in Conclavi sit, debeat in numerum Cardinalium computari. Rursus nemo per viam Scrutinii, seu Scrutinii & accessus habeatur pro electo, nisi publicatis omnibus suffragiis, & electi, si numerum tantummodo duarum ex tribus partibus habuisse compertum sit, etiam schedulis apertis. Ac si contingat plures in schedulis nominatos, duas tertias partes suffragiorum tulisse, in suffragiorum paritate neuter sit electus, in imparitate verò, qui numero suffragiorum superior erit, dummodo duas tertias partes, etiam in uno suffragio excedat electus censeatur. Insuper in uno quoque Scrutinio antequam Schedula in calicem mittatur, à quolibet Cardinale juramentum alta, & intelligibili voce fiat his verbis: Testor Christum Dominum, qui me judicaturus est, me eligere quem secundum Deum judico eligi debere, & quod idem in accessu præstabo. Et hoc juramentum à nullo omittatur. Suffragiorum autem Schedulæ hujusmodi tam Scrutinii, quam accessus, ubi fieri potuerit, impressæ omnino esse debeant, ubi non

Digitized by Google

potuerit, unius tantum manu scriptæ sint; ita videlicet, ut tam impressæ, quàm ita scriptæ, ea omnia, quæ in Schedulis hujusmodi exprimi solent, contineant, præter sola nomina, seu denominationes eligentis, & electi, & infra scripta signa, quæ omnia manu ejusdem eligentis scribantur: & nomen quidem eligentis in prima parte Schedulæ, electi vero in sequenti; & rursus electi, quantum fieri poterit charactere alterato, ita ut cognosci non possit: eaque Schedulæ pars in qua erit eligentis nomen claudatur, ac sigillo ad hoc parato, ac secretè habito, non autem eo quo quisque uti solet, obsignetur. Ut autem videri possit, ne qui alicui accessit, eidem in Scrutinio suffragium dederit, Schedulæ omnes duobus aliis signis in ultima parte signentur, numero nempe aliquo, & brevi dicto Sacræ Scripturæ, vel alio hujusmodi; quæ signa in utraque Schedula tàm Scrutinii, quàm accessus eadem sint. Postea verò pars illa Schedulæ, ubi hæc signa erunt, etiam complicetur, & obsignetur, ne à Scrutatoribus videri possit, nisi postquam fuerit per Scrutinium, & accessum electio perfecta; quo casu Schedulæ accessus à Scrutatoribus ea in parte, ubi duo prædicta sunt signa, aperiantur, iisque inspectis, & earum sigillis, aliæ Schedulæ cum iisdem signis notatæ, & in Scrutinio datæ reperiantur, ut videlicet an duo hæc signa, & sigillum eadem sint cognoscatur, & inde duo suffragia ab eodem Cardinali uni data non fuisse appareat. At si inter Schedulas Scrutinii nulla reperietur iisdem signis notata, quibus Schedula Accessus signata erit, aut si quis eidem accesserit, quem in Scrutinio nominaverit; utroque casus suffragium accessus nullum sit. Subscriptio autem, seu nomen eligentis resignari non possit, nisi contingat, ut sigillum, & alia duo prædicta signa sint eadem cum signis, & sigillo alicujus alterius Cardinalis, aut alia difficultate cogente. Quod autem attinet ad nomen electi, illud eo modo à Cardinalibus scribatur, quomodo in folio impresso, ubi in Conclavi notari suffragia solent. Præterea, ut secreto cautius consulatur, Schedulæ suffragiorum conficiantur, una, seu pluribus in mensis, in media Capella constitutis, ita à Cardinalibus remotis, & circumseptis, ut quid scribatur ab aliis videri non possit. Si quis verò ad mensam

Digitized by Google

mensam accedere, impeditus valetudine non poterit, is suffragium suum in loco suo secretè conficere debeat, & ad illud accipiendum ultimus Scrutatorum accedat. Et ut accessus secretè etiam peragatur, Scrutinio publicato, si electio per consensum duarum partium in eo non fuerit celebrata, statim antequam ad alios actus deveniatur, Cardinales Schedulam pro accessu formatam prædictis in mensis conficere, sicut in Scrutinio teneantur. Porrò usus Schedularum pro accessu talis erit. Qui accedere alicui ex nominatis in Scrutinio voluerit, ejus nomen scribet, qui verò noluerit, ne cognosci possit eum nulli accedere, in loco nominis scribat Nemini. Nulli autem tam in Schedula Scrutinii, quàm accessus plures nominare liceat, alioquin suffragium in quo plures fuerint nominati nullum sit: accedere tamen uni ex nominatis à se in dicta Schedula, vel alii, dummodo aliquod aliud suffragium in eodem Scrutinio tulerit, non prohibeatur, & in numerum Cardinalium in Conclavi præsentium numeretur. Neque in quolibet scrutinio, nisi semel accedere liceat; neque per accessum ab alterius nominatione, in scrutinii schedula facta, recedi decernimus, & declaramus. Insuper antequam Schedulæ, sive scrutinii, sive Accessus à Scrutatoribus aperiantur, omnes ab iis diligentissimè palam numerentur: & si plures repertæ fuerint, quàm sint Cardinales in Conclavi præsentes omnes comburantur, & iterum ad suffragia statim deveniatur. Si quis autem aliquid ex supra expressis non servaverit, aut quomodocunque directè, vel indirectè in aliquo contravenerit, sententiam excommunicationis ipso facto incurrat. Prætera statuimus, & ordinamus, quod si aliquem infirmitas impediverit ad Scrutinium venire, ad eum adire debeant tres Cardinales, sorte ante Scrutinium, ut infra ad hanc rem ex omnibus Cardinalibus per ultimum Diaconorum extracti, cum capsula perforata, sed inani, & palam à Scrutatoribus clausa, cujus clavis super altare remaneat, & Schedulam impressam illi deferre, ipseque illam, sicut alii Cardinales, prævio juramento suprascripto, secretè conficere teneatur, deinde in capsulam conjiciat, eaque per eosdem Cardinales relata, & aperta, in calicem Schedula mittatur, Publicato deinde Scrutinio, si accessus agendus erit, ut etiam In-

Digitized by Google

firmi accedere possint, unum ex foliis in quibus nomina Cardinalium, & suffragiorum numerus notatur à tribus Cardinalibus prædictis sumatur, & palam recognito numero suffragiorum, quæ quisque in Scrutinio tulerit, ad infirmum una cum alia impressa Schedula, pro accessu parata, & cum eadem capsula ab iis deferatur. Infirmus verò alicui accedere, vel nemini accedere debeat, omniaque & singula serventur, quæ de Scrutinii Schedula supra ordinata sunt, sub eadem excommunicationis latæ sententiæ pœna. At si quis scribere valetudine impediatur, per alium prævio juramento ab eo qui scribet præstando, de servando secreto, quod sub eadem excommunicationis pœna servari mandamus, scribere liberè possit. Ad hæc Scrutatores tres, sicut & tres alii Cardinales, qui ad Infirmorum suffragia deferenda proficiscentur, ex omnibus Cardinalibus præsentibus in Conclavi, nulla ordinis servata distinctione, sorte, immediatè ante quodlibet Scrutinium per ultimum Diaconum extrahantur, & qui semel extracti fuerint, in vas itetum conjiciantur; alioquin si quis contrafecerit, sicut si Scrutatores, vel Recognitores aliquid secreti in exercendo suo officio cognoverint, & illud revelaverint, eamdem latæ sententiæ excommunicationem incurrant. Finito Scrutinio, & accessu, sive electio sequuta sit, sive non sit, tres alii Cardinales, sorte pariter, ut supra extrahendi, Schedulas omnes recognoscere debeant, sigillo tamen, & duobus aliis signis, si aperta non fuerint intactis remanentibus. Quæ omnes, & singulæ Schedulæ, sive sequuta, sive non sequuta electione, postmodum statim palam comburantur. Similiter ne electio protrahatur statuimus, & ordinamus, ut sub simili excommunicationis pœna, eo ipso incurrenda, Scrutinium bis singulis diebus peragatur, ita ut etiam perficiatur, mane scilicet post solitam missam, & prima quidem die tantum post Cardinalium sacram peractam Communionem, & pomeridiano tempore hora opportuna, post Hymnum Veni Creator Spiritus, & orationem de Spiritu sancto: idemque si compromissi via eligatur, observari debeat: atque ad Scrutinium cum tertium pulsata per loca solita Conclavis campanula de more fuerit, omnes; & singuli Cardinales convenire debeant, valetudine

Digitized by Google

dine non impediti, ſub eadem excommunicationis latæ ſententiæ pœna Cardinales præterea omnino abſtineant ab omnibus pactionibus, conventionibus, promiſſionibus, intendimentis, conditis, fœderibus, aliisque quibuscunque obligationibus, minis, ſignis, contraſignis ſuffragiorum, ſeu Schedularum, aut aliis tàm verbo, quàm ſcripto, aut quomodocunque dandis, aut petendis, tàm reſpectu incluſionis, quàm excluſionis, tàm unius perſonæ, quàm plurium, aut certi generis, veluti creaturarum, aut hujusmodi, ſeu de ſuffragio dando, vel non dando, quæ omnia, & ſingula, ſi de facto intervenerint, etiam juramento adjecto, nulla, & irrita, neque ad eorum obſervantiam quemquam teneri, aut ex transgreſſione notam incurrere fidei non ſervatæ decernimus, & declaramus; contrafacientes ex nunc excommunicationis pœna innodamus: tractatus tamen pro electione habendos vetare non intelligimus. Quod ſi electio hujusmodi alibi celebrata fuerit, quam in Conclavi clauſo, vel aliter, quàm per ſecreta Schedularum ſuffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium, in Conclavi præſentium in Scrutinio, ſeu Scrutinio & acceſſu, electi ſuffragio non computato, vel per viam compromiſſi, ab omnibus Cardinalibus ſimiliter in Conclavi præſentibus, nemine diſſentiente initi, & ita ut nemo ſeipſum elegerit: vel quaſi per inſpirationem nullo præcedente de perſona ſpeciali tractatu, omnium pariter Cardinalium; præſentium in Conclavi; communiter, nemine itidem diſſentiente, per verbum, Eligo, intelligibili voce prolatum, aut ſcripto, ſi voce non potuerit, expreſſum, nulla ſit, & invalida eo ipſo, absque ulla declaratione, & ità electo nullum jus tribuat: quinimmo is non Apoſtolicus, ſed Apoſtaticus ſit, & habeatur, & tàm ipſe, quàm eligentes, ejusque fautores, & complices ſententiam excommunicationis, & anathema, aliasque cenſuras, & pœnas invaſoribus Sedis Apoſtolicæ à Sacris Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis impoſitas, pariter ipſo facto incurrant, à qua ſicut ab alia quacunque in hac Conſtitutione impoſita, & irrogata, ſeu infra imponenda, & irroganda pœna excommunicationis tàm ipſi, quàm quilibet alius, ſive S. R. E. Card. ſive alia perſona cujuscunque gradus, conditionis, dignitatis, & præ-

Digitized by Google

& præeminentiæ, à nullo, neque etiam à majori Pœnitentiario, cujuscunque facultatis vigore, præterquam à Rom. Pontifice, nisi in mortis articulo absolvi possit, & tàm ipse, ejusque complices, & fautores, quàm alii quicunque etiam S. R. E. Cardinales hujus Constitutionis in aliquo transgressores aliis gravissimis pœnis teneantur, futuri Pontificis canonicè intrantis arbitrio irrogandis. Postremò statuimus, & districtè præcipiendo mandamus, ut S. R. E. Cardinales, quæcunque secretum violare quomodolibet poterunt, omnia evitare, & cavere omninò teneantur, cum intentio, & mens vestra sit electionis hujusmodi tàm sanctum negocium, si fiat per Scrutinium, seu Scrutinium, & accessum, ut præfertur, secretissimè transigatur, ac proinde, iisdem omnibus, & singulis S. R. E. Card. & eorum Sacro Collegio inhibemus, ne contra hæc, vel horum aliquod statuere, disponere, vel ordinare, seu in aliquo corrigere, alterare, mutare, seu aliquo modo facere, tractare, moliri, vel attentare præsumant quovis prætextu, causa, vel exquisito colore sub eadem excommunicationis pœna ipso facto incurrenda. Ut autem hujusmodi nostra Constitutio inviolabilius observetur, tres Cardinales, qui singulis diebus Congregationibus agendis præpositi sunt, & cum iis S. R. E. Camerarius illam in omnibus, & per omnia observari procurent, & faciant. Volumus etiam, & decernimus, censuratum, & excommunicationum prædictarum, & aliarum quarumcunque prætextu, vel causa Cardinales à Summi Pont. electione activa, & passiva excludi nullo modo posse, quas quidem censuras, & excommunicationes ad effectum hujusmodi electionis tantum, illis alias in suo robore permansuris, suspendimus: decernentes easdem excommunicationes, & censuras eos solùm afficere, qui deliquerint, non autem alios Conclavi durante, qui cum iis conversati fuerint. Cæterum, & si opus non esse in Domino confidimus, tamen pro officii nostri debito, & rei de qua agitur gravitate, admonemus, hortamur, & in Domino obsecramus S. R. E. Cardinales, ut attentè considerent personæ quæ sustinent, officium, & dignitatem, quam Sacrum præterea, & quanti momenti sit opus, quod tractant, & nihil quod se non deceat, nihil

Digitized by Google

hil à se alienum committant, sed cogitent, quàm perniciosum futurum sit universæ Ecclesiæ, Christi sanguine acquisitæ, si malè administretur; ac proinde exuant omnes mundanas curas, & induant solum Dominum Nostrum JESUM Christum memores nihil prodesse homini si universum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur. Denique animum advertant se in Conclavi clausos editissima in specula constitutos esse, & factos spectaculum Deo, & hominibus à Domino, cujus negocium gerunt, supplicii, vel gloriæ sempiternæ retributionem citissimè laturos. Non obstan. quatenus opus sit fel. rec. Alexandri Papæ III. præd. nostri in Concilio Lateranensi edita, quæ incipit, Licet de vitanda, & aliorum Rom. Pontif. præd. nostrorum, & in Conciliis generalibus promulgatis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in corpore juris clausis, quibus omnibus, & singulis quatenus pariter opus sit, eorum omnium, & singulorum tenores, perinde, ac si ad verbum exprimerentur, pro expressis, & insertis habentes, pro hac vice dumtaxat, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus quoque præsentes nostras coram omnibus in prima Congregatione post obitum Pontificis fieri solita, & deinde post Conclavis ingressum, & cum quis ad Cardinalatus honorem promotus fuerit, cum aliis similibus Constitutionibus legi, & juramentum super illius observatione præstari, & ita præcipimus, & mandamus. Quibus Constitutionibus, & pœnis in eis contentis, nisi in superius expressis per hanc nostram derogare non intendimus, sed eas in sui roboris firmitate relinquere. Sperantes etiam quod Rom. Pont. qui pro tempore canonicè eligentur, omni studio curaturos, ut quæ nostris hujusmodi, & in eis salubriter statuta sunt, inviolabiliter, ac etiam si opus fuerit per pœnarum ipsarum contra transgressores executionem observentur. Denique volumus easdem præsentes in valvis Basilicarum S. Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon in Acie Campi Floræ per Cursores nostros affigi, & publicari, ac earum exempla ibidem affixa dimitti, & deinde omnes, & singulos Cardinales tàm absentes

Digitized by Google

sentes quàm præsentes, modernos, & qui pro tempore erunt, & alios quoscunque quorum interest, vel interesse poterit quomodolibet in futurum afficere, & ligare, nullamque harum ignorantiam prætendere posse, ac si eis personaliter intimatæ forent præmissis cæterisque contrariis quibuscunque non obstantibus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum Statutorum, Decretorum, Declarationum, Mandatorum, Innodationis, Voluntatis, Admonitionis, Hortationis, Obsecrationis, Inhibitionis, Derogationis, Præcepti, & Suspensionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Paul. Apost. ejus se noverit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo primo, decimo septimo Kal. Decembr. Pontificatus Nostri Anno Primo. Et successive idem Gregorius prædecessor Cæremoniale ritus dictæ Electionis continens de ejus mandato compositum confirmaverit, cujus tenor sequitur, Gregorius Episcopus servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem, quæ ad Ecclesiæ Catholicæ felix regimen, salubriter à se statuuntur, ut quam facillimè observentur, pastorali sollicitudine providere, & ea, per quæ à se decreta debitum sortiuntur effectum, stabilire. Si quidem postquàm novam Constitutionem de Romani Pontificis electione, ob causas in ea expressas, divina aspirante gratia edidimus; ne ejus usus, & observantia, veteri Rituali Ecclesiæ Romanæ ferè inutili ob eandem Constitutionem reddito, proprii Cæremonialis directione destitueretur; novum; prout sequitur, confici mandavimus. Quòd, cùm post nonnullorum S. R. E. Cardinalium, quibus negocium commisimus, diligens, ut res postulabat; adhibitur examen, confectum fuerit, & à nobis approbatum; ut illud cum omnibus, & singulis in eo contentis, inviolabiliter observetur, ex nostri pastoralis officii debito, providendum censuimus. Tenor autem illius est, qui sequitur Romano Pontifice vita functo, Cardinales præstito in prima Congregatione juramento de observanda Constitutione Gregorii Papæ XV. de reformatione conclavis, unà

cum

Digitized by Google

cum aliis Constitutionibus, quæ legi, & jurari in ea hactenus consueverunt, exequias, pro ejus anima juxta ritum hucusque observatum, per novem continuos dies facere debent, nisi fortè in illis novem diebus aliquod festum ex præcipuis, & magnis incideret, propter cujus observantiam, exequias intermitti debere Cardinalibus videretur, hoc enim casu in numero quidem novem dierum, exequiarum intermissarum dies computantur: verùm impensa quæ in omissis exequiis facienda esset, in pauperes Christi juxta Pii IV. constitutionem distribuenda est. Qua etiam constitutione, ut exequiarum impensis, quæ jam in immensum excreverant, modus, & finis aliquis esset, cautum est, ne impensæ illorum novem dierum, decem ducatorum millium summam, computatis omnibus, præter regalia Populo Romano præstari solita, excederent, & ut earum impensarum distributio, justè fieret, tribus ex antiquioribus Cardinalibus, uni scilicet ex quolibet ordine, ac S. R. E. Camerario, commissa fuit. Exequiis defuncti Pontificis completis, & interim conclavi opportuno præparato, Cardinales in Basilica S. Petri, vel alibi pro temporis, & loci opportunitate conveniunt, ubi per Decanum Sacri Collegii, vel eo impedito, per alium ex antiquioribus Cardinalibus, Missa de Spiritu sancto celebratur, & in fine per aliquem Prælatum, aut alium virum doctum habetur oratio, in qua monentur, ut sepositis omnibus privatis affectibus, solum Deum præ oculis habentes, Sanctæ Romanæ, & universali Ecclesiæ de Pastore sufficienti, & idoneo providere, omni qua possunt brevitate, & diligentia curent; & Apostolicarum constitutionum, & sacrorum Conciliorum præscriptum. Re divina peracta, clericus cæremoniarum capit Crucem Papalem, & procedit, quem Cardinales sequuntur, Episcopi primùm, deinde Presbyteri, postremò Diaconi cum suis cappis violaceis: Crucem præcedunt familiares Cardinalium, & immediatè cantores (Hymnum, Veni creator Spiritus cantantes) post Cardinales, sequuntur Prælati, atque ita processionaliter procedentes, conclave ingrediuntur, & cùm ad capellam perveneriint, Cardinalium Decanus apud Altare dicit orationem. (Deus qui corda fidelium) qua finita leguntur, & jurantur per Cardinales constitutiones de Romani Pon-

Digitized by Google

tificis electione, & unà eum eis constitutio novissima Gregorii XV. Deinde Cardinales post sermonem habitum per Decanum, quo eos convenientibus verbis ad electionis negocium ritè, & rectè peragendum hortatur, ad cellas sorte inter eos juxta constitutionem Pii IV. distributas, divertunt; & post prandium omnes rursus simul congregantur, & officiales conclavis, & alii præstant Sacro Collegio juramenta consueta. Cardinales autem ingressi conclave non exeant, vespere reversuri, sed in ipso, omninò permaneant. Ipsumque conclave, post ter jussu Cardinalis Decani personatam campanulam, videlicet prima vice circa primam horam noctis, secunda circa secundam, & tertia circa tertiam, exclusis omnibus, qui in conclavi remanere non debent, intus, & extra claudatur, & claves S. R. E. Camerario, ac Magistro cæremoniarum, & Prælatis custodibus conclavis juxta solitum assignentur. Deinde accensis funalibus, tres Cardinales capita ordinum, & Camerarius, unà cum Magistro cæremoniarum latebras, & angulos omnes conclavis diligenter perquirunt, ne quis ex iis, qui esse in Conclavi prohibentur, intus remanserit. In Conclavi autem, esse possunt familiares Cardinalium, & alii officiales, & ministri conclavis, qui in constitutione Pii IV. recensentur, quibus adduntur duo alii, unus famulus pro Magistris cæremoniarum, & alius pro Secretario sacri Collegii, hac tamen conditione adjecta, ut famulus Magistrorum cæremoniarum, actu uni ex illis inserviat, & per sex menses ante, fuerit ejus continuus commensalis, quæ conditio in famulo Secretarii similiter exigitur, omnium autem istorum conclavistarum, post prandium diei sequentis, fit recognitio, ne quis inter illos fortè esset ex iis, qui in conclavi esse non possunt, quæ recognitio, ut certius fiat, jubentur conclavistæ omnes intrare capellam, & postea singillatim recensentur. Clauso conclavi, servari debent omnia, quæ de colloquiis literis, & cibis, & quæ de non ingredientibus Cardinalibus, aut iisdem, aut eorum familiaribus postquam ingressi sunt exeuntibus, in constitutione Pii IV. sancita sunt. Quod verò attinet ad vestes, non solùm cùm ad electionem Cardinales procedunt, croceis uti debent, sed juxta vetus Cæremoniale, cùm aliquid collegialiter

Digitized by Google

liter agendum est. Porrò capitula, quæ ante electionem fieri solent à singulis Cardinalibus subscribenda, etiam ad favorem conclavistarum fieri poterunt, vel ante ingressum conclavis, vel post ingressum, dummodo per ea non retardetur, aut differatur ingressus, vel electio. Quoniam autem juxta constitutionem Pii IV. Cardinales, qui saltem in ordine Diaconatus constituti non sunt, ad electionem Romani Pontificis non admittuntur, inspiciendum erit antequàm ad electionis negocium procedatur, an aliqui ex Cardinalibus præsentibus ordine prædicto careant, nam si careant, à suffragio ferendo excludendi erunt, nisi privilegio pontificio muniti sint. De Cardinali autem, cui ante mortem Pontificis, os fuit clausum, aliquando dubitatum est, verùm à Pio V. fuit hæc dubitatio sopita per ejus decretum editum 26. Januarii 1571. quo declaravit hujusmodi oris clausuram, cæremoniam quandam esse, ea de causa introductam, ut Cardinales, antequam in consistoriis, & congregationibus suffragium ferant, de modestia, quæ ab ipsis in his, & aliis actibus adhiberi debet, quodammodo admoneantur, non autem pertinere ad præcipuam Cardinalium facultatem, quæ circa futuri Pontificis electionem versatur, quæ declaratio Pii V. semper hucusque observata fuit. Quoniam autem ex Gregoriana constitutione, ad actum electionis sub pœna nullitatis devenire non possunt Patres, nisi clauso conclavi: tres Cardinales, & Camerarius ejusdem constitutionis executores deputati providebunt, ut statim post clausum conclave, diligens per aliquos fiat inquisitio super ipsa clausura, eaque in effectu reperta, curabunt, ut de ea publicum fiat documentum per Magistrum cæremoniarum rogandum, & post hujusmodi documentum; etiam si conclave in totum, vel pro parte de facto apertum fuisse reperiatur, semper tamen clausum, & pro clauso censeri, & haberi debet ad effectum validitatis electionis, donec de consensu duarum partium Cardinalium præsentium, per secreta suffragia apertum esse declaretur. Hæc tamen declaratio, electioni, quæ ante ipsam facta fuerit, nullatenus præjudicare debet, neque ob ipsam declarationem, præcedens electio impugnari potest. Manè sequenti post clausum præcedenti nocte conclave, post solitum cam-

Digitized by Google

panulæ ſonum, conveniunt Cardinales in eo præſentes, qui infirmitate non ſunt impediti, ad Capellam Paulinam, & ibi celebrata conſueta Miſſa, & facta Cardinalium communione, ſtatim ad negocium electionis procedere debent, quod quidem hodie ex Greg. conſtitutione, uno tantùm ex tribus modis, ſive formis peragendum eſt; alioquin electio, nullitatis vitio ſubjacet: Primus modus eſt, qui quaſi per inſpirationem vocatur, quando ſcilicet omnes Cardinales, quaſi afflati Spiritu ſancto, aliquem unanimiter, & viva voce Summum Pontificem proclamant; circa quem modum, ex conſtitutione Gregoriana, infraſcripta notari poſſunt. Primùm hæc forma electionis practicari poteſt ſolùm in conclavi, & eo clauſo. Secundò, debet fieri electio ſecundùm hanc formam ab omnibus, & ſingulis Cardinalibus in conclavi præſentibus. Tertiò, communiter, & nemine eorum diſſentiente. Quartò, nullo præcedente de perſona ſpeciali tractatu, & per verbum (eligo) intelligibili voce prolatum, aut ſcripto expreſſum, ſi voce non poſſit proferri, exemplum autem hujus, poteſt eſſe hujusmodi. Si aliquis patrum, clauſo conclavi, nullo, ut præfertur præcedente ſpeciali tractatu, diceret, Reverendiſſimi Domini perſpecta ſingulari virtute, & probitate Reverendiſſimi D. N. judicarem illum eligendum eſſe in Summum Pontificem, & ex nunc ego ipſum eligo in Papam. Deinde hoc audito, ſi cæteri Patres nemine excepto, ſequentes primi ſententiam, eodem verbo (eligo) intelligibili voce prolato, aut ſi non poteſt, in ſcriptis expreſſo, eundem N. de quo nullus ſpecialis tractatus præceſſit, communiter eligerent, ipſe N. eſſet canonicè electus, & verus Papa ſecundùm hanc electionis formam, quæ dicitur per inſpirationem, ſeu, ut in Sacris Canonibus ſcriptum eſt, quaſi per inſpirationem. Secundus modus, eſt per compromiſſum, quando ſcilicet Cardinales ad electionem per hanc formam, ſeu viam procedere volentes, committerent aliquibus ex patribus eligendi poteſtatem, ut vice omnium, Eccleſiæ Catholicæ provideant de Paſtore, cujus formæ praxis poteſt eſſe hujusmodi. Primò omnes, & ſinguli Cardinales in conclavi clauſo præſentes, nemine eorum diſſentiente, in aliquos ex Patribus compromiſſum faciunt exempli gratia in hanc formam. In nomine Domini amen. Anno ab ejusdem &c.

Digitized by Google

&c. menſe &c. die &c. Nos Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi S.R.E. Cardinales omnes, & ſinguli in conclavi exiſtentes, videlicet N.N. (& ſigillatim omnes nominentur Cardinales) elegimus, & eligimus per viam procedere compromiſſi, & unanimiter, & concorditer, nemine diſcrepante, elegimus compromiſſarios N.N. & N. Cardinales, &c. quibus damus plenariam facultatem, & poteſtatem providendi S.R.E. de Paſtore, ſub hac forma videlicet (Hic optimum erit, ut Cardinales compromittentes exprimant modum, & formam, ſecundùm quam compromiſſarii debebunt eligere, & ſecundùm quam electus debet cenſeri verus, & legitimus Papa, ut puta, ſi electi ſint tres compromiſſarii, declarandum eſt, an ad hoc, ut electio ſit valida, prius proponere debeant ſacro Collegio perſonam, vel perſonas ab ipſis nominandam, ſeu nominandas ad Pontificatum, an verò abſolutè debeant electionem peragere; an omnes tres debeant convenire in unam perſonam, an verò ſufficiat, quòd duo in unam concordent, & an debeant nominare aliquem de Collegio, vel etiam aliquem extra Collegium, & alia his ſimilia.) His autem, vel aliis ſimilibus expreſſis, addi compromiſſo ſolet tempus, ad quod usque volunt Cardinales, poteſtatem compromiſſarios habere eligendi, & poſtea ſubjunguntur hæc verba. Et promittimus nos illum pro Romano Pontifice habituros, quem D. D. compromiſſarii ſecundùm formam prædictam duxerint eligendum, vel aliam ad formam compromiſſariis præſcriptam accommodata. Secundò, completo hujusmodi mandato, compromiſſarii ad partem in aliquo loco ſeparato ſe conferunt, & de electione facienda tractant, & ſolet inter eos præmitti proteſtatio, quòd per quamcumque prolationem verborum, ſuum dare conſenſum non intelligunt, niſi in ſcriptis illum expreſsè ponant. Et hæc proteſtatio, videtur neceſſaria inter compromiſſarios, ut verbis humanis, & reverentialibus inter ſe, ſine præjudicio uti poſſint. Tertiò, facta per compromiſſarios electione ſecundum formam eis præſcriptam, & ſervatis iis, quæ Gregorius XV. in ſua conſtitutione juſſit, electus per hujusmodi viam compromiſſi, eſt canonicus, & verus Papa. Tertius modus, ſeu forma electionis Rom. Pont. eſt, quæ vocatur per Scrutinium, vel per Scru-

Digitized by Google

Scrutinium, & Acceſſum, cujus formæ ritus ſecundum Gregorianam Conſtitutionem, quæ vult non ſolum Scrutinium fieri ſecretum, ſed etiam acceſſum, continet tres actiones, alteram, quæ anteſcrutinium, alteram, quæ ſcrutinium, & tertiam, quæ poſtſcrutinium appellari poteſt. Anteſcrutinii actus ſunt quinque, videlicet Præparatio, ſchedularum Scrutinii, & Acceſſus; Extractio Scrutatorum, & deputatorum pro votis infirmorum per ſortem; Scriptio ſchedularum ſcrutinii; Earum complicatio, & obſignatio. Schedularum præparatio ad Magiſtros cæremoniarum pertinet, qui eas impreſſas, ubi fieri poterit, alioquin unius manu ſcriptas ſecundum formam inferius deſcribendam accipient, tam pro Scrutinio, quàm pro Acceſſu, & ponent in duobus diſcis vulgò (bacili) nuncupatis, quos in menſa ante Altare collocabunt, ut inde poſſint Cardinales, cum opus fuerit, ſchedulas ſumere. Forma autem ſchedulæ Scutinii quòad ejus figuram attinet, erit altera parte longior, hoc eſt plus longa, quàm lata; longitudo ejus, erit ferè palmi, latitudo autem dimidii palmi; Quo verò ad contenta in ea, in anteriori ejus parte, quæ brevitatis gratia facies nominari poteſt, tria continere debet; Primò in ſuperiori parte ſecundùm ejus latitudinem, duo hæc verba (Ego Card.) cum tanta ab invicem diſtantia, ut inter ipſa, nomen proprium Cardinalis eligentis ſcribi poſſit, & paulò inferiùs duos circulos parvos, ad loca ſigillorum indicanda. Secundò, in medio continere debet hæc verba. Eligo in Summum Pontificem Reverendiſſ. D. meum D. Cardinalem. Tertiò, in parte inferiori, alios duos parvos circulos, ad loca ſigillorum ſimiliter demonſtranda. Forma verò ſchedulæ acceſſus, eadem prorſus eſt, quæ ſcrutinii, niſi; quòd in medio ejus, loco verborum (Eligo in Summum Pontificem Reverendiſſ. D. meum D. Card.) ponuntur hæc verba (Accedo Reverendiſſ. D. meo D. Cardinali) verùm faciliùs, quæ dicta ſunt, percipientur ex infraſcriptis figuris, & exemplis.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLUM FACIEI
Schedulæ Scrutinii.

Ego *Card.*




Eligo in Summum Pontificem Reverendiſ. Dominum meum D. Cardin. Baronium.




18. *Gloria in excelſis.*

Digitized by Google

Ego Robertus Card. Bellarminus.





Eligo in Summum Pontificem Reverendiſs. D. meum D. Cardin. Baronium.






18. *Gloria in excelſis.*

Nomen.

Digitized by Google





Digitized by Google

EXEMPLUM FACIEI Schedulæ Accessus.

Ego Card.

Accedo Reverendiſs. D. meo D. Cardin.

In

c.

Digitized by Google


In exteriori autem parte ſchedularum tam Scrutinii, quàm Acceſſus, quæ tergum nominari poteſt, duo ſunt imprimendi limbi ex illis, quos ad ornatum librorum impreſſores adhibent, & vulgari vocabulo, *fregi*, nuncupant, quorum primum circa ſui medium continet hoc verbum, *Nomen*, impreſſum ſecundùm longitudinem ipſius limbi; alterum verò continet hoc verbum, *Signa*, ſimiliter impreſſum, ut præcedens. Hi autem limbi excogitati ſunt ad obſcurandum diaphanum paginarum, ne ſcilicet ad lumen, nomina, & ſigna eligentium conſpici poſſint; ubi verò impreſſoris copia non fuerit, limborum defectus, lineis ſuppleri poterit; Sed hæc fient clariora per infrapoſitam figuram tergi ſchedularum Scrutinii, & Acceſſus.

Digitized by Google

EXEMPLUM TERGI

Schedularum Scrutinii, & Accessus.





Secun-

Digitized by Google

Secundus actus anteſcrutinii, eſt extractio Scrutatorum, & deputatorum pro votis infirmorum, quæ extractio antequàm ad ſcrutinium procedatur, ſorte facienda eſt, hoc modo. In uno ſacculo, aut vaſe, publicè ponantur tot ſchedæ, vel ſi magis placet ſpherulæ ligneæ palàm numeratæ, quot ſunt Cardinales præſentes in Conclavi, cum eorum nominibus: deinde per ultimum Diaconum extrahantur primò Scrutatores tres, & poſtea tres Deputati pro votis infirmorum, qui brevitatis gratia Infirmarii appellari poſſunt, de quorum omnium officio inferiùs ſuo loco ſcribetur, quòd ſi in extractione Scrutatorum, & Infirmariorum, ac etiam Recognitorum, de quibus ſuo loco dicetur, extracti fuerint Cardinales, qui ob infirmitatem, aliudve impedimentum muneribus prædictis ſatisfacere non poſſint, alii non impediti, loco illorum extrahantur; Peracta verò extractione, ſchedæ, ſeu ſpherulæ eorum, qui extracti fuerunt, in ſacculum, ſeu in vas iterum conjiciantur.

Tertius actus anteſcrutinii, eſt ſchedularum Scrutinii ſcriptio, quæ fiet hoc modo. Ad duas, vel plures parvas menſas, quæ erunt cum atramento, & calamis paratæ in loco capellæ apto, ut qui ſcribunt conſpici poſſint, quid verò ſcribitur, non poſſit, accedent Cardinales per ordinem, incipiendo à Decano, & ibi ſedentes in ſcabellis paratis, ſchedulam quisque ſuam acceptam priùs ex diſco, ſcribet hoc modo. Primò in prima parte in ſpatio inter verba (Ego Card.) ſcribet proprium nomen; deinde in ſecunda parte nomen illius, quem eligit, charactere tamen, quantùm fieri poteſt alterato, ut manus ſcribentis cognoſci non poſſit; & caveat, ne plures in ſchedula ſcribat, quia ſuffragium juxta Gregorianam conſtitutionem eſſet nullum. In tertia verò parte ſigna, hoc eſt numerum aliquem, & dictum aliquod ſcripturæ, ſeu verbum, aut aliquid hujusmodi, ut in exemplo pro faciliori intelligentia oculis ſubjecto, videre eſt.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLUM
Schedulæ Scrutinii ſcriptæ.

Ego Bonifacius Card. Caetanus.





Eligo in Summum Pontificem Reverendiſs. D. meum D. Cardin. Baronium.





18. *Gloriæ in excelſis.*

Quartus

Digitized by Google

Quartus actus ante scrutinii, est schedularum complicatio, quæ ut expeditius peragi à Card. valeat, poterit à Cæremoniariis Magistris, cum eas præparant, fieri in hunc, qui sequitur modum. Binæ fient plicaturæ, ex utraque parte cujusque schedulæ, ita ut nomen eligentis, & signa cum fuerint scripta, maneant tecta ex utraque parte à limbis; deinde quod reliquum est ita complicetur, ut schedula ferè ad latitudinem pollicis redigatur, prout ex complicata schedula, quæ hic exempli gratia ponitur, conspici potest.

Cæterum Magistri Cæremoniarum schedulas, non complicatas, ut supra, sed explicatas, & cum cera rubra in parvis circulis, ponent in discis; & Cardinales postquam eas, ut supra scripserint, eò usque solùm plicabunt, quò nomen, & signa eligentis tegantur, reliquas autem plicaturas tunc facient, cum schedulas, ut infra dicetur, obsignaverit.

Quintus, & postremus actus antescrutinii, est schedularum obsignatio, quæ ab unoquoque Cardinali facienda erit in tergo schedularum cum sigillo ad hoc parato, in loco parvorum circulorum ubi cera fuerit posita. Porrò sigillum non debet esse solitum Cardinalis, sed aliud, & secretè habitum, & ita simplex, ut facilè notari possit, veluti, si in sigillo sculpantur, aut tres numeri, aut tres literæ, vel literæ, & numeri, vel una tantùm imago, & hæc de antescrutinio sufficiant; Cæterum, quod attinet ad Cardinales infirmos, aut aliter impeditos, inferiùs suo loco dicetur.

Sequitur secunda actio, quæ nomine Scrutinii appellata fuit. Octo sunt hujus actionis actus, videlicet, Delatio schedulæ, Juramenti præstatio, Positio schedulæ in Calicem, Schedularum mixtio, Earum numeratio, Scrutinii publicatio, Schedularum in filum insertio, Earumque depositio seorsum.

Delatio schedulæ, & duo sequentes actus, qui melius simul describuntur ob eorum connexitatem; hoc modo fient. Quilibet Cardinalis propriam schedulam postquam illam scripserit, obsignaverit, & complicaverit, duobus primis digitis sumet, & elevata manu palàm deferet ad Altare, penes quod stant Scrutatores, & in quo est calix magnus ad recipiendas schedulas paratus, & patena coopertus, ibique ge-

Digitized by Google

nuflectens, aliquantulum orabit; deinde ſurgens alta, & intelligibili voce, jurabit in hanc formam, quæ in tabella ſuper Altari poſita deſcripta habetur: Teſtor Chriſtum Dominum, qui me judicaturus eſt, me eligere, quem ſecundum Deum judico eligi debere, & quod idem in Acceſſu præſtabo. Poſt hæc ſchedulam in patenam ponet, & per patenam mittet in calicem, quo facto inclinabit ſe ad Altare, & ad ſuum locum revertetur. Et hæc ſervanda erunt, ſi Cardinalis ad Altare pergere poſſit; nam ſi ob infirmam valetudinem non poſſit, & præſens in capella ſit, ultimus Scrutator diſcum cum ſchedulis ad eum deferet, ex quo Cardinalis infirmus, unam accipiens, eam in loco ſuo ſecretè, ut ſupra dictum eſt, conficiet; deinde prævio juramento prædicto ſchedulam obſignatam, & complicatam, eidem Scrutatori tradet, qui eam palam deferet, ad Altare & ſine oratione, & juramento in patenam ponet, & per eam in calicem mittet; quæ omnia obſervanda erunt per ultimum Scrutatorem erga eos Cardinales, qui in capella præſentes ob valetudinem ad Altare pergere non poterunt. Si verò aliqui Cardinales infirmi ſint in ſuis cellis, tres Card. Infirmarii, ut ſupra extracti, ad eos accedent cum capſula altitudine unius palmi, in cujus ſuperiori parte ſit rima, ſeu foramen, ejus magnitudinis, ut per illud ſchedula complicata poſſit per ſuam latitudinem intus capſulam transmitti; quam capſulam, antequam Scrutatores Infirmariis tradant, palàm aperient, ut cæteri Cardinales poſſint eam inanem, & vacuam conſpicere, deinde claudent, & clavem ponent ſuper Altare; deinde Infirmarii cum capſula clauſa, & cum parvo diſco tot ſchedulas continente, quot ſunt infirmi Cardinales ad unumquemque eorum accedent; & infirmi acceptas ex diſco ſchedulas, ſecretè ſcribent, obſignabunt, & complicabunt, & prævio jam dicto juramento, in capſulam per rimam mittent; quòd ſi Infirmi, ſcribere non poſſint, alii eorum arbitrio deligendi; præſtito de ſecreto ſervando in manibus Infirmariorum juramento, prædicta facient, atque hi advertere debent, quod non ſolum juramenti

vinculo

Digitized by Google

vinculo tenentur servare secretum, sed etiam in excommunicationem latæ sententiæ, si contrafecerint, incurrent. His peractis, Infirmarii ad capellam revertentur cum capsula, quam scrutatores aperient, & schedulas in ea contentas, palàm numerabunt, & tot repertas, quot sunt infirmi, ponent singillatim in patenam, & per patenam simul omnes in calicem. Ne autem nimis in longum protrahatur Scrutinii actio, Infirmarii poterunt proprias schedulas post Decanum conficere, & in calicem ponere, deinde dum cæteri Cardinales Scrutinium agunt, ad infirmos pergere ad accipienda eorum suffragia eo modo, quo proximè ante dictum est.

Quartus actus Scrutinii, est schedularum permixtio, quæ fiet per primum Scrutatorem calice in quo ipsæ schedulæ positæ fuerunt, patena cooperto, pluries agitato.

Quintus actus, est numeratio schedularum, quæ palàm fiet per ultimum Scrutatorem capiendo singillatim unamquamque schedulam ex calice, eamque ponendo in alium, qui ad hoc paratus sit, calicem vacuum. Quòd si numerus schedularum, non respondeat numero Card. omnes comburendæ sunt; & iterum, id est secunda vice, ad suffragia statim est deveniendum; Si verò numerus schedularum, numero Card. respondeat, prosequendi sunt alii actus Scrutinii.

Sextus actus, est publicatio Scrutinii, quæ per Scrutatores, qui sedent ad mensam ante Altare positam, fiet hoc modo; Primus Scrutator accipiet unam schedulam, eamque intactis sigillis explicabit, & viso in ea schedula, electi nomine, eam tradet secundo Scrutatori, qui pariter, eodem electi nomine perspecto, eandem tradet tertio, qui illam alta, & intelligibili voce perleget, ut omnes Cardinales præsentes notare possint suffragium in folio impresso, quod penes se habebunt cum nominibus omnium Card. notabit autem juxta nomen Card. ex schedula recitati: Idem faciendum erit de cæteris schedulis in calice positis, usque ad ultimam; Quòd si in Scrutinii publicatione, inveniant Scrutatores duas schedulas ita complicatas, ut ab uno tantùm datas fuisse appareat, si quidem unus, & idem in utraque electus fuerit, schedulæ prædictæ habebuntur, & nota-

Digitized by Google

buntur pro uno ſuffragio; ſi verò diverſi fuerint nominati, neutrum ſufftagium validum erit, prout in Bulla Gregoriana ſtatuitur de illa ſchedula, in qua plures nominati ſunt; Scrutinium tamen neutro caſu vitiatur. Cæterùm ſuffragia prædicta, finita Scrutinii publicatione, poterunt à Patribus juxta nomina Cardinalium, qui ea obtinuerunt, in unam ſummam redigi, vel in ſeparato folio notari, hoc modo. Reverendiſſimus D. Cardinalis A. habet ſuffragia 20. & Reverendiſſimus D. Cardinalis B. habet ſuffragia 15. & ſic de aliis; quod fit, ne Cardinales cùm opus eſt, cogantur ſemper numerare ſuffragia, quæ juxta nomina Cardinalium notarunt.

Septimus actus Scrutinii, eſt ſchedularum in filum inſertio, quæ, ut ſchedulæ ipſæ cautiùs conſervari poſſint, excogitata fuit. Hæc autem inſertio fiet per ultimum Scrutatorem; inſerendo ſchedulam unamquamque poſtquam eam perlegerit, acu cum filo ad hunc effectum parato, in loco, ubi eſt verbum, ELIGO.

Octavus, & poſtremus Scrutinii actus, eſt depoſitio ſchedularum ſeorſum, quæ ſimiliter fiet per ultimum Scrutatorem, qui finita inſertione omnium ſchedularum in filum, capita fili nodo jungit, & ſchedulas omnes ita colligatas, in alium calicem vacuum, vel in menſa ſeorſum ponet.

Sequitur tertia, & poſtrema actio, quæ Poſtſcrutinium appellata fuit, cujus actus, ſi ſecuta ſit electio per Scrutinium, tres tantùm ſunt, videlicet, Numeratio ſchedularum, Recognitio ſuffragiorum, Et ſchedularum combuſtio, de quibus inferiùs ſuis locis dicetur. Si verò per Scrutinium non ſit ſecuta, electio, actus ſunt ſeptem, videlicet; Acceſſus; Sigillorum, & ſignorum aperitio; Eorum annotatio; Suffragiorum examen; Suffragiorum ſcrutinii, vel ſcrutinii, & acceſſus numeratio; Eorum recognitio; Et ſchedularum combuſtio.

Primus itaque actus, eſt Acceſſus, qui immediatè poſt ſcrutinium, hoc eſt, poſt depoſitas ſeorſum ſcrutinii ſchedulas fiet, niſi fortè in ſcrutinio fuerit creatus Papa; tunc enim nullus fieri debet acceſſus; In quo quidem acceſſu eadem omnia ſervanda ſunt à Cardinalibus, quæ dicta ſunt ſervari debere in ſcrutinio peragendo tam in ſchedularum ſcriptione, obſignatione, complicatione, delatione, & poſitione

Digitized by Google

sitione in calicem, quàm in earum numeratione, publicatione, notatione suffragiorum, & insertione in filum, ac depositione seorsum; exceptis tamen infrascriptis. Primò quod Cardinales, schedulas pro accessu, sumere debent ex disco schedularum accessus; Secundò in schedularum accessus scriptione si Cardinalis nemini velit accedere, debet in media schedulæ parte, loco nominis Cardinalis, qui scribendus esset, si ad eum fieret accessus, scribere, NEMINI, Schedula autem accessus scribi, & obsignari debet cum eisdem sigillis, & signis schedulæ scrutinii, sub pœna nullitatis suffragii ipsius accessus; Tertiò, quòd non potest accessus fieri ad eum Cardinalem, qui in scrutinio saltem unum suffragium non obtinuerit, neque ad eum, qui ab ipsomet Cardinali fuit in scrutinio nominatus; Quartò, quamvis in accessu non liceat plures nominare, sicut non licet in scrutinio plures eligere sub pœna nullitatis suffragii, tam in accessu, quàm in scrutinio; nihilominus licebit accedere uni ex pluribus nulliter à se nominatis in scrutinio, dummodo ei ab alio aliquod suffragium, non tamen nulliter, ut præfertur, in ipso scrutinio datum fuerit; Quintò, quòd in accessu non præstatur juramentum, de quo supra, quia in scrutinio fuit jam præstitum per illa verba: (Et quod idem in accessu præstabo) Sextò, denique Infirmarii deferre debent ad infirmos schedulas accessus, & simul etiam unum folium impressum, in quo sit notatus suffragiorum numerus palam recognitus, quæ quisque Card. in scrutinio nominatus, obtinuerit.

Secundus, tertius, & quartus actus post scrutinii sunt Sigillorum, & Signorum aperitio; Eorum annotatio, Suffragiorum examen, qui tunc solùm locum habere possunt, quando secuta est electio per scrutinium, & accessum: fieri autem debent hoc modo.

Primus Scrutator schedulas accessuum, quos obtinuit electus, in ea parte solùm, quæ signa conti. et, aperiet, & inspectis diligenter earum sigillis, & signis, apertas, ac in filo, ut erant insertas, tradet secundo Scrutatori; & secundus, eadem inspectione facta, porriget tertio, qui alta, & intelligibili voce, sigilla, & signa prædictarum schedularum enunciabit, & annotabit in latere sinistro fo-

Digitized by Google

lis impressi, ad hunc effectum parati, sub verbis (Sigilla, & signa Accessuum) quam etiam annotationem facient cæteri Cardinales, si voluerint, in simili folio impresso.

Deinde primus Scrutator, reliquis Scrutatoribus inspicientibus, pro accessuum prædictorum examine capiet schedulas scrutinii, & incipiens ab uno capite fili, in quo insertæ sunt, sigillum primæ ejus schedulæ quæret in sigillis accessuum notatis, ut supra in folio impresso, & si illud in eo non invenerit, omissa prima scrutinii schedula, capiet secundam, ejusque sigillum similiter quæret; quòd si etiam non invenerit, capiet tertiam, & deinde sequentes singillatim, donec sigillum alicujus earum inveniat; eoque invento, scrutinii schedulam in ea parte, ubi signa sunt, aperiet, & si non invenerit signa hujus schedulæ concordare cum signis accessus, schedulam illam omittet, & aliam capiet, sicut paulò ante de schedulis non concordantibus in sigillo dictum est; si verò invenerit signa concordare, ostendet illa secundo, & tertio Scrutatoribus, qui unà cum ipsis, post diligens examen super identitate sigillorum, & signorum ambarum schedularum, scrutinii scilicet, & accessus, inspiciet, an idem, vel diversi in utraque schedula sint nominati; & si idem nominatus sit, suffragium accessus, nullum censebitur; si verò diversi nominati sint, suffragium accessus, pro valido habebitur, & hoc casu, tertius Scrutator sigillum, & signa schedulæ scrutinii, ac etiam nomen electi, qui in ea continetur, alta, & intelligibili voce enunciabit, & annotabit in latere dextero prædicti folii impressi, sub verbis (Sigilla, & signa scrutinii respondentia accessibus) notabit autem ea, ex adverso accessus concordantis in sigillo, & signis; quam annotationem cæteri quoque Cardinales si voluerint, in simili folio impresso facient.

Sed hujusmodi actus, qui explicatione difficiliores sunt, quàm operatione, exemplo melius percipientur.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLUM

Folii impressi, in quo Accessus, & Scrutinii, Sigilla, ac Signa concordantia annotantur.

Sigilla, & Signa Accessuum.	*Sigilla, & Signa Scrutinii Accessibus respondentia.*	*Cardinales nominati in Scrutinio.*
ACD. 43. Deus.		
BRF. 32. Bonitas.	BRF. 32. Bonitas.	Card. S. Eusebii.
RGI. 50. Beatitudo.	RGI. 50. Beatitudo.	Card. S. Sixti.
NSP. 26. Gloria.		

Quòd si forsasse in ista inquisitione contingat duas, vel plures schedulas scrutinii, reperiri cum eisdem sigillis, & signis alicujus schedulæ accessus; tunc si in earum aliqua, electus nominatus fuerit, in alia verò alius; primus Scrutator reliquis scrutatoribus similiter inspicientibus, scrutinii schedulas hujusmodi, & schedulam accessus, in ea etiam parte, in qua est nomen eligentis, & accedentis, aperiet, ut constare possit secundùm Gregorianam Constitutionem de validitate, vel invaliditate accessus; si verò in aliqua hujusmodi schedularum scrutinii concordantium cum accessu, non sit nominatus electus, debent eæ schedulæ omitti, & ad subsequentes procedendum erit.

Quintus actus post scrutinii, est numeratio suffragiorum, vel scrutinii solius, vel scrutinii, & accessus, quæ fiet per Scrutatores semper, sive secuta sit electio, sive non, & si quidem secuta non sit electio, ut sciatur, quòd in eo scrutinio, vel scrutinio, & accessu, non habetur Papa; si verò secuta sit, ut constet de canonica Ponti-

Digitized by Google

Pontificis electione; fiet autem hæc numeratio suffragiorum hoc modo. Scrutatores in unam summam redigent suffragia, quæ quilibet nominatus in Pontificem obtinuit, sive in scrutinio solo, sive in scrutinio, & accessu simul; & si invenerint nullum ex nominatis ad duas tertias partes suffragiorum perveniſſe, non habetur Papa in illo scrutinio, sive scrutinio, & accessu; si verò invenerint aliquem ex nominatis, duas tantùm partes suffragiorum obtinuiſſe; apetient electi schedulam, etiam in ea parte, in qua est nomen eligentis; & si quidem ex ea apparuerit, electum alii suffragatum fuiſſe, electio ejus erit canonica; si verò constiterit sibi suffragium dediſſe, ejus electio ex dispositione Gregorianæ Constitutionis nulla erit obstante defectu unius suffragii. Si denique plures invenerint duas tertias partes suffragiorum obtinuiſſe; vel etiam ultra duas tertias, tunc in suffragiorum paritate, nullus erit electus, in imparitate verò, ille est canonicus Papa, qui superat alium, etiam in uno suffragio.

Sextus actus postscrutinii, est Recognitio, quæ per Recognitores, sive secuta sit electio, sive non, fiet; inspiciendo tam schedulas scrutinii, & accessus, quàm suffragiorum annotationes factas per Scrutatores, ut per hujusmodi recognitionem constare possit, an Scrutatores syncerè, & fideliter muneri suo satisfecerint: Recognitores autem extrahentur sorte, ut Scrutatores, & Infirmarii, statim quidem post scrutinium, si secuta sit in eo electio: si verò non sit secuta, post scrutinium, & accessum, cùm scilicet Scrutatores suum impleverint munus per numerationem suffragiorum, & hæc extractio fiet, sive secuta sit electio in scrutinio, & accessu, sive non.

Septimus, & postremus actus postscrutinii, est combustio omnium schedularum, quæ semper, & palàm per Scrutatores fiet, ac statim post recognitionem, sive electio sit secuta, sive non. Et hæc omnia, quæ de scrutinii ritibus sunt exposita, servanda erunt diligenter à Cardinalibus in omnibus scrutiniis, sive fiant manè post Missam, sive vespere post Hymnum (Veni Creator Spiritus) Atque hi sunt Ritus ex præscripto Constitutionis GREGORII Papæ XV. in electione Romani Pontificis observandi.

Motu

Digitized by Google

Motu itaque proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula in prædicto Cæremoniali ordinata, & quomodolibet contenta; tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus; illisque omnibus & singulis, perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; eaque à Ven. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus omnibusque & singulis aliis, & quos spectat, & spectare quomodolibet poterit in futurum, omnino observari præcipimus, & mandamus; ac Cæremoniale hujusmodi; in totum vel in parte mutari, vel ei aliquid addi prohibemus. Decernentes sic, & non aliter per quoscunque ac eosdem S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere. Non obstantibus omnibus illis, quæ in primo dicta Constitutione voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, adjectionis, præcepti, mandati, prohibitionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum, Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo primo, quarto Idus Martii, Pontificatus nostri Anno II. Nos qui ut rei tam arduæ negocium ritè, & rectè procederet, & absolveretur intentis studiis desideravimus, cum primum (nullis licet suffragantibus meritis) ad Summi Apostolatus apicem assumpti fuimus animo revolventes quantam in omnium animis Constitutionis exequutio, & Cæremonialis prædictorum usus approbationem excitarit, ut Constitutio, & Cæremoniale prædicta nostra etiam Confirmatione roborata inviolabiliter semper observentur providere cupientes, ex mera animi nostri deliberatione, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac de Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu, Constitutionem, & Cæremoniale prædicta cum omnibus, & singulis in eis, & eorum quolibet contentis clausulis, & decretis hac nostra


Digitized by Google

perpetuò valitura constitutione Apostolica auctoritate perpetuò confirmamus, & approbamus, eaque etiam perpetuò in omnibus futuris Romanorum Pontificum electionibus firmiter, & inviolabiliter observari præcipimus, & mandamus, ac derogationem in eadem Constitutione dicti Gregorii prædecessoris insertam semper vigere, suamque vim perpetuis futuris temporibus obtinere decernimus, non obstantibus quatenus opus sit, ea in parte, qua præsentibus adversentur recolendæ memoriæ Alexandri Papæ III. similiter prædecessoris nostri in Lateranensi, quæ incipit Licet de vitanda, & quibuscunque aliis etiam in universalibus Conciliis editis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & Consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac omnibus illis, quæ dictus Gregorius prædecessor in Constitutione, & Cæremonialis Confirmatione prædictis voluit non obstare; quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio ad hoc servanda foret, omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis quoad reliqua omnia, quæ Constitutioni dicti Gregorii, & Cæremoniali prædictis, & huic nostro præcepto mandato, & decreto non sunt repugnantia in suo robore permansuris harum serie de similli plenitudine potestatis derogamus, & derogatum esse volumus, & hanc nostram derogationem suum pariter effectum perpetuò consequi jubemus, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, præcepti, mandati, decreti, derogationis, voluntatis, & jussionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, quinto Kal. Februarii Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ego

Digitized by Google

✠ Ego Urbanus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.



✠ Ego Franciscus Maria Episcopus Ostiensis S. R. E. Card. à Monte promitto, voveo, & juro.

✠

✠ Ego Octavius Episcopus Portuen. S. R. E. Cardinalis Bandinus promitto, voveo, & juro.

✠ Ego Jo. Baptista Episcopus Albanen. S. R. E. Cardinalis Detus promitto, voveo, & juro.

✠ Ego B. Episcopus Sabinens. Cardinalis Bevilaqua promitto, voveo, & juro.

✠ Ego A. Episcopus Prænestinus Cardinalis Perettus promitto, voveo, & juro.

✠

✠

✠

✠ Ego Dominicus Cardinalis Gimnasius tit. S. Laurentii in Lucina promitto, voveo, & juro.

✠

Digitized by Google

† Ego C. Cardinalis Madrutius tit. S. Cæsarei promitto, voveo & juro.

†

† Ego Scipio tit. S. Grisogoni Presbyter Cardinalis Burghesius major Pœnitentiarius, promitto, voveo, & juro.

† Ego Jo. Garcia tit. SS. Quatuor Coronatorum Presb. Card. Millinus promitto, voveo, & juro.

† Ego Marcellus tit. SS. Quiricæ, & Julittæ Presbyter Card. Lantes promnitto, voveo, & juro.

†

† Ego Joannes Baptista tit. S. Ceciliæ Presbyter Card. Lenius promitto, voveo, & juro.

†

† Ego D. tit. S. Martini in Montibus Card. Rivarola promitto, voveo, & juro.

†

† Ego Fr. Augustinus S. R. E. Presbyter Card. tit. S. Mariæ de Aracœli promitto, voveo, & juro.

† Ego Gaspar tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis Borgia promitto, voveo, & juro.

†

† Ego Fr. Felix tit. S. Anastasiæ Presbyter Cardinalis Asculanus promitto, voveo, & juro.

†

† Ego Gabriel tit. S. Bartholomæi in Insula Presbyter Cardinalis de Trejo promitto, voveo, & juro.

†

†

† Ego I. tit. S. Sabinæ Presbyter Cardinalis Sabellus promitto, voveo, & juro.

† Ego M. tit. S. Mariæ de Pace Cardinalis Klesellus promitto, voveo, & juro.

† Ego S. Presbyter Cardinalis S. Susannæ S. R. E. Bibliothecarius promitto, voveo, & juro.

†

† Ego

Digitized by Google

† Ego Guido tit. S. Mariæ de Populo Cardinalis Bentivolus promitto, voveo, & juro.

† Ego Fr. Desiderius tit. Basilicæ SS. Duodecim Apostolorum Cardinalis de Cremona promitto, voveo, & juro.

† Ego L. tit. S. Laurentii in Damaso Presbyter Cardinalis Ludovisius S. R. E. Vicecancellarius, & Santiss. D. N. Summator promitto, voveo, & juro.

† Ego Cosmus tit. S. Pancratii Presbyter Cardinalis de Torres promitto, voveo, & juro.

† Ego F. A. Cardinalis S. Honufrii S. R. E. Presbyter Cardinalis promitto, voveo, & juro.

† Ego Laurentius tit. S. M. in Aquiro Presb. S. R. E. Card. Magalottus promitto, voveo, & juro.

† Ego Aloysius tit. S. Pudentianæ Presbyter S. R. E. Cardinalis Caetanus promitto, voveo, & juro.

† Ego Dionysius tt. Sanctiss. Trinitatis in Monte Pincio Cardinalis de Marquemont promitto, voveo, & juro.

† Ego Laudivius Cardinalis S. Sixti promitto, voveo, & juro.

† Ego Jo. Dominicus Spinula Cardinalis S. Clementis promitto, voveo, & juro.

† Ego Jacobus Cavalerius S. R. E. Presb. Cardinalis S. Eusebii promitto, voveo, & juro.

Digitized by Google

† Ego C.S. Mariæ in Via lata Diac. Cardinalis Pius promitto, voveo, & juro.

† Ego M. S. Euſtachii Diac. Cardinalis de Sabaudia promitto, voveo, & juro.

†

† Ego Alexander S. Mariæ in Coſmedin Diac. Cardinalis Urſinus promitto, voveo, & juro.

†

†

†

†

† Ego Franciſcus S. Angeli in foro piſcium Diaconus Cardinalis Boncompagnus promitto, voveo, & juro.

† Ego Hippolitus S. M. Novæ Diaconus Cardinalis Aldobrandinus S. R. E. Camerarius promitto, voveo, & juro.

†

† Ego P. Maria Burgheſius Diac. Cardinalis tit. S. Georgii promitto, voveo, & juro.

† Ego L. SS. Viti, & Modeſti Diaconus Cardinalis Biſcia promitto, voveo, & juro.

†

Jo. B. Bolognettus.

G. Montanus.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto, Indictione Nona, Die verò ſexta Menſis Julii, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.N.D. URBANI Divina providentia Papæ VIII. Anno ejus Tertio, ſupradictæ litteræ lectæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicarum S. Joannis Lateran. Principis Apoſtolorum de Urbe, Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ per me Tarquinium Majonum Curſorem, & per me Brandimartem Latinum Prælibati Sanctiſſ. D.N. PP. ac Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis Curſorem, &c.

Auguſtinus de Bolis Romanus pro D. Mag. DD. Curſorum.

CÆRE-

Digitized by Google

CÆREMONIALE ELECTIONIS CONSECRATIONIS AC CORONATIONIS SUMMI PONTIFICIS

EX

CÆREMONIALI ECCLESIÆ ROMANÆ

edito Venetiis apud Juntas 1582. 4to.

In quo constituit

Libri I. Sectiones III. priores.

CAPUT I.

De loco conclavis primum deligendo.

SAcras Apostolicæ sedis, Romanique Pontificis Cæremonias, ritus & observationes, quibus summi Pontifices uti consueverunt, collecturi, congruum arbitramur, ab ipsa Romani Antistitis electione inchoare: Si prius locum in quo electio ipsa celebranda est, descripserimus. Et quamvis Romani Pontificis electio, ubicunque Pontifex decesserit, ex Gregorii Decimi Clementis

Digitized by Google

tis Quinti decretis & institutis celebrari debeat : tamen quia frequenter Romæ, ubi plerumque agit, & auditores causarum Pontifice absente relinqui consuevere, & in palatio apostolico apud sanctum Petrum haberi solet, utpote in peculiari & propria sede. Locum conclavis (ita enim hodie appellant, ubi patres pro electione includuntur) in ipso Apostolico Palatio designabimus. Is locus continet aulas superiores duas, sive tres, & sacella duo, & ita undique firmis repagulis, muroque clauditur, ut ostia nulla, fenestræ nullæ nisi altissimæ, exitus nullus, introitus tantum unus supersit.

CAPUT II.

De structura Conclavis.

DUm igitur Pontifici defuncto justa peraguntur, Camerarius sanctæ Romanæ ecclesiæ, & qui cameræ præsunt, curam instruendi, ornandique Conclavis diligenter gerant : ad quem ascensum, aditumque unum tantum dimittant, qua ad sanctum Petrum per januam in principio primæ aulæ meridiem versus descenditur. In ipsa prima aula, quæ Regia appellatur, eoque ibi publica consistoria pro Regibus, regiisque legatis suscipiendis celebrari solent, fenestræ portæque omnes muro, calceque firmentur, præter illas quibus à sacella & ad secundam aulam itur. Porta prima in principio aulæ ferreis vectibus & serris quatuor muniatur. In medio porticulum habeat, quo esculenta & potulenta clausis patribus ministrentur. In angulo sinistram intranti camerula aperiatur pro latrinis : quæ nullum exitum, nullamque habeant fenestram, in ea sedulo ardeant lampades, ibique Cæremoniarum ministri dormiant. In sacello, sive capella minori ad dextram, quæ divo Nicolao dicata est conveniant patres ad divina peragenda, & ad electionem celebrandam. In majori capella ad sinistram parentur cellulæ pro patribus tot, quot sunt numero Cardinales electioni interfuturi. In capite hujus capellæ ad sinistram intranti cameræ sunt, in quibus sacrista palatii Apostolici habitat, harum prima pars, quæ latrinis habet,

Digitized by Google

bet, pro conclavi reſervetur, cætera omnia muro claudantur ita, ut tenebroſa fiat pars illa. Et ideo ut de prima camerula diximus, lampadibus accenſis continue illuſtretur. Cellulæ in ipſa capella majori hinc inde conſtituantur, non muro, aut materia diſtinctæ, ſed cortinis lineis, aut laneis tenuioribus ſeparatæ. Eriguntur namque ipſæ cellulæ tignis quaternis, à ſuperiore parte, à quibus cortinæ dependent, firmanturque ipſa tigna aliis lignis transverſis ita, ut locus non maculetur, & inter cellulam & cellulam ſpacium dimittitur palmi vel circa. Famuli Cardinalium, ut primum diſtributio cellularum facta eſt illas ornare properent, quæ per literas Alphabeti ſignantur. Inde non ordine, ſed ſorte patribus diſtribuantur pridie, quam ingrediantur conclave: ut cortinis lectis & opportuna ſuppellectili in tempore poſſint ornari. Locus ipſe conclavis ita undique claudendus ac muniendus eſt, ut aditum nullum niſi unum tantum (ut diximus) habeat, nemoque incluſos alloqui, videre, ſed quippiam ad eos clam mittere queat. Sed advertendum eſt maxime, ne ſupra aut infra, ſive à lateribus habitationum conclavis ire, ſtare habitareve quiſpiam poſſit, ne voce, ſigno, ſono aut aliquo alio ingenio perſcrutari, quæ intus fiunt, valeat. Interea patres crebro veniant vel in ſacriſtia eccleſiæ, ubi exequiæ defuncti Pontificis celebrantur, finita miſſa, vel in domo domini camerarii ſi ea eſt idonea, & ſi is eſt ex numero Cardinalium. (Nam & extra collegium poteſt eſſe Camerarius.) Adminiſtratio enim temporalium & urbis ac Romanæ curiæ gubernatio, vacante ſede ad ſacrum collegium, & præcipue ad ipſum Camerarium ſpectat, & ideo apud nullum alium Cardinalem, ſed apud eum tantum, aut apud aliquam ædem Sacram (ſi magis id libet) convenire ſolent. Inter alia ibi conſtituunt quadruplices cuſtodes futuri conclavis. Primæ portæ palatii cuſtodia alicui magno prælato, vel nobili potenti, ut primum obiit Pontifex, committitur; qui armata cohorte die noctuque palatium, patresque tueatur: cui ducenti, ſive trecenti pedites aſſignantur. Secunda cuſtodia eſt in prima porta, qua ad locum conclavis Conclavis aſcenditur. Et hæc demandatur Conſervatoribus & Capitibus Regionum urbis: qui adjunctis ſibi aliquibus

Digitized by Google

nobilibus civibus, portam ipsam custodiant. Tertia custodia in secunda porta aliquanto superius demandari solet oratoribus laicis, sive non Prælatis regum, aut Principum, aut etiam aliquibus magnis & potentibus proceribus, numero ad id idoneo. Quarta autem custodia, quæ est in ipso aditu unico Conclavis, committi consuevit prælatis dignioribus Romanæ curiæ sex aut octo, sive sint oratores, sive non: & si commode fieri potest, & alii idonei censeantur, curandum, ut ex diversis nationibus eligantur, ut omnium studiis tractetur, quod ad omnes pertinet. Sed hæc omnia quoad custodiarum distinctionem, & custodum numerum, & qualitatem, in arbitrio sunt sacri Senatus, qui pro temporis & loci commoditate & conditione opportune providere consuevit. Custodes primæ portæ palatii cum armatis, ut primum obiit Pontifex, locum servant, alii vero cum patres intrant Conclave. Et hæc quidem porta quatuor, ut diximus, serris munitur, extra una, supra porticulum duabus, infra porticulum ipsum etiam una. Et similiter interiore parte idem porticulum una: custodes ipsius loci claves duas portæ, & clavem porticuli retinent clerici cæremoniarum: aliam portæ clavem, & clavem porticulæ interioris: ita ut neque porta, neque porticulum aperiri possit sine consensu illorum, qui sunt intus, & qui sunt extra. Aulæ sive duæ sint, sive tres, reservantur pro deambulatione patrum. Et in una ex eis remotiori scilicet, aliquando simul convenire ad ea statuenda, quæ sunt præter electionem Pontificis. Quanquam secundum sacrorum canonum constitutionem, fas non sit patribus aliud tractare in Conclavi, nisi de providendo manifesto, & urgenti periculo terris ecclesiæ, & de substituendo pro tempore pœnitentiario summo, & Camerario S.R. Ecclesiæ, si interea vacarent, non est inconveniens, & à majoribus nostris frequentatum est tractare aliqua, quæ etsi ipsum actum electionis præcise non respiciant, tamen laudabile regimen futuri Pontificis concernunt, & ipsius Pontificis religiosam administrationem honestiori quodam vinculo temperant. Cæterum si aliquando contigerit, ut alibi celebrandi esset Pontificis electio, hinc esset sumendum exemplum, & curandum in primis, ut locus ipse idoneus, & tutus & fideli

Digitized by Google

fideli militum manu munitus sit: deinde ut aditus ad Conclave triplici custodia firmari possit: tum aulam quandam ita capacem habeant, ut in ea cellulæ omnes pro Cardinalibus commode constituantur. Inde ut sacellum contineat pro re divina, & electione celebranda idoneum: demum aulas aliquas pro deambulatione, & latrinas ad partem: & ita claudendum est ipsum Conclave, ut nemo inclusos videre, nemo eos alloqui, aut ad eos quippiam latenter transmittere facereve ullo modo queat. In eum locum suppellex opportuna vehenda est pro Cardinalibus, & eorum famulis, esculenta & poculenta nulla, præter aquam, & confectiones, & quæ ad medicinam pertinent. Quæ vero ad cibum & potum attinent, portantur vespere & mane singulis diebus. Descripta summatim loci, in quo electio celebrari debet convenienti forma, ad ipsam electionem deveniendum est: cujus modum, & originem altius aliquantulum repetere non incongruit.

CAPUT III.

Ordo eligendi Pontificis & ratio.

JUs itaque eligendi summi Pontificis à Christo Domino derivatum est. Ipse enim Christum primum denominatione successorem instituit, dicens Petro: Pasce oves meas. Et ea ratione Petrus Clementem etiam nominavit: quod tamen ita creditur, si à senatu Ecclesiæ Romanæ admitteretur. Senatus autem Romanæ Ecclesiæ à Petro divina inspiratione institutus est, cum quo omnia ardua ecclesiæ negotia explicaret. Ad quemve referret, videlicet Collegium XXIV. Senatorum ex Presbiteris & Diaconibus Romæ urbis, instar XXIV. seniorum, quos agnus Dei Christus salvator in Apocalipsi Joannis astantes habere perhibetur. Hos enim Petrus loco assistentium Apostolorum post eorum per orbem divisionem elegerat ac designarat, ac consiliarios Romanæ Ecclesiæ coadjutoresque atque Romani Pontificis electores instituit. Cognoscentes igitur hujusmodi denominationis formam graviter in futurum Ecclesiæ posse

nocere, Senatores non Clementem acceperunt, sed Linum elegerunt, & illum post Petrum Pontificatui Romano præesse voluerunt; quamvis deinde Clemens decedentibus Lino & Cleto ab ipso senatu electus fuerit. Hic autem mos post Petrum longo tempore fuit observatus: ut videlicet senatores Romanæ ecclesiæ summum Pontificem eligerent: Ipsi autem senatores presbiteri scilicet, & Diaconnes urbis, temporibus Sylvestri primi Papæ, sunt appellati S. R. E. Cardinales: principes videlicet in ecclesia: qui postea tempore Innocentii Papæ Quarti, quod ille in Concilio Lugdun. cavit pro insigni aristocratiæ & majestatis in ecclesia pileum rubrum susceperc. Interea vero orientibus (ut assolet in rebus humanis) scandalis & scissuris, inter eosdem senatores, reliquus Clerus Romanus & populus ad præsentiam solummodo exhibendam in electione Pontificis, & ejus corroborationem adjunctus est, inde (ut plerumque fit) inducta violentia, aut aliter quomodocunque alii etiam à Senatoribus ipsis ad ipsum actum & jus electionis active tantum cœperunt intervenire, licet passive priscis illis temporibus solis ipsis senatoribus in Presbiteris & Diaconibus S. R. E. jus electionis in summum Pontificem conveniret, prout patet ex Concilio Stephani Papæ: & habetur in decretis LXXIX. dist. Oportebat cum duobus sequentibus Capitibus. Unde satis liquet, à Petro de Presbiteris & Diaconibus S. R. E. in summos Pontifices eligendis, qui semper fuerunt Senatores ecclesiæ: & hodie & Stephani temporibus Cardinales nominati. Procedente autem tempore ad sedandas majores contentiones, & tumultus, qui ob eam rem sæpe oriebantur, Romani Imperatores manus ita apposuerunt, ut nemo in Pontificem canonice electus diceretur, nisi principis decreto esset confirmatus. Liberata post hæc tempora Italia, ac Romana ecclesia à Longobardorum durissimo jugo erepta, Hadrianus I. ut LXIII. dist. c. Hadrianus sive Leo III. ut alii volunt, Romanum Imperium ex Græcis in Germanos transtulit, Carolumque Magnum Augustum declaravit: eui electionem Rom. Pontificis & jus ordinandæ Rom. Eccl. concessit. Nec multo post Leo VIII. Imperium Othoni Alemannorum regi ex Saxonum prosapia primo confirmavit LXIII. dist. In Synodo. Sed postea pientissimi Imperatores, cum experientia didi-

Digitized by Google

didicissent, aliis forsan non ita piis principibus succedentibus hujusmodi autoritatem Rom. Eccl. & reipublicæ Christianæ pernitiosam fore, præsertim quoniam Romanus Pont. à Christo institutus est, ut Imperatorem & omnes oves pasceret, purgaret atque spiritualiter judicaret, illa se potestate abdicarunt, jusque integrum ad Senatum ecclesiæ & Romanum Clerum & populum rediit. Ludovico præsertim Imperatore statuente atque volente LXIII. dist. Ego Ludovicus, ex quo pro vera Romani Pontificis suprema monarchia satius ostendenda ad id res deducta est, ut Gregorius V. Othone III. consentiente, Imperatores de cætero à nonnullis principibus spiritualibus & secularibus foreeligendos sanxerit: & sic ad summum Pontificem Dei vices gerentem in terris, tanquam ad eum, per quem reges regnant, supremum Christianæ Monarchiæ principem Romani Imperii moderationem pertinere significaverit. Verum cum variis contrariisque vulgi seditionibus atque studiis, & aliquando principum violentia in electione Pontificis creberrimi tumultus, contentiones ritæ, atque etiam cruentissimæ pugnæ committerentur: sæpeque altero per vim dejecto alter cathedram occuparet: res Romanæ Ecclesiæ in maximam perniciem devenerat. Nam parvo annorum intervallo decem diversorum meritorum viri, Petri sedem tenuerunt, Benedictus IX. Sylvester III. Gregorius VI. Clemens II. Damasus item II. Leo IX. Victor etiam II. Stephanus IX. Benedictus X. cujus successor Nicolaus II. Pontifex maximæ prudentiæ & sanctitatis, ut tantis malis obviaret, anno salutis quinquagesimo primo supra millesimum, in Concilio Lateranensi sacram legem de electione Rom. Pontificis per sacrum senatum sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium peragendam esse: quod deinde in concilio Senen. Alexand. III. & in Lug. Greg. Decimus, ac Viennensi Clemens V. confirmaverunt: cujus quidem legis observantia Apostolicam sedem ex maxima calamitate liberavit. Deinde ut schismata tollerentur, Alex. III. in Concilio generali statuit, ut ille demum canonice electus censeretur, in quem duæ collegii partes consensissent, sed vetuit Simmachus cuipiam licere Pontifice adhuc superstite, verbo scripto vel promissionibus, juramento aut aliquo alio modo agere

dedit

Digitized by Google

successore: transgressores dignitate & conditione privans, accusantesque & consciis impunitate, ac præmio afficiens consens. Nicolaus insuper præfatus voluit, Romani Pontificis electionem cum deliberatione prædecessoris fieri debere. Post hæc autem ne diutinæ vacationis incommodis Rom. Ecclesia premeretur, neve patres variis ambientium studiis corrumpi possent, Gregorius præfatus ejus nominis Decimus, in Concilio Lugdun. statuit Romano Pontifice vita functo, Cardinales præsentes decem tantum dies absentes expectare debere, moxque cum illis, qui adessent, locum Conclavis in urbe, in qua Pontifex cum sua curia residebat, simul ingredi cum uno tantum ministro: vel si patens necessitas fuerit, cum duobus. Conclave ipsum nullo pariete aut velamine separandum: in communi habitandum, ita claudendum, ut nullus postquam convenerit, egredi queat: Neminem ad colloquium admittendum, nisi forte re urgente & universo collegio approbatum, & à nemine nuncios, sive literas accipiendas, fenestram sive porticulum unum tantum dimittendum, quo subministrari possint, quæ ad vitam pertinent. Si vero postquam patres intraverint, intra tres dies electionem non perfecerint: per quinque sequentes dies tam in prandio quam in cœna uno tantum ferculo contentos esse oportere, quibus elapsis, si adhuc concordes non fuerint, panis tantum, vinum & aqua illis administrentur; quoad Pontificem ritè eligant. Interim vero nihil de camera Apostolica à patribus percipiendum: nihil aliud omnino agendum, nisi communi consensu aliquid pro patrimonio ecclesiæ necessario sit providendum. Si quis ex patribus ob adversam valetudinem, aut de novo adveniens ingredi voluerit, re adhuc integra, admittendum ea conditione, ut eo utatur, quo alii patres nunc utuntur. Si extra locum suæ curiæ Pontifex decesserit, conveniant Cardinales in civitate illius territorii, ubi decessit in palatio Episcopali, vel alio condecenti loco, & omnia servent, quæ superius sunt dicta. Statuit & alia pleraque Gregorius, quæ ad dominos conclavis & patrum tutelam ac securitatem pertinent: hortatur patres ad electionem rite faciendam pro Dei honore & publica utilitate, & pactiones, jura obligationesque

omnes

Digitized by Google

omnes pro eâ re factas damnat atque irritat. Hoc Gregorii decretum Clemens confirmans declarat, illudque per sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales vacante sede, nullo modo immutari posse: nec fuisse Cardinalibus quicquam potestatis, aut jurisdictionis Pontificalis, tunc exercere, nisi officio Camerarii & majoris Pœnitentiarii si forte per id tempus vacarent, pro tempore providere. Pro territorio autem dioecesim intelligi voluit hac additione; quæ si audientia earum & literarum Apostolicarum in aliquo certo loco Pontifice moriente remanserit, electionem ibi, non autem ubi Papa decesserat, esse celebrandam, nisi prius per Papam statutum fuisset de curia transferenda. Item si electione non completa, patres de Conclavi simul vel successive exierint, compellendos esse à dominis, seu magistratibus locorum, rursus ad Conclave redire & opus perficere. Demum absolvit omnes Cardinales ad effectum electionis ab omnibus censuris & pœnis. Extat & Decretum Clementis VI. circa annum salutis quadragesimum supra mille & trecentos editum: per quod superiora statuta limitantur. Quod quia ultimum est, & in sacrorum canonum codicibus non adhuc descriptum, de verbo ad verbum ducimus inserendum. Clemens &c. ad perpetuam rei memoriam. Licet in constitutione à fe. re. Greg. Papa X. prædecessore nostro, super electione Romani Pontificis edita in Concilio Lugdun. inter cætera caveatur expresse, quod si eundem Pontificem in civitate, quâ cum sua curia residebat, diem claudere contingat extremum, Cardinales in palatio, in quo idem Pontifex habitat, omnes conveniant, & in eo singuli singulis, nisi illi, quibus ex patenti necessitate duo permittuntur, sint contenti servientibus clericis vel laicis, prout elegerint: unum conclave nullo intermedio pariete, vel alio velamine habitent in communi, & quod diebus certis non facta provisione de pastore decursis, panis, vinum & aqua tantummodo eisdem Cardinalibus, donec subsequatur provisio, administretur. Quia tamen, sicut frequenti multorum assertione, & in Cardinalatu constituti percepimus, nonnulli ex Cardinalibus ipsis in observatione constitutionis ipsius gravati nimium exsisterunt: multique ex ipsis duos in dicto Conclavi habuerunt servitores

tores non absque scrupulo conscientiæ, propter ambiguitatem dictorum verborum, videlicet ex patenti necessitate duo permittantur in dicta constitutione, ut præmittitur, contentorum: Nos providere super his cupientes, ex his & aliis certis causis rationabilibus, quæ ad id nostrum animum induxerunt, rigorem constitutionis ipsius, & ad fratrum nostrorum supplicationem in hoc providimus temperandum. Statuentes quod Cardinales, postquam Conclavè hujusmodi, seu clausuram pro dicta electione celebranda intraverint, singuli duos servientes tantum clericos vel laicos, prout duxerint eligendos, ac insuper singulis diebus præter panem, vinum & aquam in prandio & in cœna unum duntaxat ferculum carnium unius speciei tantummodo, aut piscium, seu ovorum cum uno potagio de carnibus vel piscibus, principaliter non confecto, & decentibus salsamentis habere valeant ultra carnes salitas: & herbas crudas, ac caseum, fructus, sive electuaria. Ex quibus tamen nullum specialiter ferculum conficiatur, nisi ad condimentum fieret vel saporem: nullus vero eorum de alterius ferculo vesci possit: liceat etiam eis ex decentia honestatis habere in clausura hujusmodi, cum in lectis quiescendi causa, vel dormiendi esse voluerint, intermedia velamina simplicium tantummodo cortinarum. & fe. me. Clementis Papæ V. prædecessoris nostri, & aliis constitutionibus Apostolicis contrariis: quibus propter hoc in aliis derogari noluimus, non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo &c. Datum Avinioni VIII. Idus Decembris, anno decimo.

CAPUT IV.

Exhortatio, ut revideantur majorum decreta super electione.

HÆc pauca ex decretis sanctorum patrum libavimus, pro ingenii nostri imbecillitate. Sed hortamur reverendissimos D. Cardinales, ut cum electionis negotium imminebit, secundum Hostiensis in sua lectura consilium, diligenter revideant Pontificum, & conciliorum statuta de electione Romani Pontificis edita, & Doctorum

Digitized by Google

rum ſuper ea re inter precationes. Et quoniam res eſt maxime ardua, indigetque magna diſcuſſione, fiet fortaſſis ſuper hac re ſpecialis tractatus. Exequiis igitur defuncti Pontificis per novem dies completis & conclavi opportuno præparato: decima die patres conveniunt in Baſilica ſancti Petri, vel alibi, pro temporis & loci opportunitate: ubi per unum ex eis Miſſa de ſpiritu ſancto celebratur: & in fine per aliquem prælatum, ſeu doctum virum habeatur ſermo, in quo moneantur patres, ut ſepoſitis omnibus privatis affectibus, Deum tantum præ oculis habentes, Sanctæ Romanæ & univerſali eccleſiæ de paſtore idoneo providere curent. Eſtque admodum conveniens, ut decreta ſummorum Pontificum pro electione hujusmodi ſtatuta ab ipſo oratore ſummatim repetantur & reducantur ad memoriam dominorum Cardinalium. Re divina peracta, ſi placet patribus tunc intrare conclave: Clericus, cæremoniarum capiat crucem Papalem & procedat: quem Cardinales ſequantur, Epiſcopi, Presbiteri, Diaconi: crucem præcedunt familiares Cardinalium laici & immediate Cantores cantantes hymnum: *Veni creator ſpiritus.* Et in conclavi apud altare prior Cardinalium dicit orationem: *Deus qui corda fidelium.* Poſt Cardinales ſequuntur Prælati & alii curiales clerici Cardinales erunt cum ſuis cappis obſcuris. Si vero volunt differre introitum ad veſperam, conveniant de hora, & vadant domum ad prandium, ubi hora congrua fuerit antequam diſcedant: ſi prius hoc non fecerint, quæ facere convenit; ſi poſt miſſam ſunt ingreſſuri Conclave, convocent familiam ſuam unusquisque, moneant, hortentur omnes primum ad orandum clementiſſimum dominum, ut patribus inſpiret ea circa electionem futuri Pontificis agere, quæ ſuæ placita ſunt voluntati, & ſaluti ſanctæ Rom. Eccleſiæ atque univerſæ reipublicæ Chriſtianæ profutura. Tum ut domum die noctuque bene cuſtodiant, magiſtro domus obediant: pacificè & quietè inter ſe vivant: & per urbem non multum vagentur, noctu autem domi ſe omnino contineant: deinde hora præſcripta in nomine Domini vadant ad Baſilicam S. Petri, ſi Romæ, & in palatio Apoſtolico ſit conclave. Sin alibi ad eccleſiam Conclavi proximam: & valde honeſtum, imo neceſſarium

Digitized by Google

ceſſarium videtur, ut antequam conclave ingrediantur, patres omnes Deo ſe reconcilient, confiteantur peccata ſua, & qui non ſunt celebraturi communicent, ut ſint capaces gratiæ Spiritus ſancti, in tanta re peragenda admodum neceſſaria. Poſtquam vero omnes convenerint, aſcendant ſimul ad conclave. Et cum ad altare conclavis convenerint, prior Epiſcoporum Card. omnibus aliis aſtantibus, & præſente ac rogato aliquo Notario exigat corporale juramentum, tactis ſacris evangeliis à cuſtodibus conclavis, & à ſecundis ac tertiis cuſtodibus, quod fideles & diligentes erunt ad cuſtodiendum palatium & Conclave Reverendi. D. Cardinalium, neque permittent reverendiſſimos D. Cardinales ullo modo gravari ultra conſtitutiones ſanctorum patrum de electione Romani Pontificis ſtatuentes & maxime Clementis Papæ VI. quas quantum ad eos pertinet, omni ſtudio & integritate ſervabunt, & ab aliis pro viribus facient obſervari. Quarti vero cuſtodes, id eſt, portæ ultimæ introitus Conclavis, præter hæc jurabunt, quod non permittent aliquem appropinquare ad portam conclavis aut loqui, ſive litteras dare aliquo modo illis, qui ſunt intus, niſi de expreſſo conſenſu totius collegii, & ſcripta, quæ ad collegium pertinerent. Item quod perſcrutabuntur cibaria & vaſa, quæ intromittentur omni ſolertia & fide introſpiciendo epulas, fercula, ne forſan laterent aliquæ literæ: vinum, & aqua in vaſis vitreis portari facient & conſtitutiones præfatas integrè obſervabunt. Tum excluſis omnibus aliis prior Epiſcoporum Cardinalium ipſos Cardinales verbis convenientibus hortabitur ut velint cogitare magnitudinem rei, de qua ſunt tractaturi: nihil qua inter eos excellentius eſſe poteſt. Electuri enim ſunt JESU Chriſti Vicarium, Petri Succeſſorem, Paſtorem Dominici gregis, aulæ cœleſtis clavigerum, & omnium Chriſtianorum principem: debere illos memoria repetere formam, atque rationem à ſanctis patribus traditas in electione ſervandas: quas ſine graviſſima Dei offenſa & propriæ ſalutis diſcrimine, prætermittere non poſſunt. Proinde dimiſſis omnibus animi affectibus, ſolum honorem Dei, ſalutem reipublicæ Chriſtianæ & Romanæ eccleſiæ commodum ante oculos habeant, & talem eligere curent, qui eccleſiæ Dei præeſſe

Digitized by Google

& prodeſſe valeat & ſciat. His peractis reverendiſſimi D. Cardinales ad cellulas quisque ſuas divertunt: & Camerarius aliique officiales cameræ Apoſtolicæ omnes extra Conclave abire jubent, præter eos, quos remanere oportet, ut infra dicemus. Tum omnibus prædictis expulſis, porta conclavis cum ſuo porticulo omnibus ferris claudatur intus & extra: aſſignenturque claves duæ clericis cæremoniarum interioribus, & tres prælatis cuſtodibus exterioribus. Deinde accenſis funalibus, aliqui juſſu patrum adhoc deputati, latebras angulosque omnes Conclavis diligenter ſcrutentur, nequis extra ordinem inter clauſos remanere poſſit in Conclavi ordinario. Sic remanent omnes reverendiſſimi D. Cardinales, & unusquisque illorum pro ſuo ſervitio retinet duos ſervientes tantum: Si quis autem adverſa valetudine premeretur, conceditur ſibi tertius miniſter ex conſuetudine, non ex conſtitutione. Præterea ſacriſta ſacri palatii ſolus & duo clerici cæremoniarum. Servitores Dominorum Cardinalium quisque hero ſuo famulatur. Sacriſta divina celebrat in communi coram patribus, & veſtes, ac paramenta futuri Pontificis ſervat, præparatque Clerici cæremoniarum celebranti ſubminiſtrant ſubſellia pro dominis Cardinalibus, ubi, & quomodo illis placet, præparant, & in communi omnibus patribus ſerviunt: conſuevitque aliis ſuperioribus temporibus inſtrumentum de electione Pontificis confici. Cum prandii ſeu cœnæ tempore cibaria afferuntur familiæ Cardinalium cornutas (ita enim coſſinos appellant, quibus illa portantur) usque ad ſecundam cuſtodiam deducunt. Tum Præfectus familiæ illius Cardinalis cum duobus, qui Cornutam portant, usque ad ultimam cuſtodiam accedunt. Prælati cuſtodes Cornutam aperiunt, ferculà & omnia, quæ intus ſunt, diligenter perſcrutantur, nequid literarum inſit. Tum extrinſecus porticulò, intrinſecus aperiri per clericum cæremoniarum, vocarique ſervientes illius Cardinalis, cujus cornuta eſt advecta, jubent: illique Cornutam cum cibis aſſignant, & vinum quod eſt in vitreis phialis allatum. Servitores, qui extra aſtant, ad portam conclavis non accedunt: & qui intus ſunt, à prælatis cuſtodibus Cornutas recipiunt, & qui primum venerint, primum expediuntur. An-

Saperto

Digitized by Google

te portam intus aliquantulum remote suspenditur cortina quædam, ne per porticulum, cum aperitur, videri possint, qui sint intus. Et hoc semper servatur cum cibaria portantur.

Primis tribus diebus ministrantur patribus cibi liberè pro eorum voluntate; illis elapsis, panis, vinum & aqua cum uno ferculo tantum carnium, piscium vel ovorum, unius speciei cum salsamentis, sapore, caseo, herbis crudis & fructibus. Neque secundum constitutionem Clementis, licet alicui ex patribus de ferculo alterius vesci. Dum patres comedunt, aut aliquid aliud in cellulis agunt, cortinæ anteriores & collaterales apertæ semper esse debent, nisi cum in lecto interdiu, sive noctu quiescunt. Cum autem collegialiter à patribus est aliquid agendum, utuntur croceis obscuris & subtus parvo caputio supra rochettum. Est autem crocea genus chlamidis longe ad terram usque à parte anteriori aperta, à summo ad imum circa collare rugosa, in formam capparum prælatorum, si demas cucullum: quando autem sunt in cellis, aut per aulas deambulant, possunt esse in rochettis sive cum parvis mantellis desuper, ut magis placet. Caveant diligenter patres, ne cum horas canonicas soli, vel cum alio legunt, seu quippiam aliud in cella agunt, molestiam aut impedimentum inferant. Et in primis ne conventicula noctu agitent, neve ambiendo per cellulas, sive per aulas immoderate discurrant. Idque multo magis curent servientes, maximè, ne dum patres quiescunt, sursum & deorsum discurrendo strepitum faciant. Noctu locis opportunis ardeant lampades & assiduo in locis tenebrosis apud latrinas. Consueverunt nostris temporibus patres, antequam ad electionem deveniant, statuere quædam communi consensu à futuro Pontifice confirmanda, quæ postea singuli subscribunt, juramentoque astringunt se observaturos, si ad Pontificatum assumantur. Hæc ubi perfecerunt, de electione agere incipiunt.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT V.

Quæ servanda, ne electio possit impugnari.

SEd advertendum est, per Reverendissimos D. Cardinales, ut in electione servent sanctorum patrum canonicas constitutiones. Nicolai secundi, seu Alexandri III. Gregorii X. Clementis V. & VI. & aliorum, si quæ sunt, ne impugnari possit electio. Sciantque tam Episcopos, quam Presbiteros, seu Diaconos Cardinales æqualem in eligendo potestatem habere, neque fieri relationem meriti ad meritum, neque Zeli ad Zelum, sed numeri ad numerum: ita ut ille, qui à duabus partibus Cardinalium cujuscunque ordinis sit, ritè electus sit, pro vero & indubitato Pontifice habeatur: & Cardinales novos, ut primum creati & publicati fuerint, eandem habere potestatem in electione, nisi os fuerit eis clausum à Pontifice & non apertum ante mortem, quia tunc non haberent potestatem, sin autem non fuisset eis os clausum, integra permaneat potestas. Post mortem Innocentii Sexti in electione successoris, in qua fuit electus Urbanus V. extra collegium, tunc Abbas sancti Germani Altisiodorensis de Rocha, Abbas Cluniacensis assumptus in Cardinalem per Innocentium primo venit ad Curiam in die obitus dicti Innocentii: & quamvis installatus non esset in Consistorio, nec haberet titulum, fuit admissus per alios Cardinales ad Conclave electionis, ut alii Cardinales antiqui, & ita duo ex Cardinalibus antiquis ex commissione collegii, causa cognita judicarunt esse faciendum, quia sola assumptio ad Cardinalatum habet jus eligendi & alia Cardinalibus convenientia & propterea Papa in tempore clausit os novis, quod prius erat apertum. Et quamvis Romanus Pontifex canonice institutus, nullo humano judicio judicari possit, ni fiat hæreticus: si tamen contra formam istarum constitutionum Papatum sibi usurpavit, tam ipse, quam ei adhærentes sunt excommunicati: & similiter electus per seditionem, impressionem, vel quodlibet aliud ingenium videlicet per calliditatem & fraudem.

Digitized by Google

Consuetudo fuit apud superiores, ut duæ Missæ singulis diebus in Conclavi dicerentur, una de die currenti, altera propria, quæ sede vacante dicitur, & scripta est in fine hujus voluminis una per Sacristam, altera per aliquem ex Capellanis Cardinalium, nisi ipsi Cardinales personaliter velint celebrare. Cum igitur de electione agere volunt audita Missa, Domini Cardinales soli in capella illa remanent, sedentque super scabella, sive scamna illis parata: super altare restat calix vacuus & patena: ante altare mensa parva rubeo panno cooperta ponitur, & super eam pugillares & papirus. Inter concavum, & altare juxta mensam ponuntur scabella tria. In quorum remedio Episcoporum, à dextris Presbyterorum & à sinistris Diaconorum Cardinalium priores sedent. Sacrista vero familiares Cardinalium; & omnes alii, qui in conclavi reperiuntur, in capella majori ubi cellulæ sunt, clauduntur, soli clerici cæremoniarum solent extra portam capellæ parvæ, ubi patres clausi de electione tractant, expectare; præsto venturi, si à patribus pro aliqua re vocarentur. Cum omnes ordine suo considerint, prior Episcoporum in loco prædicto sedens, commodis verbis hortatur patres ad providendum sanctæ Rom. Ecclesiæ de viro idoneo & sufficienti & qui tantum onus utiliter ferre queat. Deinde proponit eis per æquam viam ad electionem procedere placeat, per viam compromissi, sive per viam scrutinii. Quod si forte aliquis patrum diceret in hanc sententiam: Reverendissimi Domini perspecta singulari virtute, probitate &c. Reverendiss. D. N. ego judicarem sine alio processu, ipsum eligendum ad summum Pontificatum, & ex nunc ego eligo ipsum in summum Pontificem S. R. Eccl. si alii vel saltem duæ partes istius sententiam sequerentur & viva voce simili modo illum talem eligerent, ille esset canonice electus & verus Papa. Et vocatur per viam Spiritus sancti talis electio sine schedulis aut compromisso. Sæpeque apud majores nostros fuit celebrata hæc via. Si Dominis Cardinalibus placuerit procedere per viam compromissi, oportet quod omnes concordent ad compromittendum, aliter non tenet: nisi forte duæ partes tamdiu in sententia permanerent, quoad compromissarii electum nominarent, illumque com-

pro-

Digitized by Google

promittentes comprobarent, tuncque ut electus à duabus partibus esset canonice electus. Forma autem talis compromissi est ejusmodi :

IN NOMINE Domini amen. Anno ejusdem &c. die &c. Nos Episcopi, Presbyteri & Diaconi sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinales omnes, & singuli in consistorio existentes, videlicet T. Ostiens. D. Portuens. (& sigillatim omnes alii nominentur Cardinales) de electione tractantes Summi Pontificis : elegimus & eligimus per viam procedere compromissi, & unanimiter & concorditer nemine discrepante, legimus compromissarios Reverendissimos patres Dominos T. Episcopum &c. A. tit. sancti N. Presbyterum, & L. sancti Hadriani Diaconum Cardinales, quibus damus plenariam potestatem providendi sanctæ Romanæ Ecclesiæ de pastore, sub hac forma, videlicet, quod duo ex ipsis possint eligere tertium, de seipsis, & omnes tres concorditer de collegio, vel de extra possint Romanæ, & universali Ecclesiæ providere. Et volumus, quod dicta potestas duret usque ad consumptionem candelæ inibi ex consensu singulorum accensæ, & promittimus nos illum pro Romano Pontifice habituros quem dicti compromissarii in forma prædicta duxerint eligendum &c. Compromissarii verò ad partem in aliquo loco separato se retrahant : & primum inter se protestentur, quod per quamcunque prolationem verborum non intelligunt dare consensum suum, nisi in scriptis illum expresse ponant : Ut inter se possint uti verbis humanis, & reverentialibus sine præjudicio. Alius modus est, & magis tritus procedendi per viam scrutinii, qui si magis placet primo deliberandum est, an post Scrutinium eadem die sit attentanda via per accessum. Deinde omnibus in locis suis in capella consedentibus, prior Episcoporum cum schedula sua in manu, accedit ad altare & genuflexus aliquantulum orat ; tum surgit, & schedulam prædictam, quam primo osculantur, in calice reponit. Priore Diaconorum à sinistra parte altaris ubi Epistola legitur, stante & patenam manu sua elevante : has schedulas, quæ vota eorum continent, scribere solent Reverendissimi Domini ad partem, quomodo eis placet in hanc formam: Ego A Episcopus Ostiensis, Cardin. &c. eligo

eligo in Summum Pontificem Reverendiſſimum Dominum meum D. S. tit. ſancti Marci Presbyterum Cardinalem, & eodem modo quisque nominare poteſt duos, aut plures aut de collegio in eadem ſchedula, & aliquem extra collegium à tergo ipſius ſchedulæ. Schedulam ipſam bene plicatam ſigillo ſuo annulari ſignat; &, ut diximus, facta prius oratione illam deoſculatam quisque in calicem ponit. Ut autem prior Epiſcoporum ſchedulam in calice poſuit, accedit ad dextrum cornu altaris, & ibi cum priore Diaconorum patenam elevat, dum patres votorum ſchedulas calici imponunt. Qui ordine ſuo omnes ſigillatim Epiſcopi Presbyteri, & Diaconi eodem modo, ut de priore Epiſcoporum diximus, ſchedulas in calicem mittunt. Schedulis in calice depoſitis ſedent patres, & quisque ante ſe ſcabellum habet cum papiro & pugillaribus: in papiro ſcripta ſunt per ordinem patrum omnium præſentium nomina cum aliqua diſtantia, ita ut unum tantum nomen in quolibet verſu contineatur, in hunc formæ modum: Reverendiſſimus Dominus Nicenus habet.— Reverendiſſimus Dominus Rothomagenſis habet; & ſic de ſingulis. Et ſcribuntur nomina, quibus communiter appellantur, propter brevitatem, & non nomina titulorum. Tum prior Epiſcoporum calicem de altari ſimul cum Diaconorum priore ſumens, illud ſuper menſam prædictam imponit. Deinde ipſe & Diaconus ſedent à dexteris priore Presbyterorum ſedente, ut prædiximus. Prior deinde Epiſcoporum ſedens calicem manu dextra capiens, ac ſiniſtra patenam firmam retinens, calicem ipſum ſuper patenam immittit. Ita tamen ut nihil effundat, & iterum calicem erigens ſuper menſam, ut prius erat, illum conſtituit, tum ſiniſtra aliquantulum patenam elevans dextra ſchedulam unam, quæ forte ad manus venit, palam digitis duobus extrahit: illamque primo priori Presbyterorum oſtendens, legendam porrigit Diaconorum priori: qui eam mox aperit, & voce qua ab omnibus exaudiri poſſit, diſtincte legit: Ego N. Cardinalis Papien. eligo in ſummum Pontificem Reverendiſſimum Dominum meum D. B. tit. ſanctæ Sabinæ Presbyterum Cardinalem &c. ut ibi ſcriptum invenit. Cardinales omnes tam ipſi tres priores quam alii ſuper nomina in ſchedula

Digitized by Google

dula nominatorum, eligentium nomina scribunt in papiris suis, vel signum aliquod faciunt. Omnibus schedulis perlectis, & votis eligentium descriptis: tres priores vota computant & alta voce habentes plures voces Diaconus nominat, dicendo: Reverendissimus D. A. habet voces decem, & Reverendissimus V. habet voces octo, & Reverendissimus D. habet voces septem. Deinde si non potest attemperari viam per accessum & voces non sufficiunt, re infecta patres discedunt: neque per totum diem aliud agi potest circa actum electionis, quia non fit bis in die scrutinium. Sequenti die iterum summo mane in capella conveniunt, & re divina peracta, scrutinium, ut die praecrita, faciunt: schedulas in calicem mittunt, quae à prioribus extrahuntur, leguntur & computantur ut supra. Deinde si duae partes in schedulis non conveniunt, procedunt ad electionem per viam accessus. Nam hoc pacto celerius ad finem electionis pervenitur ad illos accedendo, quos in schedula non nominaverint: & potest fieri accessus ad unum, vel plures, sicut & nominatio in schedulis, sed ex honestate & decore juniores debent aliquantulum expectare, quod antiquiores accessum incipiant. Illis vero diutius super sedentibus, quilibet potest incipere, surgit, qui vult incipere, & dicit: Ego accedo ad Reverendissimum Dominum meum talem, & statim omnes signant super nomen electi nomen accedentis & simili modo, & alii, qui volunt, accedant, & signantur: Si non concurrunt duae partes, nihil factum est: & sequenti die ad scrutinium revertuntur. Si autem voces sufficiunt, qui ultimo ex necessariis vocibus accedit, solet dicere: Ego accedo ad Reverendissimum Dominum meum talem, & facio eum Papam. Et notandum, quod si accessus fieret ad plures imperceptibiliter & inconfuse ita, ut duo haberent duas partes, nemini jus acquiritur & pro infecto habetur. Legimus superioribus temporibus, cum duae partes in electione concordabant, priorem Diaconorum consuevisse inducre electum mantum Papale, dicendo: Ego investio te de Papatu, ut praesis urbi & orbi. Sed hodie non servatur. Convenientibus duabus partibus in unumquempiam, ille verus & indubitatus est Pontifex: tamen consueverunt & accedere & rursus prior Episcoporum

U

ſcoporum omnibus ſedentibus nomine totius collegii, illum talem eligit in Romanum Pontificem & ejus aſſenſum requirit. Quo habito, omnes ſurgunt primo ad congratulandum: deinde cum exuunt crocea & caputio parvo, & ſic cum ſuo rochetto faciunt illum ſedere ſuper ornata ſede, quam locant ante menſam, ubi priores ſedebant. Imponunt illi annulum piſcatoris; & exquirunt quo nomine velit nuncupari; & tunc ſolet ſubſcribere conſtitutiones ante electionem firmatas & juratas & ſignare aliquas ſupplicationes.

Interim vero prior Diaconorum aperta ſacratiis feneſtrella, qua populus expectans videri poteſt, crucem profert, alta voce clamans: Annuntio vobis gaudium magnum: Papam habemus, Reverendiſſimus Dominus Cardinalis S. Sixti electus eſt in ſummum Pontificem, & elegit ſibi nomen, Grogorius XIII.

CAPUT VI.

De indumentis electi, & prima veneratione à Cardinalibus.

HIs peractis ducitur electus in ſacrarium: & à Diaconis Cardinalibus exuitur veſtimentis communibus, quæ ex antiqua conſuetudine cedunt clericis cæremoniarum, induiturque Papali habitu, toga ſcilicet lanea albi coloris, caligis rubeis: ſandaliis rubeis aurea cruce ornatis: cingulo rubeo cum aureis fibulis: birreto etiam rubeo, & demum mundo nitidoque cochetto: Deinde imponunt ei amictum, albam longam, cingulum, & ſtolam ornatam cum perlis pendentem à collo, ſi eſt Presbyter aut Epiſcopus. Si autem eſſet Diaconus, ſtola ſit ſuper humerum ſiniſtrum in formam Diaconi: ſi ſit Subdiaconus, vel infra, non panatur ei ſtola: Et ita indutum educunt, ac ſuper prædictam ſedem rurſus ſedere jubent, ibique ſupplicationes complures ſignat. Demum Domini Cardinales depoſitis croceis & parvis caputiis cappas ſuas reaſſumunt. Imponunt novo Pontifici pluviale rubeum precioſum, & mitram auro & gemmis ornatam, illumque ſedere faciunt ſuper altare: cui Cardinales omnes reverentiam exhibent per ordinem, pedes, manus & os de

Digitized by Google

deosculantes. Dum hæc aguntur, portæ conclavis omnes aperiuntur: repagula, murique ostiorum & fenestrarum dejiciuntur: pulsantur campanæ & signa lætitiæ omnis generis eduntur, Pontifex novus præcedente cruce & Cardinalibus ad Ecclesiam S. Petri descendit: & prostratus ante altare sine mitra, aliquandiu orat; agitque gratias Deo & beatis Apostolis. Tum surgens à Cardinalibus super altare ad sedendum constituitur cum mitra, & prior Episcoporum genuflexus incipit, Te Deum laudamus: quem hymnum Cantores prosequuntur. Interim Cardinales pedes electi manus & os deosculantur, servato ordine: quod & alii, qui adsunt, prælati & nobiles faciunt. Finito hymno idem prior Episcoporum stans à cornu sinistro altaris, ubi Epistola legitur, dicit super electum: Pater noster. Deinde & ne nos &c. Sed lib. &c. Salvum fac Domine servum tuum electum nostrum. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus &c. ℣. Dominus vobisc. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus, omnipotens sempiterne Deus miserere famulo tuo N. electo in summum Pontificem, & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ: ut te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat, per Christum Dominum nostrum. Amen. His servatis descendit electus de altari, & versus ad populum solenniter benedicit, dicens: Sit nomen Domini benedictum. Tum eodem ordine revertitur ad Cameram Papalem: & ibi quiescit & Domini Cardinales revertuntur ad propria.

Quod si electus esset aliquis extra collegium, & tamen in urbe vel loco vicino, antequam patres exeant è Conclavi, vocetur nomine collegii ab aliquibus prælatis & introductus in conclavi, à priore Episcoporum intimetur ei electio, & requiratur ejus consensus: Quo habito, omnia fiant, quæ de electo præsente superius dicta sunt. Si autem non consentiret, iterum ad novum electionem faciendam procedant. Si autem canonicè electus esset absens, ita quod per aliquos dies ejus præsentia haberi non posset: patres publicata ejus electione, & destinata ad electum idonea legatione, è Con-

Digitized by Google

clavi exeant: Legati cum mandatis, & autenticis documentis nominatio electionem insinuent & consensum exquirant: acceptantem summum Pontificem salutent, & habitu Pontificali exornent, referantque patribus, deinde reliqua peraguntur, ut novo electo & collegio videbitur. Si autem acceptare noluerit, iterum Domini Cardinales in conclave revertantur ad novam electionem peragendam. Ante coronationem suam electus Romanus Pontifex Consistoria tenere non consuevit, neque provisiones aliquas ecclesiarum facere. Si tamen aliquo impedimento coronationem diutius differre oporteret & urgeret necessitas, Ecclesiis recte posset providere, & omnia, quæ essent pro utilitate Reipublicæ, peragere, & hoc tempore Bulla plumbea literarum suarum ab una tantum parte imprimetur, ubi sunt capita Apostolorum: ab alia autem, ubi literæ sui nominis imprimi solent, nihil erit. In principio, si prius erat Episcopus consecratus, scriberetur, Innocentius Episcopus servus &c. ut alias. Si autem non esset consecratus Episcopus, scriberetur, Innocentius electus servus servorum Dei. In fine autem literarum ante Datam, adduntur hæc verba, Nec mireris quod bulla exprimens nomen nostrum, non est appensa præsentibus. Nam hi qui fuerunt hactenus electi in Romanos Pontifices, ante suæ consecrationis & benedictionis solennia in suis bullandis literis modum hujusmodi observare consueverunt. In data autem dicitur loco Pontificatus nostri, susceptι à nobis Apostolatus officii anno I.

CAPUT VII.

De Ordinatione & Consecratione Summi Pontificis, ad Subdiaconatum, Diaconatum & in Presbyterum.

Ex Pontificali Romano, GREGORII XIII.

Jussu Venetiis apud Juntas edito MDLXXXII. fol.

COnsecratio Romani Pontificis: Secundum antiquas patrum constitutiones, spectare solebat ad Episcopum Ostiensem: qui etiam in

Digitized by Google

in ea consecratione pallio utebatur. Assistebant ei Portuensis & Albanensis Episcopi; sed (ut arbitror) ad tollendas contentiones: jampridem introductum est: ut prior Episcoporum Cardinalium: cum duobus ex senioribus Episcopis: id munus subire debeant. Sicque nostris temporibus servari vidimus, ut non habeatur ratio Ecclesiarum: sed prioritatis episcopalis.

Statuta igitur die ordinationis per electum; ante diem coronationis: in loco ubi ordinatio fieri debet, paretur ante altare, Credentia pro Consecratore: & Credentia pro Pontifice electo: cum rebus oportunis ad ordinationem.

Conveniat in loco, ubi ordinatio fieri debet, Electus Pontifex, cum duobus Diaconis & aliquibus Presbyteris, Cardinalibus, Subdiacono & Acolitis Apostolicis. Et omnes, convenientibus sibi ac tempori paramentis ornentur, deinde Episcopus consecrator cum ejus ministris paretur.

De ordinatione Summi Pontificis, ad primam tonsuram, & quatuor minores.

Si forte Electus in Papam esset merus laicus (nam & laicus eligi potest: dummodo sit Christianus & Catholicus) accipit primam tonsuram, & minores ordines, ut alii inferiores, nisi quod erit indutus cum rocheto & pluviali: quod post collum remittit: ut totum retro dependeat & mitra. Et in sua sede recipiat instrumenta ordinum & habitum; & non dantur monitiones sive exhortationes, sed à substantialibus incipitur.

De ordinatione Romani Pontificis ad Subdiaconatum & Diaconatum.

Si vero electus in Romanum Pontificem non esset in sacris ordinibus constitutus: ut de Petro Moroneo Anachoreta, & de quibusdam aliis, patrum memoria accidit: Statuta die ordinationis, ut supra per priorem episcoporum Cardinalium, vel alium (si magis placet) ordinetur. Et ad omnes ordines, etiam ad Presbyteratum,

Digitized by Google

poterit in eadem die simul, vel interpolatis diebus promoveri, ut placuerit. In promotione autem servabuntur.

Omnibus, ut supra paratis: Electus ordinandus ad Subdiaconatum in sede in loco convenienti constituta: primo lavet manus, tum supra rochetum paretur amictu (ita tamen, ut possit imponi supra caput cum tempus erit) Alba & Cingulo: deinde pluvialis, quod post collum remittit: ut totum retro dependeat, tum mitram accipiat tempori opportunam. Cum omnia parata erunt, electus accedens ad altare, procumbet ad orationem sine mitra, & surgens, faciet confessionem cum ordinatore: deinde revertetur ad sedem suam, & leget introitum &c. ut alias, & ordinator procedet in missa more consueto, usque ad collectam ante epistolam exclusive. Tunc electus super faldistorium procumbet sine mitra: ordinator autem in scabello ad ejus sinistram cum mitra, & dicetur Litania per Subdiaconum, ut supra. Et cum perventum fuerit ad locum consuetum, surget ordinator, & benedicet electum tertio, dicens: Ut hunc electum &c. ut in ordinario supra. Deinde iterum procumbet & finietur Litania. Tum electus supra mitra, revertitur ad sedem suam, & ordinator accedit ad eum, & sedenti cum mitra, ipse stans cum mitra: dat electo calicem vacuum cum patena, & mox urceolos cum vino & aqua, boccale, manile & manutergium. Quæ omnia electus tangit ambabus manibus, ordinatore dicente: Vide cujusmodi &c. supra. Deinde successive etiam cum mitra; ordinator dicit: Oremus Deum patrem & Dominum nostrum &c. Tum deposita mitra, dicit: Oremus. Et ministri: Flectamus genua, Levate. Et interim electus surgit sine mitra, & ordinator prosequitur. Domine Sancte, Pater omnipotens æterne &c. supra. Qua finita oratione: electus sedet sine mitra: & ordinator accepta mitra imponit amictum super caput electi, dicens: Accipe amictum &c. qui mox depositio de capite amictu: reassumit mitram, & ordinator imponit illi manipulum in brachio sinistro, dicens: Accipe manipulum &c. Tum surgit electus, & extrahitur sibi mitra & Pluviale; & ordinator induit eum Tunicella, dicens: Induat te Dominus vestimento salutis &c. sed &, deinde electus cum mitra, & ordi-

Digitized by Google

ordinator tradit illi librum Epistolarum, dicens: Accipe librum Epistolarum &c. Hæc omnia habentur supra. Finita ordinatione Subdiaconatus; si electus non vult ulterius procedere, reassumit pluviale, & finitur missa more consueto.

Si vero placuerit ad Diaconatum procedere ordinator, apud altare in suo faldistorio prosequitur collectam diti cum oratione pro ordinando sub eodem, per Dominum, ut supra & dicetur epistola suo ordine. Qua finita, si electus ante electionem erat Subdiaconus, paretur in principio, sicut diximus, addito manipulo, & finita epistola procumbat in faldistorio, & dicetur Litania, supra ut diximus.

Si autem tunc ordinatus est: Finita epistola surgat, & deponat tunicellam: & iterum sedeat cum mitra & pluviali à collo: ordinator autem ad eum accedens, & stans cum mitra, dimissis aliis rebus, dicit: Oremus dilectissimi Deum patrem omnipotentem &c. Et cum pervenerit ad Per omnia sæcula, in præfatione deponit mitram, & prosequitur præfationem usque ad eum locum, ubi dicitur: Et quæ sunt agenda concedere. Tunc electo sine mitra sedenti, imponet ipse solus dextram manum super caput, dicens: Accipe Spiritum Sanctum ad robur &c. supra. Deinde prosequitur præfationem usque ad finem. Tunc depositio pluviali: & mitra ab assistentibus electo stanti: ordinator cum mitra ponit illi stolam super humerum sinistrum, dicens: Accipe stolam candidam &c. Deinde induit eum dalmatica, dicens, induat te Dominus &c. Et mox tradit illi sedenti evangeliorum librum dicens: Accipe potestatem &c. Quo facto, electo sine mitra surgente, ordinator depositâ mitra versus ad altare, dicit: Oremus; & Ministri: Flectamus genua &c. Et ipse prosequitur versus ad electum: Exaudi Domine &c. Domine Sancte Pater &c. His completis, si noluerit ad ulteriora procedere, missa suo ordine finitur.

Si autem ad Presbyteratum tunc promovendus, ordinator revertetur ad suum faldistorium, & leget Gradule & Hallelujah, sive tractum: & postea procedet ad ordinem sacerdotalem, ut sequitur.

Quod

Digitized by Google

Quod si electus erat prius Diaconus, parabuntur omnia, ut supra, & ipsi addetur stola super levam in forma Diaconi.

De Ordinatione Summi Pontificis in Presbyterum.

Electus Pontifex, in ordine Diaconatus existens: cum ad Presbyteratum voluerit ordinari; parebitur ut supra diximus; & in missa procedetur usque ad Halleluja sive Tractus, exclusive, ut prædictum est: & tunc Pontifex electus paratus amictu, alba, cingulo, manipulo, stola, in modum Diaconi: & pluviali à collo retro pendente, procumbit super faldistorium ad Litaniam, si non est dicta: ut supra fol. 12. & illa, ut præmissum est in Subdiaconatu, finita, revertitur ad sedem suam. Ordinator vero cum mitra ad electum sedentem accedens: manus ambas super caput electi detectum imponit, nihil dicens. Et idem faciunt omnes Episcopi, sive Presbyteri Cardinales præsentes: accedentes tamen cum reverentia & derectis capitibus. Deinde ordinator stans cum mitra extenta manu super electum stantem, dicit: Oremus dilectissimi Deum patrem omnipotentem &c. ut in ordinario. Deinde deposita mitra, dicit: Oremus & Ministri. Flectamus genua Lev. & rursum: Exaudi nos, quis Domine. Et in fine expansis manibus, dicit præfatione. Per omnia sæcula sæculorum. Et usque in finem. Deinde deponitur pluviale electi, & ordinator accedens cum mitra reflectit orarium electo ante pectus in modum crucis dicens: Accipe jugum domini &c. Et mox imponit illi casulam ad scapulas à parte anteriori pendentem, dicens: Accipe vestem sacerdotalem &c. Posthæc deposita mitra ordinator super electum dicit: Deus sanctificationum omnium autor, & finita oratione genuflexus ad altare incipit hymnum: Veni Creator Spiritus. Et similiter electus genuflexus, & dicto primo versu, surgit & alii prosequuntur. Ipse vero ordinator accedit cum mitra ad electum sedentem etiam cum mitra, & injungit ei ambas manus de oleo sancto catechumenorum producens cum pollice suo intincto duas lineas à pollice dextræ manus electi, ad indicem sinistrum, à pollice sinistro ad indicem dextrum,

& mox

Digitized by Google

& mox palmas & reliqua insus perungit, dicens: Consecrare & sanctificare &c. sup. fol. 41. Manus electi ita perunctæ, una super alteram imponuntur. Tunc ordinator detersо aliquantulum digito cum mica panis: tradit in manus electi calicem cum vino & aqua & patenam cum hostia; quæ omnia electus tangit ordinatore dicente: Accipe potestatem offerre &c. sup. Quibus peractis, electus in sua sede, & ordinator in suo faldistorio, lavabunt manus cum mica panis & aqua: Deinde legatur Evangelium more solito, & liber offeretur osculandus, electo. Tum ordinator dicit: Dominus vobiscum; & offertorium, & mox accedet ad electum sedentem cum mitra accipiat de ejus manibus offertorium: intorticia accensa, panem & vinum, ut est moris, & per singula osculatur manum electi offerentis.

Post hæc revertitur ordinator ad faldistorium, & iterum tam ipse quam electus lavant manus, & statim intrant ad altare.

Electus accedit ad cornu altaris, ubi dicitur epistola & Presbytero cardinale ministrante & serviente de libro, stans sine mitra, voce submissa, omnia dicit cum ordinatore, & cum ipso concelebrat signando, & etiam verba consecrationis cum ipso proferendo, non tamen movet se loco suo usque ad communionem, & proceditur in missa in omnibus, ut consuetum est; & post secretam de die, dicitur secreta pro ordinato, ut supra, sub eodem *Per Dominum*. Postquam ordinatus sumserit sacram Eucharistiam & partem sanguinis Christi cum particula corporis, quæ erat intus, communicet electo stanti in ipso cornu de corpore & sanguine Christi, & postea ambo purificentur cum vino, ut eis placuerit.

His peractis, electus revertitur ad sedem suam cum mitra, & ordinator cum mitra lavat manus. Deinde accedens ad Electum stantem sine mitra, dicit super electum stantem sine mitra: Jam non dicam vos servos &c. sup. Quo finito ordinator imponit ambas manus super ejus caput, dicens: Accipe Spiritum Sanctum quorum remiseris &c. & mox explicat casulam, quæ in scapulis erat electi, dicens: Stola justitiæ induat te Dominus. Quibus finitis, imponitur mitra electo. Et tunc ordinator

dinator, quam alii Cardinales & Prælati assistentes, recipiuntur ad osculum pedis, manus & oris electi. Post hæc ordinator redibit ad altare, & perficiet missam cum oratione pro ordinato, ut supra. Et dicto: Ite missa est, vel: Benedicamus Domino. Electus crucem ante se habens, stans sine mitra in medio altaris, benedicet omnibus dicendo: Sit Nomen Domini benedictum &c. sup. Et mox ordinator accedens versus electum, tertio genuflexus, cum distantia convenienti, ter dicet: Ad multos annos, sup. fol. 37. Et solus recipietur ad osculum oris: Et sic expleta ordinatione, exuet se vestibus sacris cum orationibus consuetis.

Et hic modus de benedictione & ad multos annos, servatur, etiam si ordines acciperet in pluribus diebus singulatim, si electus nullum haberet ordinem. Hæc ordinatio condecenter fieri poterit die Sabbathi præcedente diem dominicum consecrationis episcopalis.

CAPUT VIII.

De Consecratione Romani Pontificis in Episcopum.

EPiscopalis consecratio electi in Romanum Pontificem, si prius non erat Episcopus fieri debet secundum majorum nostrorum constitutiones eadem die, qua benedicitur & coronatur. Sed quæ nostris temporibus brevitatis studio alia die facta est: Primo ponemus ordinem ipsius consecrationis Episcopalis sine benedictione & coronatione, deinde consecrationem cum benedictione & coronatione.

Quomodo Papa consecretur in Episcopum.

Si igitur electo placet consecrari ante solennia coronationis, & privatim hoc poterit fieri quando ei placebit, sed convenientius die dominico, vel festivo, & fiet hoc modo:

Die statuto & in loco ipsi electo commodo, tam consecrator, quam electus parabuntur omnibus paramentis pontificalibus cum Psalmo: *Quam dilecta*; & aliis orationibus consuetis. Electus chirote-

Digitized by Google

rothecas & anulum tantum non accipiet; alia autem omnia. Assistunt ad minus duo vel tres Diaconi, & unus Presbyter Cardinalis, & cum ipso consecratore, si est Episcopus Cardinalis, ut decet, duo alii Episcopi Cardinales, aliqui Subdiaconi & Acoliti Apostolici & Prælati domestici; omnes cum paramentis sibi convenientibus. De Prælatis tamen paratis præter Cardinales, non est necessarium sed fiet ex sententia Pontificis. Parentur duæ credentiæ, una pro electo & altera pro consecrante, & unum altare tantum. Pro electo paretur sedes ornata in loco competenti; & faldistorium ante altare; pro consecrante faldistorium consuetum, in cornu epistolæ, pro aliis scabella consueta. In credentiis parentur opportuna ad consecrationem & ad celebrationem missæ; candelabraque cum luminaribus opportunis in altari & credentia. Paratis omnibus rebus, electus accedat ad altare, & deposita mitra, procumbat super faldistorium. Orabit & surget, & remoto faldistorio; faciet confessionem cum consecratore, à sinistra sibi assistente, nam examinatio. *Antiqua Sanctorum pa.* & alia præcedentia, omittuntur. Finita confessione, electus cum mitra revertetur ad sedem suam. Consecrator accedet ad altare osculabitur, incensabit (si placuerit) more solito, & reversus ad suum faldistorium, leget Introitum, & Kyrie eleison, & alia usque Hallelujah sive ultimum ℣. Tractus exclusive: & cum oratione dicit: dicitur oratio pro electo, ut supra. Idem faciet electus in sua sede cum suis assistentibus, versus ad altare.

His dictis: electus procumbet cum mitra in faldistorio ante altare; Consecrator ab ejus sinistris super alsquo scabello: alii autem in suis scabellis, & per unum ex Subdiaconis dicitur Litania. Cum ventum erit ad locum, ubi dicitur: Ut hunc electum. surgit consecrator non tamen cum baculo, & versus ad electum ter dicit signans: Ut hunc electum &c. Et alii omnes Episcopi Cardinales cum suis libris, procumbentes: tamen erecta aliquantulum facie, idem faciat.

Finita Litania surgunt omnes, & electus revertitur ad sedem suam, & sedet, cum mitra consecrator venit ante eum, & aliis prætermissis, stans cum mitra, simul cum adjuvantibus Episcopis Cardinali-

dinalibus imponit librum evangeliorum supra cervicem electi, sive mitra sedentis; nam tunc mitra ei abstrahitur, quam duo Diaconi retinent usque in finem & consecrator atque assistentes Episcopi ponunt ambas manus super caput electi, dicens: Accipe Spiritum sanctum. Quod tamen consecrator alte dicit alii submisse, ut alia omnia. Si aderunt alii Episcopi parati, poterunt & ipsi manus imponere & omnia legere, ut Cardinales assistentes. Deinde surgit electus, & Diaconi assistentes retinent librum super illius spatulis. Consecrator autem sine mitra dicit super eum orationem.

Propitiare domine supplicationibus nostris, & inclinato super hunc famulum tuum N. cornu gratiæ sacerdotalis: benedictionis tuæ in eum infunde virtutem. Per Dominum nostrum &c. Deinde voce mediocri, extensis manibus ante pectus, dicat hanc præfationem:

Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Dominus vobiscum ℟. & cum Spiritu tuo. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino Deo nostro. ℟. Dignum & justum est. Vere dignum & justum est: æquum & salutare, nos tibi semper & ubique gratias agere. Domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus: Honor omnium dignitatum: quæ gloriæ tuæ sacris famulantur ordinibus. Deus qui per Moysen famulum tuum, secreti familiaris affectu inter cætera cœlestis documenta culturæ: de habitu quoque indumenti sacerdotalis instituens, electum Aaron mystico amictu vestiri inter sacra jussisti: ut intelligentiæ sensum, de exemplis priorum caperet secutura posteritas nè eruditio doctrinæ tuæ, ulli deesset ætati. Cum & apud veteres reverentiam, ipsa significationum species obtineret, & apud nos certiora essent experimenta rerum: quam enigmata figurarum: Illius namque sacerdotii anterioris habitus, nostræ mentis ornatus est: & pontificalem gratiam, jam non nobis honor commendat vestium, sed splendor animarum. Quia & illa, quæ tunc carnalibus blandiebantur obtutibus, ea potius, quæ in ipsis erant intelligenda poscebant. Et ideirco, huic famulo tuo N. quæ Apostolicæ sedis præsulem & primatem omnium, qui in orbe terrarum sunt sacer-

Digitized by Google

ſacerdotum, & univerſalis eccleſiæ doctorem dediſti: atque ad ſummum ſacerdotii miniſterium elegiſti: hanc quæſumus domine gratiam largiaris, ut quidquid illa velamina in fulgore auri, in nitore gemmarum & in multimodi operis varietate ſignabant: hoc in ejus moribus, actibusque clareſcat. Comple in ſacerdote tuo miniſterii tui ſummam: & ornamentis totius glorificationis inſtructum cœleſtis unguenti rore ſanctifica. Tunc conſecrator genuflexus & ſine mitra, verſus ad altare incipit hymnum: Veni Creator Spiritus. Et tam electus, quam alii genuflectunt eodem modo. Finito primo verſu ſurgunt omnes, & chorus proſequitur hymnum. Interim caput electi ſedentis in ſua ſede, circumligatur panniculo lineo ſubtili, per Diaconum, ne oleum fluat ſuper capillos, ita ut panniculi extremitates retro ſuper cervicem pendeant. Deinde conſecrator accedens ad electum cum mitra, & intincto pollice dextræ manus in ſacro chriſmate, ſtans ungit caput electi ſedentis: formans primo ſignum crucis, quo coronam totam amplectatur. Deinde ungat reliquum coronæ, dicendo:

Ungatur & conſecretur caput tuum cœleſti benedictione: in ordine pontificali. In nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ſancti ✠ Amen. Pax tibi. ℟. & cum ſpiritu tuo. Et abſterſo aliquantulum pollice cum mica panis: depoſita mitra, proſequatur præfationem, dicens: Hoc Domine copioſe in caput ejus influat: hoc in oris ſubjecta decurrat: hoc in totius corporis extrema deſcendat, ut tui ſpiritus virtus, & interioria ejus impleat, & exteriora ejus circumtegat. Abundet in eo conſtantia fidei: puritas dilectionis: ſyncericas pacis: ſint ſpecioſi munere tuo pedes ejus: ad evangelizandam pacem, ad evangelizanda bona tua. Da ei domine miniſterium reconciliationis in verbo & in factis in virtute ſignorum & prodigiorum. Sit ſermo ejus prædicatio, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis. Da ei domine claves regni cœlorum, ut utatur, non ut glorietur poteſtate, quam tribuis in ædificationem, non in deſtructionem. Quodcunque ligaverit ſuper terram, ſit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolverit in terris, ſit ſolutum & in cœlis. Quorum

Digitized by Google

detinuerit peccata, detenta sint: & quorum dimiserit, tu dimittas. Qui maledixerit ei, sit ille maledictus: & qui benedixerit ei, benedictionibus repleatur. Sit fidelis servus & prudens, quem constituas tu domine super familiam tuam, ut det illi cibum in tempore opportuno, & exhibeat omnem hominem perfectum. Sit solicitudine non piger, sit spiritu fervens, oderit superbiam: humilitatem ac veritatem diligat, neque eam unquam deserat, aut laudibus aut timore superatus. Non ponat lucem tenebras, nec tenebras lucem. Non dicat malum bonum, neque bonum malum. Sit sapientibus & insipientibus debitor, ut fructum de profectu omnium consequatur. Tribuas ei domine cathedram pontificalem ad regendam ecclesiam tuam, & plebem tuæ sortis intra mundi limites universi. Sis ei autoritas; sis ei potestas: sis ei securitas. Multiplica super eum benedictionem ✝ & gratiam tuam, ut ad exorandam semper misericordiam tuam, tuo munere idoneus, & tua gratia possit esse devotus. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti, Deus per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. Post hæc Consecrator inchoat schola prosequente Antiphonam:

Unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti ejus: mandavit dominus benedictionem in sæculum. Ps. Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum. Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Quod descendit in ora vestimenti ejus, sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. Quam illic mandavit Dominus benedictionem, & vitam usque in sæculum. Gloria patri & filio, sicut erat &c. Deinde repetatur antiphona. Unguentum in capite. Interim imponitur mappula ad collum electi sedentis: supra quam imponit postea manus, & consecrator injungit illi manus cum sacro chrismate, ut sit aliis episcopis, dicens.

Ungantur manus istæ de oleo sanctificato, & chrismate sanctificationis: sicut unxit Samuel David regem & Prophetam, ita ungantur & confirmentur. In nomine Dei Patris ✝ & Filii ✝ & Spiritus

Digitized by Google

Spiritus ſancti ✝ facientes imaginem ſanctæ crucis Salvatoris noſtri, qui nos à morte redemit, & ad regna cœlorum perduxit. Exaudi nos pie pater omnipotens, æternæ Deus, ut quod te rogamus, exoremus, per Chriſtum Dominum noſtrum ℟. Amen. Oremus. DEUS & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui te ad pontificatus ſublimari voluit dignitatem: ipſe qui per Samuelem, David in regem & prophetam inunxit, te noſtro miniſterio: chrismate & myſticæ delibutionis liquore perfundat, & ſpiritualis bene ✝ dictionis ubertate fœcundet: ut quicquid benedixeris, benedicatur: & quidquid ſanctificaveris, ſanctificetur, & conſecratæ manus iſtæ vel pollicis impoſitio cunctis proficiat ad ſalutem. Per eundem Dominum noſtrum ℟. Amen. Electus manus inunctas, ſimul junctas in mappula pendenti a collo reponit: baculus non datur, ſed mox conſecrator depoſita mitra benedicit anulum pretioſum imponendo electo, dicens: Creator & Conſervator humani generis: dator gratiæ ſpiritualis: largitor æternæ ſalutis: tu domine emitte tuam bene ✝. dictionem ſuper hunc anulum: ut quicquid hoc ſacroſancto fidei ſigno inſignitus inceſſerit, in virtute cæleſtis defenſionis: ad æternum ſibi proficiat ſalutem. Per Chriſtum Dominum noſtrum ℟. Amen.

Electus, etiam ſurgit, dum dicitur oratio: annulum ipſum interea tenet manu dextra aliquis acolitus ante conſecratorem genuflexus. Conſecrator dicta oratione, aſpergit anulum aqua benedicta, & illum imponit in digito: anulari dextræ manus electi ſedentis, dicens:

Accipe annulum, fidei ſcilicet ſignaculum: quatenus ſponſam Dei ſanctam videlicet eccleſiam intemerata fide ornatus, illibate cuſtodias. ℟. Amen.

Et dum imponit: oſculatur manum electi. Deinde adjuvantibus Epiſcopis aſſiſtentibus: librum evangeliorum ab ejus ſpatulis removens dat ad manus electi ſedentis: dicens:

Accipe

Accipe evangelium, & vade: prædica populo tibi commisso, potens est enim Deus augere tibi gratiam suam. Qui vivit & regnat cum Deo patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

His peractis consecrator redit ad suum faldistorium, & lavat manus. Electo autem sedenti in sua sede, Diaconus Cardinalis tergit caput cum medulla panis diligenter & cum panno mundo, deinde cum pectine mundat, & componit capillos, & imponit illi mitram, & tunc electus lavat manus cum mica panis, & bene mundat. Quibus finitis, tam consecrator, quam alii omnes Cardinales præsentes osculantur pedes, manum & os domini electi, alii autem prælati parati pedem, & manum: alii inferiores, pedem tantum. Et mox consecrator prosequitur missam usque ad lectum offertor. Et idem facit electus Pontifex in sua sede stans. Dicto offert consecrator accedit ad electum sine mitra, & de ejus manu accipit offertorium. Imorticia, panes, & vini vasa duo, & ad unumquodque istorum, osculatur manum electi, tum revertitur ad suum faldistorium, & lavat manus, tam ipse, quam electus, & intrat ad altare, & similiter dominus electus accedit ad altare, ad ponit se ad cornu epistolæ: Presbytero Cardinale ministrante librum, & ibi sine mitra simul cum consecratore celebrabit: signando, & omnia dicendo submissa voce, ut consecrator, non tamen se loco movebit usque ad communionem, quam sumet sub utraque specie: stans in ipso cornu, aliquantulum procedens inclinatus. Finita missa, non imponuntur chirotecæ, neque mitra; quam habet, cum illis benedictionibus consuetis: neque intronizatur electus: sed stans in medio altaris sine mitra; habens ante se crucem, populo benedicit, dicens: *Sit nomen domini benedictum.* Et resumta mitra vadit ad sedem suam & sedet, & tunc consecrator accedit versus dominum electum, & ter genuflectens, dicit: Ad multos annos, ut supra ut dictum est in Presbytero. Et omnes deinde exeunt se sacris vestibus cum orationibus consuetis.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT IX.

Consecratio in Episcopum, benedictio, & coronatio simul Romani Pontificis.

QUod si electus in Romanum Pontificem : voluerit eadem die consecrari Episcopus, benedici, & coronari, ut à superioribus pontificibus plerumque servatum est ; ita procedendum erit. Sed eadem servantur etiam in electo, qui prius erat Episcopus: benedicendo & coronando, usque ad sequens caput ubi incipit. *Cantores.* Primo ordinabuntur omnia ad hujusmodi solennitatem oportuna. Infrascripta etiam servantur in coronatione & consecratione Episcopali convenienti tempore, quæ ex lectione hujus ordinationis facile colligi poterunt. Et tandem constituto die dominico : Pontifex è cubili, summo mane ad cameram paramenti (quam Papagalli appellant) egreditur. Ibi à Diaconis Cardinalibus, Subdiaconis, Acolitis & aliis officialibus consuetis, paratur amictu, alba & longo cingulo, stola, pluviali rubeo & mitra pretiosa. Cardinales alii circumsistunt, & omnes Prælati & Officiales cum suis cappis laneis. Sic electus Pontifex paratus, cruce præcedente, progreditur ad sanctum Petrum : ordine alias consueto. Diaconis Cardinalibus hinc & inde fimbrias pluvialis sustinentibus. Caudam autem pluvialis portabit nobilior laicus, qui erit in curia, etiam si esset imperator, vel rex, supra eum octo nobiles, sive oratores portant umbrellam : hastilibus octo sustentatam, quam hodie baldachinum appellant. Ante eum duo servientes armorum portant faldistorium cum magno cussino. Forerius tapetum & parvum scabellum & cussinum.

Cum Papa electus pervenerit ad portam ultimam palatii, quæ est in capite porticus ecclesiæ sancti Petri in Palatio, apud portam : extenditur tapetum, ponitur faldistorium, & super illud cussinum magnum, & ad pedes parvum scabellum. Et sedens ibi electus, recipit ad osculum pedis canonicos & capitulum basilicæ sancti Petri.

Digitized by Google

Deinde surgens, intrat ecclesiam per portam, quæ est in medio. Et progressus usque ad secundum circulum, prophyreticum, detracta mitra, orat versus ad altare, supra faldistorium à supradictis ibi paratum. Et tunc supra scabellum parvum ponitur parvus cussinus. Facta oratione surgit & reassumit mitram, & pergit ad capellam sancti Gregorii, & sedens in sede sibi parata, recipit omnes Cardinales & alios prælatos cum suis cappis ad reverentiam. Cardinales ad manus sub auriphrygio, prælatos ad pedis osculum. Tunc surgens sine mitra, astante cruce, populo benedicit, dicens: Sit nomen Domini.

Subdiaconus dicturus epistolam deposita cruce post benedictionem, capit omnia sua paramenta, & simul cum eo acoliti exuunt cappas, & induunt superpellicia super rochetum, ad partem se retrahentes. Sedet deinde electus aliquantulum cum mitra & iterum surgens sine mitra versus ad altare subsilentio dicit: Pater noster &c. Tum alte incipit pro tertia: Deus in adjutorium &c. & sic stat quousque incipiatur Psalmus: Legem pone. Inde sedet cum mitra & assistentibus Episcopis cum libro: ac juvantibus hinc inde Diaconis, ut moris, incipit Psalmum: Quam dilecta. Interim Subdiaconus apostolicus lecturus epistolam (ut diximus) paratus omnibus suis paramentis, & ex altari subministrante sacrista, accipit sandalia: quæ reverenter portantur ad electum, sequentibus illum acolitis cum superpelliciis: & ea simul cum cubiculario cameræ imponit pedibus suæ sanctitatis: acolitis circumcirca fimbrias pluvialis elevantibus supra illorum capita. Imponitis sandaliis, Diaconus lecturus evangelium cum duobus aliis Diaconis, qui assistunt Papæ, capiunt paramenta sua: scilicet, amictum, albam, cingulum, stolam, dalmaticam: manipulum vero postea capiet in altari. Alii vero duo capient amictum, & dalmaticas tantum, induti, reverenter simul ad electum accedent. Qui finito Psal. cum dicitur capitulum pro tertia, surgit cum mitra: & finitis versiculis, deposita mitra, & astantibus duobus ceroferariis: Dicit Dominus vobiscum, & orationem pro tertia, librum prior episcoporum Cardinalium, qui ei assistere debet, sustinet supra caput: Episcopi vero assistentes, juvant,

Digitized by Google

vant, & tenent Candelam accensam. Dicto Dominus vobiscum. Post orationem, liber removetur, ceroferarii discedunt, & dicto à cantoribus, Benedicamus Domino; Papa sedet cum mitra, & lavat manus, Episcopo Cardinali adjuvante, & reliqua ut alias. Lotis manibus: Episcopus Cardinalis redit ad locum suum: & Papa deponit mitram, pluviale & stolam, & à Diacono lecturo evangelium, ante se stante, induitur consuetis paramentis, quæ per acolitos hoc ordine portantur ex altari, & ipsi Diacono porriguntur. Duo Diaconi assistentes: & post eos duo Subdiaconi adjuvant vestientem. Primum portatur cingulum cum succinctorio. Crux pectoralis: deinde stola, Tunicella, dalmatica, chirothecæ, planeta, mitra auriphrygiata; anulus autem non datur, si non est consecratus episcopus, quem si esset consecratus, Cardinalis Episcopus assistens, imponeret.

In consecrationibus, utuntur hodiernis temporibus, albis paramentis, quamvis antiqui secundum temporis exigentiam colore uterentur. Sed conveniens est, utamur, secundum, quod exigat missa, quæ celebratur. In processione autem erunt omnino albi coloris.

Cum electus Papa incipit parari: Cardinales & omnes Prælati atque officiales parantur. Episcopi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, pluvialibus & albis mitris: Presbyteri Cardinales, planetis & mitris similibus Diaconi Cardinales, dalmaticis & mitris albis. Subdiaconi omnes, tunicellis. Auditores & Clerici cameræ, superpelliciis supra rochetta. Secretarii & advocati, super vestes communes, habeant pluviale cum apertura super humerum dextrum: & almutia super sinistrum. Alii, ut alias. Prior igitur Episcoporum Cardinalium, sive alius (quisquis ille sit) qui electum Pontificem eum consecraturus, procedat ad altare majus sancti Petri: ibique ad partem capiat sandalia, & paramenta omnia Pontificialia, ac si celebraturus esset, cum Psalmis & orationibus consuetis, ibique expectet Pontificem. Interim Pontifici assistet supprior episcoporum Cardinalium. Paratis omnibus ordinibus. Pontifex incensum mittet in turibulo, & prior Diaconorum cum ferula processionem ad altare majus ordinabit hoc modo.

Digitized by Google

Familiares Papæ, minores nobiles cubicularii, nobiles majores, & barones. Conſervatores & oratores laici & non Prælati. Secretarii & Advocati miſtim, ita ut duo antiquiores ex utroque ordine ſint in digniori loco, acoliti, clerici cameræ, auditores, acolitus turiferarius, acoliti ceroferarii, qui ſeptem numero eſſet deberent. Subdiaconus cum cruce Papali, & aliis Subdiaconis. Subdiaconi duo Latinus & Græcus, cum libro Evangeliorum, Diaconus Græcus.

Et nota quod pro Epiſtola & Evangelio in lingua Græca, ſolebant vocari in hac celebritate, monachi ex monaſterio cryptæ ferratæ. Deinde Abbates ſorenſes, Epiſcopi, Archiepiſcopi, Oratores, Prælati Abbates urbis, qui in hoc die ſunt privilegiati, epiſcopi aſſiſtentes Papæ. Patriarchæ Diaconi; Presbyteri, & Epiſcopi Cardinales. Diaconi duo aſſiſtentes, & inter eos medius Diaconus lecturus evangelium, demum ipſe Pontifex. Qui ſi pedibus ſuis incedet, ipſi Diaconi aſſiſtentes, fimbrias pluvialis portabunt: & major princeps caudam: Octo nobiles ſeu oratores baldachinum ſupra ejus caput ferent, deinde ſequetur auditor, qui mitram miniſtrat, medius inter duos cubilares ſecretos, & inter eos eſt Secretarius Papæ, ſi non eſt Prælatus. Deinde protonotarii & curiales clericî non parti; ante Pontificem immediate miniſter cæremoniarum præcedit cum duabus aruhdinibus, ſuper alteram ſtuppam, ſuper alteram vero, candelam ardentem portans: Et cum Pontifex capellam ſancti Gregorii exierit: Cæremoniarius ad eum converſus, ignem ſtuppæ mittit & genuflexus alta voce dicit: Pater ſancte ſic tranſit gloria mundi: quod tertio facit, diſtincte æquali ſpatio: antequam perveniant ad portam capellæ. Procedunt deinde omnes per navim ipſius capellæ ſancti Gregorii, ubi ſepulchra ſunt Romanorum Pontificum, & cum illam exierint, flectunt ad dextram & per portam, quæ eſt ante altare, ingrediuntur capellam, & aſcendunt etiam ad dextram. Antequam Papa cancellos capellæ intret; tres ultimi Presbyteri Cardinales veniunt ei obviam, & oſculantur os & pectus Pontificis: à ſeniori incipientes deinde ante Diaconos aſſiſtentes proceduut: Cum autem perventum fuerit ad altare, Pontifex de-

poſita

Digitized by Google

posita mitra, facit orationem super faldistorium. Deinde surgens, remoto faldistorio, facit confessionem more solito: stans hoc ordine. A Pontificis dextra stat Episcopus Cardinalis consecrator, vel assistens, (si non est consecrator) & post eum Diacomus Cardinalis lecturus Evangelium; & post eum Diaconus Cardinalis assistens; post quem genuflexus manet Subdiaconus Latinus: cum libro Evangeliorum, & manipulæ Pontificis, quem illi imponit dicto Indulgentiam &c. Interim Cantores cantant Introitum missæ &c. Kyrie eleison. Et hæc quidem supra dicta: circa descensum ex palatio ad ecclesiam. Et quæ in capella sancti Gregorii & usque ad factam confessionem superius dicta sunt, præterquam de parando consecrante, servantur etiam, quando electus Episcopus non est consecrandus, sed benedicendus, & coronandus tantum. Nunc de ipsa consecratione subjungemus.

Hoc totum sequens capitulum prætermittitur, si Papa erat prius Episcopus consecratus, in eo namque, consecratio Episcopalis continetur.

Cantores, ut finierint Kyrie eleison quiescent. Electus procumbet super faldistorium ante altare: ad ejus dextram consecrator, & ad sinistram Diaconus Evangelii super scabella: Diaconi assistentes post Pontificem, duo Episcopi Cardinales seniores, hinc inde super scabella: alii omnes, ut commodum erit genuflexi, procumbent omnes cum mitris in capite. Et Diaconus Evangelii incipiet sine mitra Litaniam, & omnes respondent replicando. Cum perventum fuerit ad locum ubi dicitur. Ut hunc electum, quod etiam dicitur ab eodem Diacono: & tam consecrator, quam omnes alii in episcopali dignitate constituti præsentes & parati erecto capite, & extensa dextra: non tamen moventes se de locis suis, benedicunt ter consecrandum, ut patet in ordinario, fol. 11. Finita Litania, omnes surgunt: & consecrator stat ad infimum gradum sedis papalis vertens faciem ad altare, medius inter duos Seniores Episcopos Cardinales, qui etiam stolam habere debent & librum. Electus Pontifex ante eum stabit medius inter assistentes Diaconos, vertens faciem suam ad faciem consecrantis. Episcopi, Archiepiscopi,

Digitized by Google

Patriarchæ, qui aderunt parati cum ſuis libris omnes accedent, & circulum facient, & omnia cum conſecratore dicent (voce tamen ſubmiſſa) depoſitis mitris. Et omnibus ſtantibus, Epiſcopus Cardinalis à ſiniſtris ſuper Pontificem dicit hanc orationem, Oremus:

Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus, ut quod humilitatis noſtræ gerendum eſt miniſterio, tuæ virtutis compleatur effectu. Deinde Epiſcopus conſecrator, dicit orationem cum nota.

Oremus: Propitiare, quæſumus Domine, ſupplicationibus noſtris, & inclinato ſuper hunc famulum tuum N. cornu ſacerdotalis gratiæ: benedictionis tuæ infunde in eum virtutem. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit. Quo dicto ponit librum Evangeliorum inter cervicem & ſpatulas electi, quem Diaconi Cardinales retinent usque ad finem, & tam Conſecrator, quam alii duo Epiſcopi Cardinales ponunt primo manus ſuper ejus caput nihil dicentes, & ſimiliter faciunt omnes præſentes parati in Epiſcopatus ordine conſtituti. Conſecrator autem extenſis manibus dicit Præfationem conſuetam: Per omnia ſæcula ſæculorum. Honor omnium dignitatum. Ut ſupra notavimus, cum electus Papa conſecratur alio die, quam iſto. Et ungit electi caput, deinde manus. Tum imponit ei annulum & demum dat ei librum evangeliorum, & tandem ambo lavantur & mundantur, ut diximus plene in eodem loco. Pontifex ſedet in faldiſtorio ſibi parato in plano inter ſedem eminentem, & altare, dum lavat, conſecrator in alio loco ſibi commodo, & lotus deponit paramenta Pontificalia, & cum pluviali, ac mitra aſſiſtit Pontifici, ut prius. His finitis, non dicuntur illæ tres orationes, quæ dici ſolent, quando electus non conſecratur, qui erat Epiſcopus. Sed mox mundatis manibus & capite, ducitur ante altare, & de manu prioris Diaconorum accipit pallium de corpore & altari beati Petri ſumptum, ut inferius dicemus, & dimittuntur omnia ab eo loco ubi incipit: Cantores, ut finierint Kyrie eleiſon, quieſcent.

Si electus Pontifex jam Epiſcopus, eſt tantum benedicendus & coronandus hac die, hoc modo proceditur.

Servatis

Digitized by Google

Servatis omnibus, quæ supra diximus, usque ad cantatum introitum & Kyrie eleison. Papa facta confessione, accipit immediate mitram, & sedet in sede sive faldistorio sibi parato inter sedem eminentem & altare: & tres primi Episcopi accedunt ad Pontificem, & faciem ante illius faciem tenentes, sine mitra, illorum junior super Pontificem stantem sine mitra, ipse in medio duorum stans, primam, dicit orationem videlicet:

Deus, qui adesse non dedignaris, ubicunque devota mente invocaris, adesto, quæsumus, invocationibus nostris, & huic famulo tuo N. quem ad culmen Apostolicum, communi judicium tuæ plebis elegit, uberratem supernæ benedictionis infunde, ut sentiat se tuo munere ad hunc apicem perveniſſe. Secundam dicit immediate secundus Episcopus Cardinalis stans & ipse in medio: videlicet:

Supplicationibus nostris omnipotens Deus, effectum consuetæ pietatis impende: & gratia Spiritus sancti famulum tuum N. perfunde, ut qui in capite ecclesiarum, nostræ servitutis ministerio constituitur, tuæ virtutis soliditate roboretur. Et tertiam antiquior, id est prior Episcoporum Cardinalium in eodem loco stans. videlicet:

Deus, qui Apostolum tuum Petrum inter cæteros Apostolos primatum tenere voluisti: eique universæ Christianitatis molem super humeros imposuisti, respice, quæsumus, propitius hunc famulum tuum N. quem de humili cathedra violenter sublimatum in thronum ejusdem Apostolorum principis sublimamus, ut sicut profectibus tantum dignitatis augeatur, ita virtutem meritis cumuletur, quatenus ecclesiasticæ universitatis onus, te adjuvante, digne ferat, & à te, qui es beatitudo tuorum vicem merita recipiat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Dictis orationibus, Papa etiam sine mitra accedit ad altare, & prior diaconorum, secundo adjuvante, capit Pallium de altari, & imponit Pontifici, & dicit.

Accipe Pallium, sanctam plenitudinem pontificalis officii ad honorem omnipotentis Dei, & gloriosissimæ Virginis Mariæ ejus Matris,

Digitized by Google

Matris, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ: Et firmat cum ſpinulis.

Accepto pallio Pontifex accedens ad altare ſine mitra illud oſculatur primum, & deinde librum Evangeliorum, quem Subdiaconus à ſiniſtra parte offert, & imponit incenſum in turibulo: Diacono evangelii offerente naviculam incenſat altare more ſolito, & accepta mitra in cornu altaris ſtans, a Diacono incenſatur, & in os recipit Diaconus tunc oſculum, ut alias, & accendit ad cathedram eminentem, & ſedens recipit ad reverentiam Cardinales, & prælatos omnes paratos Cardinales ad oſculum pedis, manus & oris, alios paratos ad oſculum pedis & manus & finita, reverentia ſurgit Papa ſine mitra & legit introitum & Kyrie Eleiſon. Suſtinente librum Cardinali Epiſcopo, cum aliis aſſiſtentibus. Deinde in voce, dicit: *Gloria in excelſis DEO.* Pax vobis, & orationes opportunas: videlicet de die & de Spiritu ſancto, & ultimo dicit ſecrete orationem pro ſe, quæ habetur in conſecratione Epiſcoporum, ſupra.

Dictis orationibus ſedet Pontifex, & prior Diaconorum cum ferula deſcendit ad confeſſionem beati Petri, cum Subdiaconis, auditoribus ſcriniariis (id eſt) cum Secretariis & Advocatis, quibus in duas acies diſtributis, ita ut in qualibet acie ſint ex omnium ordine faciunt laudes pontifici: ſtantes capitibus detectis: Papa & omnibus aliis ſedentibus in locis ſuis. Prior Diaconorum incipit ſolus alta voce quaſi legendo: Exaudi Chriſte. Subdiaconi, auditores, ſcriniarii & advocati reſpondent: Domino noſtro N. à Deo decreto ſummo Pontifici, & univerſali Papæ vita. Et ſic ter dicitur per priorem & toties per illos reſpondetur: Subſequenter idem prior Diaconorum, dicet: Salvator mundi. Et illi reſpondebunt: Tu illum adjuva: & ſic ter dicetur, & ter reſpondebitur. Deinde idem prior dicet: Sancta Maria, & illi reſpondebunt. Tu illum adjuva. Et bis dicetur. & bis reſpondetur. Inde prior idem ſubjunget. Sancte Michael. Et illi reſpondebunt: Tu illum adjuva. Et tunc deinceps ſemel dicetur & ſemel reſpondebitur. Sequitur prior:

Sancte Michael, Tu illum adjuva.

Sancte

Digitized by Google

Sancte Gabriel, Tu illum adjuva.
Sancte Raphael, Tu illum.
Sancte Joannes Baptista, Tu illum.
Sancte Petre, Tu illum.
Sancte Paule, Tu illum.
Sancte Stephane, Tu illum.
Sancte Leo, Tu illum.
Sancte Gregori, Tu illum.
Sancte Benedicte, Tu illum.
Sancte Basili, Tu illum.
Sancte Sabba, Tu illum.
Sancte Dominice, Tu illum.
Sancta Agnes, Tu illum.
Sancta Cecilia, Tu illum.
Sancta Lucia, Tu illum.

Finitis laudibus, dicitur epistola latine & deinde Græce, & proceditur in missa, ut alias, usque finem: Datur benedictio, sed non publicantur tunc indulgentiæ, sacris missarum solenniis, rite peractis, proceditur ad coronationem. Pontifex reassumtis chirothecis, & anulis cum omnibus paramentis, in quibus celebraverat & cum Cardinalibus, prælatis & officialibus omnibus, ut in missa paratis, procedit ad suggestum supra gradus basilicæ Apostolorum principis, ex materia constructum, & ornatum, ibique in sede eminenti sibi parata sedet.

Et cum omnes prælati convenerint, & populus ex basilica in arenam exierit: Cantores dicunt: Corona aurea &c. Quo dicto prior Episcoporum Cardinalium, stans in solio ad sinistram Pontificis: detecto capite, dicit: Pater noster. Et ne nos. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Cantemus Domino. ℟. Glorioſe enim honorificatus est. ℣. Buccinate in neomenia tuba. ℟. In insigni die solennitatis umbræ. ℣. Jubilate Deo omnis terra. ℟. Servite Domino in lætitia. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum, ℟. & cum Spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Digitized by Google

Omnipotens sempiterne Deus, dignitas Sacerdotum, & auctor regni, da gratiam famulo tuo N. Pontifici nostro: Ecclesiam tuam fructuose regendi, ut qui tua clementia Pater regum & rector omnium fidelium constituitur & coronatur, salubri sua dispositione cuncta bene gubernentur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. Deinde Supprior Diaconorum Cardinalium deponit mitram consuetam in capite Pontificis & Prior eorundem Thyaram (quod regnum appellant, triplici corona ornatum) Pontificis capiti imponit, dicens: Accipe Thyaram tribus coronis ornatam, & scias te esse patrem Principum & Regum, Rectorem orbis, in terra Vicarium Salvatoris nostri JEsu Christi: Cui est honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen. Tum Diaconi à dextris Latine, à sinistris vulgariter publicant indulgentias, & omnis populus acclamat: Kyrie eleison. Deinde paratur processio ad Lateranum.

CAPUT X.

De Processione ad Lateranum.

SEd quum plerumque antequam hæc completa sint, hora est satis tarda, & longa ad Lateranum restat via, multaque ibi adhuc sunt peragenda, consueverunt aliquando Pontifices & Patres sustentationis gratia, aliquantulum cibi sumere. Paratur refectio in atrio domus Archipresbyteri Basilicæ; pro Pontifice & Cardinalibus, pro aliis Prælatis in vicinis domibus Canonicorum. Coronato Pontifice: veniunt ad refectionem, & interim parantur, quæ ad processionem sunt opportuna. Sumpta refectione, pontifex & omnes descendunt ad equitandum, & hoc ordine proceditur ad Lateranum.

Primi incedent valisarii Cardinalium suo ordine, & deinde eorum familiæ, & omnes laici mistim, ut eis placuerit. Tum per ordinem isti sequentur. Tonsor, & Sartor Papæ cum valisiis rubeis, in quibus sunt vestes, quæ pertinent ad sanctissimum Dominum nostrum: Familiares & scutiferi Papæ: Nobiles curiæ minores

Digitized by Google

tes, & nepotes affinesque dominorum Cardinalium: Scala Papæ panno rubeo cooperta, quam portat equus albus ductus per unum ex parafrenariis, purpurea veste indutum. Qui postquam Papa ascendit equum cum ista scala: Vadit in ordine suo, dextera, equi habenas; sinistra, rubrum ferens baculum. Hunc sequuntur duodecim cursores Papæ, etiam rubris vestibus induti equestres: Portantes duodecim vexilla rubra, bini & bini. Inde tredecim vexilliferi capitum regionum urbis, cum suis vexillis. Duo alii, cum duobus Cherubim super lanceis, in vestibus rubris, & omnes equestres sint. Tum vexillifer populi Romani, cum vexillo & insignibus populi Romani. Deinde vexillum album cum cruce nigra, quod portat Procurator ordinis Beatæ Mariæ theutonicorum. Vexillum cum armis Papæ, quod aliquis magnus nobilis portat, & demum vexillum ordinis Jerosolymitani rubrum cum alba cruce, quod Procurator ejus portat. Isti quinque vexilliferi habebunt equos cataphractos, sive bardatos, & coopertos tela sericea usque ad tales equorum, cum insignibus suis. Ipsi autem erunt armati, ac si prælium essent ingressuri; dempta galea, cum lacernis ex tela etiam sericea, cum insigni, & singuli vexilliferi habebunt quatuor pedites cum lacernis bocasinis: cum insignibus dominorum.

Hunc ordinem vexillorum inveni servatum: Sed mihi non placet, neque videtur debitus ordo. Nam non honoramus signum, nec signi figuram, sed signati dignitatem. Unde ponimus vexillum civitatis, in qua est Pontifex, in principio, ut ninus dignum. Deinde vexillum ordinis Beatæ Mariæ theutonicorum: in quo est crux nigra in albo. Tum vexillum Papæ, inde vexillum Ecclesiæ: & bene hactenus. Demum in loco honorabiliori vexillum ordinis militaris Jerosolymitani, cum alba cruce in rubro. Quod mihi videtur præter omnem convenientiam. Nam signum crucis albæ in rubro, non est signum universitatis Christianorum, sed illius tantum ordinis militaris, sicut & nigra in albo, alterius ordinis est signum. Universitatis autem Christianæ signum, est crux rubra in albo. Ergo vexillum ordinis Jerosolymitani non est præferendum signo Papæ aut signo Ecclesiæ. Locus igitur suus esset post vexil-

Digitized by Google

dum ordinis Theutonicorum, & non post omnes. Si autem adesset vexillum cruciatæ: crux rubra in albo (quia est universale omnium Christianorum) illud jure optimo ponendum esset in loco digniori. Post vexilla, procedunt ad duodecim equi albi, sine sessoribus: phaleris aureis instratis, carmasinis ornati; quos duodecim parafrenarii ducunt rubra veste induti, & baculum rubrum in siniſtra portantes. Hos sequuntur quatuor nobiles, pilea quatuor carmasina, supra baculos quosdam deferentes, qui scutiferi honorarii vocantur. Cubicularii deinde sequuntur, equitantes in suo habitu. Oratores laici & non Prælati, simul cum Baronibus & Majoribus Nobilibus. Tum Subdiaconus Apostolicus cum cruce papali, & suis collegiis, parati omnes, ut in missa. Et apud crucem duo magistri ostiarii cum suis virgis. Post hos, duodecim familiares Papæ: rubra veste induti, portantes duodecim incortitia accensa: ante Sacramentum Corporis Christi, pedites. Inde duo familiares sacristæ equestres: etiam rubro induti, portantes laternas argenteas cum lumine ante Sacramentum. Et post eos ducitur per familiarem sacristæ rubro etiam indutum, & baculum in siniſtra habentem, equus albus mansuetus, ornatus, ut illi duodecim, portans Sacramentum, habens ad collum tintinnabulum bene tinniens. Et supra portatur baldachinum, cum insignibus Papæ & Sacramenti, per cives Romanos, qui inter se mutantur ter decies: Ut unaquæque regio habeat suam partem. Post Sacramentum, equitat immediate Sacrista, qui ut cæteri Prælati, habet equum totum coopertum boccasino, & ipse, & omnes alii, parati sint, ut in missa, cum paramentis, & mitris. Sacrista in manu gestat album baculum. Sequntur deinde duo Præfecti navales, & in eorum absentia, duo Nobiles, induti ut Advocati & Secretarii, præter almutiam. Et post eos, ipsi Secretarii & Advocati cum almutiis. Cantores deinde equitant cum Superpelliciis. Tum Acoliti, Clerici, Cameræ & Auditores, cum Superpelliciis supra rochetum. Subdiaconus Græcus & Latinus, & Diaconus Græcus, ut in missa.

Sequuntur de hinc Prælati cum equis coopertis, & ipsi cum mitra & pluviali, Abbates Forenses, Episcopi, Archiepiscopi, Abbates

bates urbis, Episcopi assistentes Papæ Patriarchæ & Diaconi cum Dalmaticis; Presbyteri cum Planetis, Episcopi Cardinales cum pluvialibus; Procedunt duo Diaconi assistentes Papæ; & inter eos medius, Prior Diaconorum, si ipse dixit Evangelium. Prior Diaconorum ferulam in manu portare debet, & totam processionem ordinare, & illa ordinata, equitare in loco suo: Procedit tandem summus Pontifex, super equum album faleratum, coopertum à parte posteriori stragiola carmesina, sub baldachino, quod octo magini nobiles sive Oratores portant. Cum Papa per scalam, quam superius diximus, ascendit equum, major Princeps, qui præsens adest, etiam si rex esset, aut Imperator, stapham equi papalis tenet, & deinde ducit equum per frenum aliquantulum. Si Imperator aut Rex soli essent, id est non esset alius Rex, soli equum ducerent cum dextra manu. Sin vero esset alius Rex, dignior à dextra; alius à sinistra frenum tenerent. Si non sint Reges, digniores ducant equum. Et postquam Imperator, Rex sive alius magnus Princeps, aliquantulum equum duxerit, substituantur alii duo Magni-nobiles, eorum loco & mutentur. Si vero Pontifex non equo, sed sella veherotur, quatuor majores Principes, etiamsi inter eos Imperator, aut quivis maximus Princeps adesset, in honorem Salvatoris JESU Christi, sellam ipsam cum Pontifice humeris suis portare aliquantulum debent. Sed aderunt etiam quatuor validi Pontificis familiares, qui pondus sustinent. Ita ut Principes ipsi, in signum piæ religionis, ac reverentiæ, magis, quàm ad onus subeundum: manus apposuisse videantur. Qui etiam mutabuntur, pro hominum, & itineris dispositione. Similiter & octo Nobiles, qui baldachinum super caput Pontificis ferunt, mutabuntur post aliquod spatium, & equos suos ascendentes, in ordine suo equitabunt, & eorum loco, nobiles cives Romani, usque ad Lateranum, baldachinum portabunt, mutabunturque per vices, sicut de baldachino Sacramenti diximus.

Ante Pontificem conservatores, capita regionum & alii magistratus, ac nobiles urbis pedites præibunt, & prætoriani milites cum eis accincti ensibus circiter centum, & baculum in manibus

Digitized by Google

portantes ad custodiam corporis Pontificis. Circa Pontificem, aliquando ante, aliquando post, equitabit marascallus, sive soldanus curiæ cum duobus sacculis pecuniarum ante sellam, & ipsas pecunias projiciet super populum, ad pressuram dimovendam, ut infra dicemus. Primum jactum pecuniarum faciet, cum Pontifex incipiet se movere, alium apud pontem Adriani, tum in area apud montem Jordanum. Inde in area parionis, deinde alium apud sanctum Marcum, postea apud sanctum Adrianum, & demum ubicunque magnam pressuram apud Pontificem viderit. Et ut facilius possit pertransire ad partem transversam jacet pecunias. Post Pontificem immediate sequuntur duo cubicularii secreti, medium tenentes auditorem rotæ decanum, qui servit de mitra. Et deinde duo medici cum secretario principali in medio, si ille non est prælatus. Subsequitur deinde umbella rubri coloris, quam unus serviens armorum, præter galeam totus armatus eques portat. Postremo equitant vice camerarius, si non est paratus, & omnes Prælati non parati, protonotarii, auditor contradictorum, si non sit paratus, & similiter corrector literarum, qui si sint parati, equitant in loco promotionis & omnes rogati. Vice-Camerarius baculum in manu portat, & pertinet ad eum curare, ut ordo à priore Diaconorum datus servetur in processione. Et secundum antiquas consuetudines, Camerarius Papæ non portat ferulam, si est Cardinalis, sed ejus Vicarius, & Vice-Camerarius, quia non ad Cardinalem, sed ad Camerarium id pertinet. Hoc igitur ordine ad Lateranum procedunt.

Cum Pontifex pervenerit ad montem Jordanum. Judæi illi obviam veniunt, genuflexi, legem Pontifici offerunt, lingua hebraica legem laudantes & hortantes Pontificem, ut illam veneretur. Pontifex vero illis auditis, in hanc sententiam respondet:

Sanctam legem viri Hebræi & laudamus & veneramur, utpote, quæ ab omnipotenti Deo per manus Moysi patribus vestris tradita est, observantiam vero vestram & vanam interpretationem, damnamus atque improbamus, quia salvatorem, quem adhuc frustra expectatis, Apostolica fides jampridem advenisse docet, & prædicat, Domi-

Digitized by Google

Dominum nostrum Jesum Christum ... Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus. Per omnia sæcula sæculorum.

Sed quoniam nonnunquam accidit, ut Judæi populi multitudine opprimantur, solent aliquando impetrare pro eorum securitate, ut hoc faciant super antemurale arcis sancti angeli; in angulo ad viam, qua itur ad palatium.

Cum Pontifex ad ecclesiam Lateranensem pervenerit, descendit in porticum ecclesiæ, & à canonicis illius ecclesiæ honorifice paratis, excipitur cum cruce. Descendit Pontifex ex equo, & prior Canonicorum Lateranensium offert crucem osculandam Pontifici, quam Diaconus Cardinalis accipit, & ad os Pontifici, cui prius thyaram extrahit, ponit. Osculata cruce, Pontifici ponitur mitra, & regnum datur in manibus auditoris. Ipse vero Pontifex à priore & canonicis prædictis ducitur ad marmoream sedem, ante portam principalem à sinistra stantem, quæ stercoraria appellatur, & ibi eum sedere faciunt, qui ita tamen sedet, ut magis jacere videatur: Ad quem mox accedentes Cardinales, elevant eum honorifice dicentes:

Suscitat de pulvere egenum, & de stercore erigit pauperem, ut sedeat cum principibus & solium gloriæ teneat.

Surgens Pontifex accipit de gremio camerarii sibi assistentis, quantum pugna potest complecti pecuniarum, ubi tamen nihil prorsus sit argenti, aut auri, & spargit inter populum dicens:

Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do.

Pons ligneus recta linea à porta Ecclesiæ principali ad altare majus excitatur cum pluteis hinc inde vectoribus tentus, altitudo circiter quinque pedum, latitudo sex aut septem, qui altero ponti conjungitur simili modo constructo: à porta, qua ascenditur per ecclesiam ad sanctum sanctorum veniendi, quod fit ut Pontifex à populi multitudine non opprimatur. Circa altare à gradibus & supra, omnia circumcirca, tabulis clausa esse debent, ut per pontem, capellam intrent. Præcedentibus igitur canonicis & cantatibus. Te Deum laudamus. Pontifex cum Cardinalibus intrat ecclesiam, & ante altare

tare majus, supra faldistorium procumbens, sine mitra, aliquantulum orat. Deinde surgens benedicit populo dicens: Sit nomen Domini benedictum. Inde cum mitra ascendens ad sedem eminentem, & sedens recipit ad osculum pedis canonicos Lateranenses.

Deinde Pontifex, per ipsum pontem ascendit ad palatium Lateranum, per portam, quæ est in ecclesia. Et cum perventum fuerit in prima aula, quæ aula concilii appellatur, sedet Pontifex in sede sibi parata, apud tabulam lapideam in capite aulæ, quæ dicitur mensura Christi, & hinc inde apud eum stant domini Cardinales. Prior vero presbyterorum Cardinalium stans ante Papam convenienti intervallo cum Subdiaconis, Auditoribus, Advocatis & Scriniariis, facit laudes Domino nostro, ut fecerat prior Diaconorum in sancto Petro. Incipiens: Exaudi Christe. Prior presbyterorum prædictus, & alii, qui faciunt laudes, stant detecto capite. Pontifex vero sedet cum mitra; alii Cardinales stant cum mitra. Hoc tamen fieri solebat in introitu ipsius portæ, in primo plano, antequam ad aulam prædictam veniatur, commode tamen in hunc locum translatus est hic actus, propter illius loci angustiam. Finitis laudibus, Papa procedit ad capellam sancti Sylvestri. Ibi ante portam capellæ, sunt duæ sedes porphyreticæ, perforatæ, & ibi sedet Pontifex super primam. Ad quem prior ecclesiæ Lateranensis accedit & genuflexus dat Pontifici ferulam in manu, in signum correctionis & regiminis, & claves ipsius basilicæ ac palatii Lateranensis in signum potestatis claudendi & aperiendi, ligandi, atque solvendi. Surgit deinde Papa cum ferula & clavibus & sedet in altera sede porphyretica, ad aliam partem, & ibi restituit eidem priori ferulam & claves, & ab eodem præcingitur super planetam, sedens, cum cingulo quodam sericeo rubro, cum bursa etiam sericea & rubra in qua sunt duodecim lapides pretiosi cum musco. Tunc Pontifex præcinctus & sedens de gremio camerarii capit denarios argenteos, omnifariam quotquot potest manu continere, & super populum spargens, dicit: Dispergit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi. Et hoc ter facit. In istis duabus sedibus, Pontifex sedet, ut in prima stercoraria. Ducitur deinde

inde Pontifex ad ſancta ſanctorum, ubi ſuper faldiſtorium ſine mitra genuflexus orat: Inde ſurgens cum mitra, revertitur ad capellam ſancti Sylveſtri, in quam intrans, ſedet ſuper ſedem ibi paratam. Tum deponit mitram, chirothecas, pallium, planetam, & aſſumit pluviale, & mitram ſimplicem: & ſedens dat presbyterium hoc modo: Cardinalibus duos aureos & duos groſſos argenteos. Veniunt Cardinales, & profundè caput inclinant ante pontificem, porriguntque & mitram apertam, in qua Pontifex immittit pecuniam. Illi autem accepta pecunia: manum pontificis oſculantur. Pecunias capit Pontifex è gremio camerarii. Alii prælati genuflectunt ante Pontificem: & accipiunt in mitra unum aureum: & unum groſſum: & oſculantur dexterum genu Papæ: alii vero Prælati & officiales: accipiunt in manu tantundem: & oſculantur pedem. Dato Presbyterio: Pontifex cum Cardinalibus aſcendit ad palatium Lateranenſe. Et ducitur ad menſam ſolenniter paratam: & ibi ſedet: Epiſcopo Hoſtienſi dante ſibi aquam ad lavandum manus, duobus Diaconis tenentibus tobaleam.

Et etiam loto, factaque benedictione menſæ, omnes ſedent. Papa autem ſedet ſolus in una menſa eminenti, diverſis magnis vaſis aureis & argenteis ſuper eam poſitis. In menſa vero, quæ eſt ad dexteram menſæ Papæ, ſedent Epiſcopi, & poſt eos Presbyteri Cardinales, & in menſa, quæ eſt ad ſiniſtram: Diaconi Cardinales; & utraque parte ſucceſſive erunt menſæ omnium prælatorum, & aliorum Dominorum & magnorum nobilium. Et ſtabit Papa, ut dictum eſt, indutus & calciatus, & mitram habebit in capite. Cardinales vero habebunt ſuperpellicia, cum camiſiis & mantellis, & mitris albis ſimplicibus: Et ita comedent, & omnes prælati ſimiliter. Coram Papa ſerviant laici majores & nobiliores, etiamſi eſſent reges coram Cardinalibus & aliis omnibus, familiares eorum digniores. Comeſtione finita: Papa lavabit manus ut prius: & quilibet Cardinalis ſimiliter ſedendo: ſerviente fundente ſibi aquam. Cardinales autem, qui aſſiſtunt: teneant tobaleam: unus ex una parte, & alius ex alia: & ſic ſibi invicem mutuo ſerviant. Quibus omnibus lotis ſurgunt omnes: & agunt gratias Deo. Deinde Papa

Digitized by Google

à duobus Cardinalibus reducitur ad cameram: Ubi sacris vestibus exutus & discalciatus, quiescit. Cardinales autem & Prælati redeunt ad hospitia sua, æque cum mitris, sicut in comestione steterunt.

CAPUT XI.

De convivio solenni Pontificis cum Cardinalibus & Prælatis.

SEd quoniam majores nostri consueverunt in die coronationis, & feria quinta in Cœna Domini solenne convivium celebrare iisdem ferme cæremoniis, aliquid etiam de solenni Papali convivio hoc loco dicemus. Maxime cum etiam nostra ætate factum sit à Pio secundo, & Paulo item secundo, summis Pontificibus.

Parabitur igitur aula convivii, aulæis, & pannis sericeis aureisque pro temporis, & loci conditione. In capite aulæ erit suggestus, ad quem triplici gradu ascendetur, longus pro latitudine aulæ, in medio surget quadratus thalamus palmi altitudine, super quo mensa paratur Pontificis: apud parietem erit sedes Papalis, ad quam parvo, & deinde magno scabello ascendetur: ornaburque sedes cum panno aureo, pendente supra caput, mensa erit alta ad justam proportionem sedentis: à sinistra super suggestum, parabitur alia mensa pro credentia Papæ cum vasis aureis & argenteis, vino, & aqua, & aliis consuetis. Credentiam appellant mensam, supra quam vasa argentea, sive aurea, ad convivium opportuna præparantur. Et similiter in divinis, supra quam ad sacrificandum necessaria continentur.

Dicitur & Credentia, actus ipse prægustationis cibariorum & aliarum rerum. Hæc exponere voluimus, quoniam crebro in hoc opere de Credentia mentionem facturi sumus. Antiqui Cæremoniarum codices Dressatorium dixerunt. A dextra parte aulæ infra suggestum parabuntur mensæ pro Episcopis, & Presbyteris Cardinalibus; & paulo inferius, pro aliis Prælatis. Et pro Cardinalibus erunt

Digitized by Google

erunt aliquando altiores: & sedilia habebunt gradum unum, super quem tenebunt pedes Cardinales.

A sinistra è regione mensæ Cardinalium, parabitur mensa pro Diaconis Cardinalibus ejusdem altitudinis, & cum gradu. Et inferius aliæ mensæ pro Oratoribus nobilibus; & Officialibus. In fine aulæ, vel in aula præcedente, si erit commoda parabitur magna Credentia cum pluribus gradibus ad magnificentiam, & alia super longam mensam cum vasis; quibus in convivio utentur.

Si huic convivio interesset Imperator paratur pro eo sedes ad dextram Pontificis, & mensa super plano suggestus, super quam solus comedet Imperator. Sedes habebit scabellum parvum viride: & erit ornata panno aureo, non habebit pendentem supra caput: similiter parabitur pro eo credentia juxta credentiam Papæ à sinistris, & ibi erunt familiares Imperatoris pro suo servitio. Si vero adesset rex aliquis, paratur credentia, pro eo paulo remotior ab ea.

Sedes vero nulla paratur: quia sedet in mensa post primum Episcopum Cardinalem. Imperator, sive Rex habebunt tot servitores, quot eis opportunum videbitur. Cardinalibus vero singulis sufficiunt quaterni ministri: quorum unus vinum propinet: alter carnes concidat, alter de cultello fercula inferat, quartus prægustet vinum, & aquam, & alia subministret. Pontifici servire solent nobiliores, qui sunt in curia laici, etiam si sint fratres, aut filii Regum, præsertim in illorum præsentia. Pontifex igitur cum paramentis Pontificalibus si celebravit ille die, usque ad Dalmaticam inclusive, & cum sandaliis indutis, supra Dalmaticam mantò rubro, aperto à parte anteriori, & mitram habens in capite supra favonem, medius inter Diaconos ducitur ad mensam. Cardinales, & Prælati omnes habent superpellicium super rochettum, sive supra vestes sui ordinis, si sint religiosi, & mitram albam in capite: supra superpellicium Cardinales, & prælati seculares, habent mantellum sine cauda apertum à parte ante, & coloris violacei sive obscuri.

Religiosi vero coloris sui ordinis, sed eodem modo apertos. Cæteri omnes in suo habitu quotidiano. Adsunt familiares Pon-

Digitized by Google

tificis & alij ſervitores in copia. Aderunt etiam ſervientes armorum bene ornati cum ſuis baculis argenteis, qui præire debent ante portantes fercula, & removere multitudinem à via. Magiſter ſacri hoſpitii, & Magiſter domus provideant in tempore de modo, & ordine ferculorum, de ſervitoribus, qui prius, & qui poſterius, & quod quælibet menſa habeat præfectos ſuos. Quæ vina primo, quæ deinceps, & per quos ferenda, & ſic de aliis rebus opportunis.

Pontifex remota prius menſa, ad partem ſedeat in ſede cum mitra, & mantum poſt collum apertum, ut nihil ante pectus dependeat. Cardinales, principes, & prælati, & alii convivæ ſtent ante menſas paratas. Nobilior laicus etiam Imperator aut Rex, aquam ad lavandas Pontificis manus, primo ferat hoc ordine. Magiſter ſacri hoſpitii cum Clerico cæremoniarum, quem adeſſe oportet in ordinandis hiſce rebus omnibus, cum ſervientibus armorum. Et ſi Imperator aut Rex aquam ferre debet cum aliquibus etiam Principibus ſociatus, Imperatorem, aut Regem ad credentiam ducit. Si eſt nobilis inferior, ſolus erit, & in credentia aquam prius à miniſtris probatam & prægustatam accipit in pelvibus, ferrque conſuetis cæremoniis ad Pontificem præeunte uno ex auditoribus cum mantili ad tergendum manus. Prior Epiſcorum Cardinalium, & duo Diaconi aſſiſtentes, depoſitis in manibus ſervitorum mantellis, & mitris, ſic in rochetto ſerviunt Papæ, dum lavat, Epiſcopus aquam cum portante infundendo, & Diaconi mantile, quod ab Auditore acceperant hinc inde tenendo.

Dum Papa lavat manus, non prælati ſed laici omnes genuflectunt Cardinales & prælati ſtant capite detecto. Cum Papa laverit, reaptetur menſa ante eum, & tres Cardinales, qui illi ſervierant, capiunt ſuos mantellos, & mitras, & vadunt ad loca ſua: & Imperator: apud ſedem ſuam primo ſtans lavetur ſuis cæremoniis, deinde Domini Cardinales laventur ſtantes ante menſas cum mitris in capite: poſt eos laventur prælati ſtantes ſine mitris, & ſeculares ſi qui ſunt detectis capitibus.

Stabunt ante menſas lavantes eo ordine, quo ſedere debent in menſa, prior Epiſcoporum in capite ad dextram: ſi aderit Rex aliquis

Digitized by Google

quis erit in secundo loco: si plures Reges, mixti erunt cum primis Cardinalibus, primo Cardinalis, deinde Rex successive, si erunt mixti principes, aut filii vel fratres Regum (si non serviunt Papæ) debent sedere inter Diaconos Cardinales, vel post eos, pro eorum dignitate & conditione. Primogenitus autem Regis, quia Rex futurus putatur, post primum Presbyterum Cardinalem erit. Sed nullo modo inter Episcopos. Et hoc tam in conviviis quam aliis publicis actibus, quamvis nostro tempore aliquorum sive ambitione, sive ignorantia aliquando sit servatum contrarium.

Consueverunt antiqui ponere Patriarchas quatuor ecclesiarum principalium inter Episcopos Cardinales mixtim, nostro tempore (credo propter declinationem, sive potius extinctionem illarum, cum sint quodammodo titulares) ponuntur immediate post Cardinales: deinde assistentes Papæ, tum oratores prælati: inde Archiepiscopi, Episcopi, Protonotarii, Abbates, Subdiaconi, Auditores, Clerici cameræ, & Acolythi. Ad sinistram vero erunt Diaconi Cardinales, & cum eis Principes, quos prius diximus (si aderunt) post eos autem, si præsentes erunt, alii principes inferiores, illi tamen qui solent præcedere oratores Regum. Deinde erunt Oratores laici, & non prælati, & cum eis Senator, & tres Conservatores urbis. De aliis autem laicis, qui sunt extraordinarii, nihil ponimus: nam admitti solet ad voluntatem Pontificis & non ordinarie.

Advertat tamen magister domus, ut prius cum Clerico cæremoniarum ponat in scriptis nomina, & ordinem invitatorum ad convivium, & maxime laicorum: & si quæ sunt contentiones de præsidentia, componantur prius, quod si ibi orientur, si nolunt componi, ambo contendentes honeste jubeantur exire si tamen esset colorata contentionis causa, & non temeraria, quia tunc solus temerarius ejiciendus esset.

Quod autem de Imperatore dicimus, intelligimus de Imperatore Romanorum, non autem Græcorum, nam ille, ut Rex tractatur. Poterunt lavari post primos plures eodem tempore. Postquam omnes laverunt, Pontifex benedicit mensam, stans sine mi-

Digitized by Google

tra : & tunc Diaconi assistentes, finita benedictione sedet, imponitur mitra & Diaconi vadunt ad loca sua, & sedentibus omnibus ordine, quo steterant, fercula portantur. Primum ferculum portabit nobilior princeps, sive Imperator, sive Rex sit, secundum alius dignior post eum : & sic successivè : Et si erunt ex illis, qui debeant sedere in mensa, portato ferculo sedeant in loco suo. Et notandum, quod Imperator, Rex, seu maximus princeps, capit ferculum ; quod portare debet ad Pontificem, extra portam aulæ convivii ab aliquo familiari Pontificis illuc apportatum. Alii inferiores pro ferculo ad coquinam vadunt ; Magister sacri hospitii, & Magister domus baculos in manibus tenentes & in habitu sibi condecenti deducunt portantes fercula, quæ quidem fercula ad Pontificem, & Imperatorem tantum cooperta portari debent, aliis autem, etiam Regibus detecta : & similiter vinum. Possunt tamen portari, & maximè Principibus usque ad aulam convivii, & deinde antequam appareant in conspectu Papæ detegere. Item, in præsentia Pontificis nullis omnino fit publice prægustatio nisi ipsi & Imperatori tantum : pro Rege autem, aut maximo principe poterit fieri à suis si voluerint in credentia, vel ubi capiunt fercula. Pro Pontifice & Imperatore fiet ibi unde capiuntur à dantibus & in mensa à portantibus, & de omnibus rebus. Cum primum convivium incipietur, in loco convenienti ponatur pulpitum, & Subdiaconus, sive Capellanus Papæ, aliquid de sacra Scriptura legat usque in finem convivii. Interim cum silentio & sine strepitu omnia administrentur quàm diligentissime. Cum Pontifex biberit, consueverunt omnes astantes, præter Episcopos & superioris dignitatis viros genua flectere, quod servari nostris temporibus vidimus, quamvis in nullo cæremoniarum libro id legerimus. Epulis abunde subministratis fit secunda lotio manuum, & tunc secundus nobilis laicus, portat aquam consuetis cæremoniis. Prior Episcoporum Cardinalium, & duo Diaconi dimissis mantellis, & mitris, ut supra, serviunt. Deinde revertuntur ad loca sua, lavantur, & alii ordine suo, quo supra sedentes tamen, & dum Cardinales lavant, unus servit, alteri de mantili illud explicando, & tenendo dum alius lavat, & sic successivè.

cessive. Ponantur deinde vinum & confectiones, sive species, ut habent antiqui codices: & demum finito convivio lector dicit: Tu autem Domine miserere nostri, nisi sit in cœna Domini: quia tunc non profertur. Tu autem. Surgit Pontifex sine mitra, assistunt ei Diaconi, & reddantur gratiæ, ut in ordinario. Omnibus completis reducitur Pontifex ad cameram suam, & alii ad propria diverti tuntur. Si autem solenne convivium hujusmodi fiet in die, quo Pontifex sacra publice non celebraverit, omnia, ut prædicta sunt, servabuntur, nisi de sacris vestibus. Papa indutus amictu, alba longa, cingulo, stola preciosa, & manto rubro cum parvo caputio subtus; sive si calores erunt sine manto cum caputio tantum ducetur ad mensam, Cardinales & prælati erunt in mantellis consuetis sine superpelliciis, & sine mitris: alia omnia, ut supra. Advertendum tamen, quod nunquam in convivio Pontificis admittuntur mulieres, & etiamsi Imperatrix; Regina, vel Pontificis consanguinea esset.

CAPUT XII.

Quæ mutantur, si coronatio Pontificis fiat extra urbem.

QUæ supra diximus de consecratione, benedictione, & coronatione Romani Pontificis, omnia servabuntur, etiam si extra urbem Romanam fient, præter infra scripta. Cum Papa ad Ecclesiam venerit, ubi ea fieri debent Canonici, & Capellani illius Ecclesiæ illi obviam exibunt processionaliter. Sed non recipientur ad osculum pedis, ut Canonici S. Petri. Intrabit Pontifex in Ecclesiam, & in medio genuflexus orabit versus altare majus. Deinde ibit ad Capellam, ubi paramenta capere debet convenienti spacio ab altari majore distante, ut commode processio possit inde explicari, alia omnia usque ad actum coronationis fient, ut dictum est: sed ipsa coronatio fiet vel supra gradus, vel loco commodiori: & magis in conspectu populi, nam ibi parandus erit suggestus ubi majus erit spacium ad capiendam multitudinem Pontifex ornatus poterit

Digitized by Google

terit equitare cum solenni processione, ut ad Lateranum consuevit, ad aliquam aliam Ecclesiam: & in via fient jactus pecuniarum, & Judæi obviabunt cum lege, respondebitur, & fiet, ut in via ad Lateranum. Et cum pervenerit ad dictum locum descendet, & super sedem in loco honesto sibi in introitu Ecclesiæ praparatam, sedebit, & tunc extrahetur sibi regnum, & imponetur sibi mitra, & astantibus sibi hinc inde Diaconis, & deinde in ordine aliis Cardinalibus, à priore Presbyterorum Cardinalium cum Subdiaconis & aliis officialibus consuetis fient laudes: Exaudi Christe, ut dictum est superius. Tum Pontifex ascendit ad altare majus præcedente clero illius Ecclesiæ, & cantante; Te Deum laudamus, procumbet super faldistorio ante altare majus, ad orationem sine mitra, & finito, Te Deum factaque oratione ascendet ad altare, & benedicet populo: Deinde assumpta mitra ascendet ad sedem eminentem, & dat presbyterium Cardinalibus & Prælatis: Et finitis omnibus vadit ad locum, ubi ordinatum est convivium, vel ad cameram suam, si privatim prandet. Et omnia servantur, ut in urbe, quæ servari possunt.

CÆRE-

Digitized by Google

CÆREMONIALE EPISCOPORUM JUSSU CLEMENTIS VIII. PONTIFICIS MAXIMI

Noviſſime reformatum.

SANCTISSIMI D. NOSTRI DOMINI CLEMENTIS

Divina Providentia Papæ Octavi Conſtitutio.

Super Approbatione, & uſu Cæremonialis Epiſcoporum, & aliorum Eccleſiarum Prælatorum, noviſſime reformati.

CLEMENS PAPA VIII.

AD perpetuam rei memoriam. Cum noviſſime Pontificale antea mendoſum, & corruptum, à piis, & eruditis viris emendari, & reſtitui, & demum ad Epiſcoporum, & aliorum Eccleſiarum Prælatorum communem uſum, & commoditatem divulgari, & in univerſali Eccleſia ab omnibus obſervari mandaverimus; operæ pretium viſum fuit, Cæremoniale Epiſcoporum, omnibus Eccleſiis, præcipue autem Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis perutile, ac neceſſarium, in quo ritus & cæremoniæ celebrandi Miſſas, Veſperas, & alia divina officia, ac in aliis Eccleſiæ functionibus, & actibus, ab eisdem Epiſcopis, ac aliis Prælatis inferioribus in eisdem obſervandæ, ac modus

Digitized by Google

dus etiam præcedenti tam inter personas ipsas Ecclesiasticas, quam etiam inter eas, & laicos similiter servandas continentur, quodque pridem multis mendis respersum fuerat, similiter reformari, & restitui curaremus. Ea propter idipsum Cæremoniale Episcoporum, à nonnullis piis, ac eruditis, in hisce sacris ritibus, & Cæremoniis apprime versatis Viris examinari, corrigi, & in optimam ipsique Pontificali reformato maxime congruentem formam redigi mandavimus. Quod opus cum ea, qua decuit fide, & diligentia jam absolutum fuisse accepimus. Porro reliquum est, ut hujus operis labor, cum, ad quem directus est, finem consequatur. Idcirco Cæremoniale Episcoporum hujusmodi jussu nostro emendatum, & reformatum, motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine perpetuo approbantes, illudque in universali Ecclesia ab omnibus, & singulis personis ad quas spectat, & in futurum spectabit, perpetuo observandum esse præcipimus, & mandamus ac Cæremoniale hujusmodi sic emendatum, & reformatum nullo unquam tempore in toto, vel in parte mutari, vel ei aliquid addi, aut omnino detrahi posse, ac quascunque personas prædictas, quæ sacerdotalia munera exercere, aut alia quæcunque in ipso Cæremoniali contenta facere, aut exequi debent, ad ea peragenda, & præstanda, juxta hujus Cæremonialis formam; & præscriptum teneri, neminemque ex iis, quibus ea exercendi & faciendi munus impositum existit, nisi formulis, quæ hoc Cæremoniali continentur servatis, satisfacere posse, perpetuo statuimus, & ordinamus. Per præsentes autem antiqua Cæremonialia in his, quæ præfato Cæremoniali reformato sunt conformia, minime aboleri, aut abrogata censeri volumus, sed illorum etiam usum (salva reformatione prædicta) permittimus. Non obstante præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac etiam in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis, editis, generalibus, vel specialibus, nec non quarumvis Ecclesiarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, & pari motu, & auctoritate decernimus, ut, qui in Romana curia sunt præsentes, lapsis

Digitized by Google

lapsis duobus mensibus, qui vero intra montes octo, & qui ultra ubique locorum degunt duodecim integre excursis, vel alias, ubi venalium hujus Cæremonialis voluminum notitiam, & facultatem habuerint, sacras cæremonias, & ritus in eodem cæremoniali præscriptos, juxta illius modum, & normam in quibuscunque actibus exercere, & observare teneantur. Ipsarum autem literarum exempla, manu Notarii publici, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut illius Curiæ obsignata, vel in ipsis voluminibus absque prædicto, vel alio quopiam adminiculo, Romæ impressa, eam ubique locorum, & gentium fidem faciant, quam præsentes facerent, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die XIV. Julii MDC. Pontificatus nostri Anno Nono.

M. VESTRIUS BARBIANUS.

Die nona Augusti 1600. supra dictæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valvas Curiæ, & in Acie Campi Floræ, per me Alexandrum Agazzarium, Sanctissimi Domini nostri Papæ Curs.

Jacobus Brambilla Mag. Curs.

Digitized by Google

INDEX CAPITUM PRIMI LIBRI.

Cap. I. *De habitu, & aliis agendis per Episcopos nuper electos.*
Cap. II. *De primo accessu Episcopi, vel Archiepiscopi ad suam Diœcesim, vel Provinciam.*
Cap. III. *De habitu ordinario Archiepiscopi, & Episcopi in sua Provincia, vel Diœcesi, vel civitate.*
Cap. IV. *Quomodo se gerere debeat Episcopus, vel Archiepiscopus circa benedictiones, & alia Episcopalia munia in sua Diœcesi vel Provincia. Et quid, si Legatus Apostolicus, aut Cardinalis non Legatus vel Nuntius, aut aliquis Prælatus ibidem sit.*
Cap. V. *De officio Magistrorum Cæremoniarum.*
Cap. VI. *De Officio Sacristæ.*
Cap. VII. *De Officio Presbyteri assistentis, tam in Vesperis, quam in Missis.*
Cap. VIII. *De Assistentia duorum Canonicorum in habitu Diaconali Episcopo celebrante in habitu ordinario.*
Cap. IX. *De Officio Diaconi in Missa solemni Episcopo, vel alio celebrante.*
Cap. X. *De Officio Subdiaconi in eadem Missa Pontificali solemni.*
Cap. XI. *De Numero, Qualitate & Officio Ministrorum servientium Episcopo in divinis, videlicet de libro, de candela, de baculo, de mitra, de thuribulo, de candelabris, de gremiali, de ampullis & ad abacum.*
Cap. XII. *De Ornatu Ecclesiæ, & præparandis in ea ante Adventum Episcopi.*
Cap. XIII. *De Sedibus Episcopi, Legati, Cardinalium, Prælatorumque, nec non Principum, Magistratuum, virorumque illustrium in Ecclesia collocandis, ornandisque.*
Cap. XIV. *De usu umbraculi, seu baldachini.*
Cap. XV. *De habitu Ecclesiastico Episcopi, & Canonicorum, & de accessu ad Eccclesiam, & reditu eorundem.*
Cap. XVI. *De pallio, & ejus usu.*
Cap. XVII. *De mitra & baculo pastorali.*

Cap.

Digitized by Google

Cap. XVIII. *De reverentiis & genuflexionibus, ſeſſionibus, & ſurrectionibus obſervandis, tam per Epiſcopum, & Canonicos, quam alios quoscunque, ſive in Eccleſia, ſive extra eam. Et de oſculationibus manuum Epiſcopi, vel celebrantis.*

Cap. XIX. *De ordine & modo jungendi, disjungendi, elevandi, tenendique manus per Epiſcopum, vel alterum celebrantem: & quomodo vertere, & convertere ſe debeat ad altare, vel faldiſtorium, vel è contra: & de oſculatione altaris.*

Cap. XX. *De libro tenendo apud Epiſcopum non celebrantem, ſed in Veſperis, aut in Miſſa ſolemni præſentem: & quid ex eo legere debeat.*

Cap. XXI. *De circulis infra Miſſam ſolemnem, quæ coram Epiſcopo celebratur, faciendis ante Epiſcopum, qualiter, & quoties.*

Cap. XXII. *De Concionibus, ſeu Sermonibus infra Miſſam ſolemnem habendis, ſeu poſt Miſſam in funere Epiſcopi, aut alicujus magni viri, & de habitu ſermocinantis.*

Cap. XXIII. *De ordine & modo imponendi thus in thuribulum, illudque benedicendi; & de thurificatione in Veſperis & Miſſis ſolemnibus.*

Cap. XXIV. *De ordine dandi pacem.*

Cap. XXV. *De forma dandi benedictionem ſolemnem ab Epiſcopo, & publicandi indulgentiam, ubi, quoties, & quando.*

Cap. XXVI. *De ſupplendis vicibus Canonicorum, aliorumque miniſtrorum deficientium.*

Cap. XXVII. *De orationibus ſeu collectis, & diverſis earum tonis.*

Cap. XXVIII. *De organo, Organiſta & Muſicis, ſeu Cantoribus, & norma per eos ſervanda in divinis.*

Cap. XXIX. *De Miſſa, quæ ſine cantu ab Epiſcopo celebratur.*

Cap. XXX. *De Miſſa, quæ ſine cantu coram Epiſcopo celebratur in locis ſuæ Jurisdictionis.*

Cap. XXXI. *De Cæremoniis obſervandis in Synodo provinciali, vel diœceſana.*

Digitized by Google

INDEX CAPITUM LIBRI SECUNDI.

Cap. I. *De vesperis solemnibus Episcopo in crastinum celebraturo.*
Cap. II. *De Vesperis solemnibus Episcopo in crastinum non celebraturo.*
Cap. III. *De Vesperis in Ecclesiis Cathedralibus, absente Episcopo, vel in Collegiatis solemniter celebrandis.*
Cap. IV. *De Completorio.*
Cap. V. *De Matutinis præsente Episcopo.*
Cap. VI. *De Matutinis in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis absente Episcopo.*
Cap. VII. *De Laudibus, reliquisque horis Canonicis.*
Cap. VIII. *De Missa solemni Episcopo celebrante.*
Cap. IX. *De Missa solemni, quæ coram Episcopo celebratur.*
Cap. X. *De Vesperis, & Matutinis pro defunctis.*
Cap. XI. *De Missa Pontificali pro defunctis per Episcopum celebranda, & de sermone, & absolutionibus post Missam.*
Cap. XII. *De Missa pro defunctis, quæ coram Episcopo celebratur.*
Cap. XIII. *De Vesperis & Missis in Dominicis Adventus, sive ab Episcopo, sive ab alio, præsente Episcopo, celebrandis.*
Cap. XIV. *De Vigilia Nativitatis D. N. JEsu Christi, & de Matutinis & Missa in nocte celebranda.*
Cap. XV. *De festis, quæ occurrunt usque ad diem Purificationis solemniter celebrandis.*
Cap. XVI. *De Festo Purificationis B. Virginis & benedictione, ac distributione candelarum.*
Cap. XVII. *De Festo Purificationis in Cathedralibus, absente Episcopo, & in Collegiatis.*
Cap. XVIII. *De officio & missa feria IV. Cinerum, Episcopo celebrante, vel non celebrante, sed præsente.*
Cap. XIX. *De eadem feria quarta Cinerum, Episcopo absente, & in Collegiatis.*
Cap. XX. *De Dominicis Quadrag. usque ad Dominicam Palmarum.*
Cap. XXI. *De officio & Missa in Dominica Palmarum.*
Cap. XXII. *De matutinis tenebrarum quartæ, quintæ & sextæ feriæ majoris hebd.*

Cap.

Digitized by Google

Cap. XXIII. *De Officio & Missa feriæ V. in Cœna Domini.*
Cap. XXIV. *De mandato, seu lotione pedum.*
Cap. XXV. *De officio feriæ sextæ in paraſceve, Episcopo celebrante.*
Cap. XXVI. *De eodem officio, Episcopo non celebrante, sed præsente, aut etiam absente, & in Collegiatis Ecclesiis.*
Cap. XXVII. *De Sabbato Sancto Episcopo celebrante.*
Cap. XXVIII. *De Sabbato Sancto, Episcopo non celebrante, sed præsente, vel absente, & in Collegiatis.*
Cap. XXIX. *De Missa solemni in die Paschæ, Episcopo celebrante, & de Communioni generali.*
Cap. XXX. *De eodem Festo Paschæ, Episcopo absente, & in Collegiatis.*
Cap. XXXI. *De Dominicis per annum.*
Cap. XXXII. *De Litaniis, Processionibus majoribus & minoribus, quæ annis singulis fiunt.*
Cap. XXXIII. *De Festo Sanctissimi Corporis Christi, & processione.*
Cap. XXXIV. *De aliis Festis in genere, in quibus est solemniter celebrandum ultra superius expressa.*
Cap. XXXV. *De Anniversariis diebus electionis, & consecrationis Episcopi solemniter celebrandis.*
Cap. XXXVI. *De Anniversario Episcopi proxime defuncti.*
Cap. XXXVII. *De Anniversario omnium Episcoporum, & Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis defunctorum.*
Cap. XXXVIII. *De Ægrotatione, Morte, Funere & Exequiis Episcopi: & de Supplicationibus ad Deum pro opportuna novi Episcopi electione impetranda.*

CÆREMO-

Digitized by Google

CÆREMONIALE EPISCOPORUM

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

De habitu, & aliis agendis per Episcopos nuper electos.

CUm primum aliquis certior factus fuerit se alicui Ecclesiæ Cathedrali, vel majori à summo Pontifice in Consistorio præfectum, sive ille in Curia Romana degat, sive ab ea absens sit, statim curabit sibi amplam coronam in capite decenter formari. Tunc, & non prius super vestem inferiorem talarem cum extra domum exibit induet aliam vestem breviorem apertam, ut per scissuras brachia extrahi possint, quod genus vestis Mantelletum vocant. Vestes autem hujusmodi, erunt vel ex lana, vel ex camelotto coloris violacei, nullo autem modo sericeæ. Præsentes in Curia induti, ut supra, quam primum poterunt, adibunt Summum Pontificem, & ei gratias agent de sua promotione, merita propria extenuando, & dignitatis gradum amplificando, se ipsos, & Ecclesias ipsis commissas humiliter commendando, & tunc è Sanctitatis suæ manibus Rochettum accipient. Visitabunt deinde singulos Illustrissimos & Reverendissimos S.R.E. Cardinales in eorum domibus, eisque officiose gratias agent, se, & suas Ecclesias illis commendando & offerendo. Absentes vero se ipsos Rochetto, & vestibus, ut supra induent, & gratiarum actiones, & Ecclesiarum suarum commendationis officium per litteras, tam apud Summum Pontificem, quam apud Illustrissimos & Reverendissimos Dominos Cardinales peragere studebunt: &, si erunt in propria sua Diœcesi, vel provincia, cum de eorum promotione certum nuntium habuerint, domi & foris utantur loco Mantelleti, Mozzetta ejusdem coloris supra Rochettum; & tam præsentes in Curia, quam absentes utentur, cum

Digitized by Google

cum opus erit, pileo nigro, laneo, ſerico viridi ſuffulto, cum cordulis & floccis coloris viridis. Hæc, quæ de veſtibus diximus, clericis, ſeu Presbyteris ſæcularibus, ſeu regularibus, electis tantum conveniunt. Promoti vero ex regulari ordine non utuntur Rochetto; ſed retinent in veſtibus colorem habitus ſuæ religionis, & deferunt ubique Mozzettam ejusdem coloris, & birettum nigrum, pileo tamen viridi ornato, prout alii non regulares utuntur; ſed Canonici Regulares utuntur etiam Rochetto, prout ante promotionem ad Epiſcopatum utebantur in ſua congregatione, & colore violaceo, ſed non Mozzetta, ut & Presbyteri Sancti Spiritus, & Militiarum Sancti Joannis, Sancti Jacobi, & aliarum, qui tamen ſui ordinis inſignia in veſtibus non deſerant, ſed ejuſdem ordinis crucem ad collum intus pendentem.

CAPUT II.

De primo acceſſu Epiſcopi, vel Archiepiſcopi ad ſuam Diœceſim, vel Provinciam.

ACceſſurus Epiſcopus ad ſuam Diœceſim, vel Archiepiſcopus ad ſuam Provinciam, ante acceſſum poterit aliquas gratias, ſeu facultates à Sanctiſſimo Domino noſtro Papa obtinere, præſertim indulgentiam plenariam pro populo ſuæ primæ Miſſæ præſenti futuro. Inſuper præparabit, quæ in itinere & ingreſſu uſui eſſe poterunt, ut veſtes Epiſcopales ordinarias; Cappam Pontificalem violacei coloris, ſeu ſi regularis fuerit, coloris habitus ſui; Pileum Pontificalem cordulis, ac floccis ſericis coloris viridis ornatum; equi etiam, ſive mulæ ornamenta opportuna; item libros neceſſarios, ubi inter cæteros Pontificale & Cæremoniale; ac paramenta etiam ſacra, quæ pro ingreſſu erunt neceſſaria, id eſt, pluviale album cum ſtola & mitra pretioſa, amictum, albam, cingulum & annulum, niſi ea ad majorem commoditatem à propria Eccleſia ſumere velit. In diſceſſu recitabit in Eccleſia, ſi commode fieri poterit, ſin minus, antequam equum aſcendat, cum ſuis clericis, & famili-

Digitized by Google

liaribus itinerarium; idemque observabit quotidie mane post Missam, antequam equum ascendat, quamdiu erit in itinere: &, si erit Archiepiscopus, quam primum suam provinciam intraverit, faciet ante se deferri crucem per aliquem ex suis cappellanis, imagine sanctissimi Crucifixi ad se versa; & sibi occurrentes subditos, qui genuflectere debent signo crucis super illos facto benedicet, ita enim faciet Episcopus, cum suam Diœcesim intraverit. Cum autem erit unius diei, vel bidui spatio propinquus propriæ civitati, significabit Vicario suo, & Canonicis, ac Capitulo, nec non magistratui & officialibus civitatis diem, & horam sui ingressus, ut possint omnes se præparare, ut ei obviam eant, eumque debito honore prosequantur. Præmittet etiam aliquem ex suis, qui clerum & alios, ad quos spectat, admoneat, ut processionem habendam in hujusmodi ingressu indicent; præparari faciant baldachinum in porta civitatis & deputari, qui illud portent supra Episcopum, ut inferius dicetur. Vias etiam, per quas eundum erit, mundari, ac floribus, vel frondibus conspergi in signum lætitiæ curent. Die præstituta Canonici, & Capitulum cum toto clero debent processionali ritu accedere ad portam civitatis, ibique consistere; Magistratus vero, & officiales cum civibus, & populo obviam ire Episcopo extra portam. Episcopus interim in aliquo Sacello, seu honesto & convenienti loco parum distante à porta civitatis descendat de mula vel equo, ac deposito itinerario habitu, induet Cappam Pontificalem, iterumque ascendet mulam ornatam Pontificalibus ephippiis, & stragula violacei coloris, ac pileum Pontificalem solemniorem in capite geret; atque ita equitabit suis familiaribus, & domesticis ipsum comitantibus usque ad portam civitatis, ubi descendens è mula genuflectet super tapete stratum, & pulvinum paratum, & devote osculabitur crucem sibi per digniorem ex Capitulo pluviali indutum oblatam. Mox surgens in aliquo scabello, vel loco ad id parato accipiet, deposita cappa, paramenta sacra, videlicet amictum, albam, cingulum, stolam, & pluviale album ac demum mitram pretiosam, atque annulum, conscenderque equum serico albo undique tectum & decenter ornatum. Ordo autem procedendi erit.

Equi-

Digitized by Google

Equitabunt primo cives omnes deinde familiares Episcopi, tum Magistratus, & officiales civitatis, Barones, & Principes, si qui aderunt; mox clerus omnis pedibus incedens præcedente sua cruce quem Cantores subsequentur cantantes, ut in Pontificali; Post hos Canonici, & Capitulum Ecclesiæ, & si fuerit Archiepiscopus, antecedet crux Archiepiscopalis, inter quam, & Archiepiscopum nemo erit, nisi dignitates, & Canonici; demum Archiepiscopus seu Episcopus mitratus equitabit sub baldachino, quod portabitur primo loco per magistratum civitatis, deinde per nobiles cives usque ad Ecclesiam, sive per eos, quibus ex consuetudine, vel ex privilegio id convenit. Ipse Episcopus memor erit populo manu dextera aperta & extensa frequenter benedicere, signum crucis faciens. Post Episcopum equitabunt Prælati, si qui erunt, & reliqui togati. Ante portam Ecclesiæ Episcopus descendet ex equo super tapete stratum ibidem extensum, & retenta mitra, capiet asperforium de manu dignioris de Capitulo ante dicti, ut supra induti, quo se, & alios asperget aqua benedicta, incipiendo à digniori, ac ministrante eodem, qui asperforium obtulit, digniore naviculam, imponet in thuribulum, quod aliquis Acolythus tenet, thus more solito benedictum, tum prædictus dignior ex Capitulo accipiens thuribulum de manu Acolythi, stans facta prius profunda capitis inclinatione ante Episcopum, thurificet illum stantem cum mitra, triplici ductu thuribuli; & præcedentibus clero, Canonicis & dignitatibus, atque hymnum (Te Deum laudamus) cantantibus ad altare Sanctissimi Sacramenti, si est aliud ab altari majori, consistet: ibi Episcopus, & remoto tunc baldachino, & deposita mitra, ac facta genuflexione usque ad terram ante ipsum Sanctissimum Sacramentum, genuflectet iterum super pulvino ibidem parato in genuflexorio, & orabit; deinde surget, & facta iterum reverentia accepta mitra cum genuflexione Sanctissimo Sacramento, accipiet mitram, & procedet ad altare majus, ubi ante infimum gradum deposita mitra, faciet cruci super Altare positæ reverentiam, caput profunde inclinando, deinde genuflectet super pulvino, & genuflexorio ibi parato, & orabit: & interim ille dignior, ut supra indutus, accedet ad Altare, & in

Digitized by Google

cornu Epistolæ stans versus orantem Episcopum finito hymno (Te Deum) cantabit ex libro super altare posito Vers. (Protector, &c.) & alia, prout in Pontificali. Cum dicitur (per Dominum nostrum &c.) post orationem, Episcopus surget à faldistorio, & facta altari reverentia, ibit ad sedem suam Pontificalem, in qua sedens recipiet omnes dignitates, Canonicos & alios de Capitulo ad osculum manus, cantoribus interim antiphonam, vel Psalmum aliquem cantantibus, vel organista organum pulsante. Deinde accedet Episcopus ad altare, quod deposita mitra ante infimum gradum & facta interim cruci reverentia, in medio osculabitur, & cantata prius antiphona Sancti tituli Ecclesiæ, vel Patroni civitatis cum suis Versiculo, & Respon. à Choro, vel cantoribus, cantabit ipse in cornu Epistolæ orationem ejusdem Sancti vel Patroni; qua finita, accipiet mitram; ad medium altaris revertetur, & dabit benedictionem solemnem cantando, prout in dicto Pontificali; & cum dicet (Benedicat vos &c.) accipiet manu sinistra baculum pastoralem; &, si erit Archiepiscopus benedictionem dabit capite detecto, renibus altari versis, nisi altare sit ad orientem, habens ante se crucem suam, facta illi prius reverentia. Benedictione data pronuntientur Indulgentiæ per aliquem Canonicum alta voce sub hac forma (Reverendissimus in Christo pater, & Dominus, Dominus N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia hujus Sanctæ Ecclesiæ Episcopus dat & concedit omnibus hic præsentibus quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiæ consueta. Rogate Deum pro felici statu Sanctissimi D. N. Clementis divina providentia Papæ VIII. dominationis suæ Reverendissimæ, & sanctæ matris Ecclesiæ.) Deinde Episcopus facta prius cruci reverentia, assumpta mitra, & apud sedem suam, depositis paramentis, & assumpta cappa, procedet ad locum suæ habitationis, quem dignior ille de Capitulo, dimisso pluviali, & alii Canonici, in habitu Canonicali comitentur, si habitatio erit contigua, vel vicina Ecclesiæ. Si vero distantior, usque ad portam ipsius Ecclesiæ. Quod si adesset aliquis magnus Princeps, qui vellet Episcopum usque ad portam hospitii comitari, debebit Episcopus aliquantulum resistere, non tamen hujusmodi obsequii, & pietatis officium recusare, præser-

Digitized by Google

præsertim si habitationis locus non multum distet, sed ei pro tali humanitate gratias agere. Si contingeret, dum Episcopus ad suam civitatem proficiscitur, transire per aliquem locum insignem suæ diœcesis, vel in eo hospitari, & clerus, ac magistratus ejus loci eum honorare cupiant, permittet quidem, ut ei obviam eant, etiam extra locum, & eum comitentur usque ad Ecclesiam primariam ejus loci, & facta ibi oratione usque ad locum ubi hospitaturus est, non mutato habitu itinerario, sed nulla fiet processio: quando vero Episcopus post ingressum in civitatem propriam voluerit alias civitates, vel oppida insignia suæ diœcesis visitare, conveniens erit, ut prima vice recipiatur cum sacra cleri sæcularis, & regularis processione. Ipse vero non erit mitra, & pluviali indutus, sed equitabit mulam ornatam Pontificalibus ephippiis cum cappa, & pileo Pontificali, & offeretur ei in ponta Crux osculanda, & alia omnia fient etiam in Ecclesia, prout de civitate propria, & primaria suæ diœcesis dictum fuit.

CAPUT III.

De habitu ordinario Archiepiscopi, & Episcopi in sua provincia, vel diœcesi, vel civitate.

EPiscopus postquam ad suam Diœcesim & civitatem, & Archiepiscopus ad suam provinciam, pervenerit, uti poterit vestibus violaceis, sive laneis, sive ex camelotto, superinduta super Rochettum Mozzetta. Et domi eodem utetur habitu, saltem dum fit aliqua congregatio coram ipso Episcopo, vel ordinandorum Examen, vel aliquid simile, ac etiam quoties erunt congregationes coram Metropolitano, dum celebratur Concilium provinciale, quo habitu, scilicet, Mozzetta cum Rochetto discoperto in dictis congregationibus utetur, tam ipse Metropolitanus, quam alii Episcopi provinciales, qui ibidem pro synodo celebranda convenerint. Eodem quoque habitu Episcopus indutus erit, quoties per civitatem, & terras, seu oppida suæ diœcesis incedet. Sed habenda est distinctio temporum; nam in adventu, & incipiendo à Septuagesima per totam quadragesimam, item in omnibus vigiliis, quibus jejunatur,

Digitized by Google

& in quatuor temporibus (exceptis his, quæ incidunt post Pentecosten) ac sextis feriis totius Anni, differens erit vestium gestatio. Quia tunc Episcopum decet uti vestibus laneis, & nigri coloris, excipiendo tamen aliquot dies, quibus signum mœstitiæ ostendi non debet, videlicet à die Nativitatis Domini, & per totam octavam Epiphaniæ, à die Dominicæ Resurrectionis usque ad Dominicam Trinitatis, item per octavas festorum sanctissimi Sacramenti, Assumptionis glorioſæ Virginis Mariæ, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum, & sancti tituli Ecclesiæ Patroni civitatis, ac dedicationis propriæ Ecclesiæ; item in anniversariis electionis & consecrationis ipsius Episcopi; die adventus alicujus magni Principis, vel cum celebratur aliqua publica lætitia: in aliis vero octavis, ut Nativitatis Glorioſæ Virginis, Sancti Joannis Baptistæ, sancti Laurentii, dies tantum octavarum excipiuntur; similiter excipiuntur omnia festa duplicia, quæ per annum incidunt extra Adventum, Septuagesimam, Quadragesimam; sed Annunciationis festo, etiam si infra Quadragesimam occurrat vestibus violaceis uti debent. Hæc, quæ dicta sunt, circa vestes quotidianas observanda sunt. Quoad cappas vero, quibus Episcopi in Ecclesiis utuntur, id erit observandum, ut regulariter sint laneæ, & violaceæ, & non alterius coloris. In solemnioribus tamen festis, quæ in rubricis Breviarii primæ classis vocantur, dempto triduo ante Pascha, poterit Episcopus etiam uti cappa ex camelotto coloris violacei, nullatenus alterius coloris, quibus quidem cappis pelliculæ albæ circa collum, & pectus, de more consuetæ sint, quæ deinde vigilia pentecostes seu pro diversitate locorum citius aut tardius prout Episcopo opportunum videbitur, præintimatis etiam Canonicis, qui cappis utuntur, quo die mutari debeant, removentur, & loco pellicularum sericum rubrum apponitur. Canonici vero regulariter in Ecclesiis, ubi illis utuntur, eas omnino deponunt, & loco earum assumunt cortas supra Rochettum, sed in Ecclesia propria uti debent cappa coloris suæ religioni convenientis, pellibus, seu serico ejusdem coloris suffulta. Excipiuntur ab hac regula, uti dictum est, Canonici Regulares, qui Rochetto utuntur, & cosore violaceo,

Digitized by Google

violaceo, ut & Presbyteri sancti Spiritus, & Militiarum sancti Joannis, sancti Jacobi, & aliarum. Omnes autem tam seculares, quam Religiosi Episcopi galero utuntur à parte exteriori nigro, cui ab interiori sericum coloris viridis suffulciatur, cordulis pariter, & floccis sericeis viridibus ab eo pendentibus. Galerus quoque duplicis formæ habendus est, alter quo in solemnioribus equitationibus utuntur ejusdem formæ (præter colorem) quo illustrissimi, & Reverendissimi Cardinales Pontificaliter equitantes uti consueverunt, alter simplicior, uterque ex lanâ, ac serico viridi exornati. Extra diœcesim, & Ecclesiam suam Episcopi non utuntur cappa, præterquam in Romana Curia, cum in divinis Pontifice Maximo, vel sacro Cardinalium Collegio præsente assistunt. Dum ita agunt, utuntur brevioribus vestibus cum manicis sub genu per palmam, vel ultra protensis, coloris temporum diversitati convenientis, ut supra explicatum fuit, circa collum vero fasciam sericeam coloris nigri, latitudinis duorum palmorum, vel circa, longitudinis ferè ad mensuram vestium pendentium habere consueverunt. In diœcesi autem, vel provincia Mozzetta superinduenda est.

CAPUT IV.

Quomodo se gerere debeat Episcopus, vel Archiepiscopus circa benedictiones, & alia Episcopalia munia in sua diœcesi, vel Provincia. Et quid, si Legatus Apostolicus, aut Cardinalis non legatus, vel Nuntius, aut aliquis Prælatus ibidem sit.

QUando Episcopus ambulat, vel equitat per suam civitatem, vel diœcesim manu aperta singulis benedicit, &, si est Archi-Episcopus crucem etiam ante se deferri facit. In Ecclesiis vero suæ diœcesis, vel Provinciæ etiam exemptis dabit benedictionem solemnem; aliaque omnia ad officium suum pertinentia faciet, prout passim suis locis declarabitur. Sed si contingat Cardinalem legatum de latere esse simul cum Episcopo, vel Archepiscopo in ejus diœcesi, vel provincia, abstinebit Episcopus non solum à benedictionibus solemnibus, sed etiam privatis; & si erit Archi-Episcopus, nullatenus permittet ante se deferri crucem; etiamsi ipse Archi-Episco-

pus

pus esset Cardinalis. Quod si esset præsens Cardinalis non Legatus una cum Episcopo non Cardinali, abstinebit simili modo Episcopus non celebrans, ab omnibus benedictionibus, nec crucem sibi præferri permittet, si erit Archiepiscopus remittens omnia munia Episcopalia exercenda ipsi Cardinali præsenti: celebrans vero Episcopus debet per aliquem suum Capellanum Cardinali præsenti significare, ut omnia prædicta munia exercere, & benedictionem dare dignetur: Quæ si Cardinalis facere & exercere ex urbanitate noluerit; poterit Episcopus celebrans prædicta omnia adimplere. Si vero Episcopus ipse esset etiam S. R. E. Cardinalis, & non celebraret præsente alio Cardinali, debet ipse Cardinalis Episcopus alium Cardinalem præsentem rogare; ut omnes benedictiones Thuris, aquæ & Ministrorum faciat, ac in fine populo solenniter benedicat. Quæ si Cardinalis præsens facere recusaverit, poterit ipse Cardinalis Episcopus prædicta omnia vel remittere ad celebrantem, vel ipse exercere; dummodo quando in fine populo solemnem benedictionem daturus erit, non stet apud sedem; sed propter reverentiam Cardinalis præsentis accedat ad altare, & inde populo solemniter benedicat. Si vero ipse Cardinalis Episcopus celebraret præsente alio Cardinali non Legato, omnes benedictiones, & alia munia Episcopalia dabit, & exercebit ipse Cardinalis celebrans. Sed propter adventum alterius Episcopi non cessabit obire sua munia prædicta; nec relinquet sua insignia, licet in cæteris eum honorifice tractare, & recipere debeat; ac domi ponet eum à dextris, secus extra domum. Si erit præsens Nuntius Apostolicus, habens in eo loco facultates Legati de Latere, Episcopus ab eisdem abstinebit, à quibus illi cavendum esse dictum est præsente Cardinali non legato. Sed si non habeat ejusmodi facultates, sed sit simplex nuntius, aut Collector generalis, vel etiam si habeat facultates, non tamen in ea civitate, vel loco ditioni Episcopali subjecto; Episcopus fungetur officio suo neque ob ejus præsentiam sua munia intermittet. Ut autem Episcopus commodius sua munia Episcopalia exercere valeat, puta consecrare, ordinare, conficere Oleum sanctum, & similia facere, ex urbanitate Legatus, seu Cardinalis, Nuntius, aut Metropolitanus

Digitized by Google

politanus in civitate præsentes hujusmodi actibus intervenire non curent: ne ob eorum præsentiam, & dignitatem, vel Episcopus à necessariis functionibus Episcopalibus abstinere cogatur, vel saltim interposita mora, & majori cum difficultate actus prædicti executioni demandentur. De Gubernatoribus vero civitatum præsentibus, præeminentia semper sit Episcopi, tam intra, quam extra Ecclesiam. Magistratus vero & alios Magnates, & viros nobiles, & præcipue principes magnos, & potentes, Episcopus pro eorum qualitate, & gradu honorabit, non tamen ob eorum præsentiam cessabit unquam à suo officio, neque ita illis sese submittet, ut qui patris locum tenet, ministri munus subire videatur; sed memor sit dignitatis suæ, quæ tantopere illi ex Tridentini Concilii gravissimo decreto commendatur.

Si vero Episcopus obviam iret alicui Cardinali Legato, vel non Legato ad ejus Civitatem advenienti, usque ad portam, vel extra eam, vel etiam si cum eisdem per urbem incideret, induet supra Rochettum Mantelletum, & abstinebit à delatione crucis ante se, si erit Archiepiscopus, ob reverentiam officii, & dignitatis illius. Et, si erit Cardinalis Legatus, abstinebit etiam ab usu Mozzettæ, secus si alicui maximo Principi, aut dignissimo Prælato, vel Nuntio Apostolico obviam iret, quo casu non mutat habitum. Equorum autem, seu mularum stragulæ, & phaleræ, & ornamenta Episcopo equitante ex panno laneo coloris nigri, seu violacei, ut supra, plus, minusve composita erunt, prout ipse Episcopus solemnius aut simplicius equitabit, nisi paratus Pontificaliter equitabit.

CAPUT V.

De officio Magistrorum Cæremoniarum.

ANtequam Cærimoniarum regulæ, & usus explicentur, de ipsis Cærimoniariis, quorum ministerio, & cura Ecclesiastica munia obeunda sunt, statuendum est. Curabit ergo Episcopus, ut duo, si fieri possit, de gremio suæ Ecclesiæ adsint, & statura corporis convenienti, & multo magis scientia, & bonis moribus præditi,

diti, experti, & dociles ad hujusmodi onus assumantur: quorum primus vigesimum quintum saltim attingat annum, sitque in Presbyterali ordine constitutus, bonis artibus instructus, & si fieri posset, Juris Canonici, vel Theologiæ intelligentiam habeat, divinorum officiorum ac rituum Ecclesiasticorum assiduus, & diligens perscrutator. Is erit inprimis sollicitus circa personam Episcopi, aliarumque personarum dignitate, aut nobilitate præstantium; ut eis præsto sit si quid petant, aut si qua de re admonendi erunt; ac nihilominus omnia circumspiciat, singulorum munia perpendat. Quando autem erunt celebranda officia, quæ non ita frequenter occurrunt, & quæ solemniori ritu, apparatuque peragi solent; præsertim quando ad ea accederent magni viri, ut Cardinales, Principes, Duces, & similes, per diem, aut plures dies antea præsens videat, & intelligat, an omnia recte disposita, & ordinata sint, quæ ad celebrationem spectant: nempe an Ecclesia, altare, abacus, sedes Pontificalis, Canonicorum, Magistratumque sedilia sint decenter apparata, ornataque, an cætera ad ipsius celebrationis actum necessaria, ut sacræ vestes, paramenta, & vasa, candelabra, cerei, funalia, aliaque utensilia sint suo quæque loco præparata, & congrue disposita juxta normam, & regulas, quæ sequentibus Capitulis tradentur: nec gravetur aliquando (cum viderit necessarium) etiam suis manibus adjuvare ministros, cæterosque omnes, quorum opera uti oportebit: præmoneat, atque instruat, quos opus fuerit, exhibitis etiam schedulis: si quid enim erroris accidat, aut incaute fiat, ipsi uni Cærimoniario imputari solet. Alter vero junior, qui saltem in Sacro ordine sit constitutus, præcipuam curam geret circa personam celebrantis, ac ministrorum illius: cumque opus erit aliquos ducere, aut reducere, faciat id modeste, & discrete summissa voce, ac solo nutu, si fieri possit quæcumque agenda sint, demonstrans: non discurrat velociter, non caput volvat: aut manus jactet indecenter. Caveat demum, ne in suis actibus affectationis vitio notetur, sed quicquid agat, cum gravitate, & congruenti mora, ac cum decoro corporis gestu, ita peragere curabit, ut cæteris devotionem, & reverentiam pariat, ipseque ab omnibus commendari mereatur. Unus tamen

tamen alterius defectum, cum opus erit modestia, ac silentio corrigere, & supplere studeat. Ambo simul conveniant, antequam in ipso rei gerendæ actu sint; prævideant quæ sint agenda, ac onera inter se partiantur, concordesque sint, ne reprehendi ab aliis jure possint, qui docere & instruere omnes debent. Satius est enim unum, quam plures esse, nisi fuerint concordes. Eorum habitus sit honestus, & clericalis, ipsaque vestis inferior, ubi commode fieri possit coloris violacei, super quam, dum divina officia celebrantur, cottam mundam induent. Ad eorum quoque officium spectabit, præsertim ubi non adest particularis magister chori, curare, ut intra chorum nulla fiant colloquia, nec sint, qui risu, aliove incomposito, seu minus modesto actu rem divinam turbent; non qui cum cæterorum scandalo dormiant; litteras, aut alias scripturas legant: sed nec libros, aut ipsum breviarium, aut Diurnum in manibus habeant, ut ex illis privatim horas, aut orationes recitent, sed illas alta voce una cum choro dicant, aut cantent, & ad id librum habere permittantur. Ne quis gestum aliquem ab aliis differentem demonstret, ut cum alii stant, quis sedeat, vel genuflectat, vel è contra: sed detur opera, ut omnes uniformi ritu attente, devote, & reverenter divinis ministeriis atque officiis assistere, eaque toto cordis affectu admirari, & contemplari videantur: ac silentium diligenter servetur. Quæ omnia ut sine contradictione quietius perficiantur, Episcopi cura erit, omnes tam Canonicos, quam alios de Choro præmonere, ut ipsis Cærimoniariis in his, quæ ad cultum divinum spectant, sine contradictione obediant; nec tantum eorum verbis acquiescant, sed ut oculos in ipsos convertentes observent, & illico illis nutu, aut levi aliquo signo, vel intuitu quod agendum sit, significantibus, statim pareant. Alia vero nonnulla, quæ ad ipsum Cærimoniarium officium spectant, velut thuribulum deferre ad Episcopum: & ad altare ducere, & reducere Diaconum, & Subdiaconum, aliosque omnes tam majores, quam minores ministros, quorum opera in re sacra, aut alibi requiritur, inferius suis quæque locis in operis cursu exponentur. Si Ecclesia sit ampla, & numero clericorum, ac beneficiatorum abundans, possent arbitrio Episcopi,

Digitized by Google

aut juxta consuetudines Ecclesiarum aliqui ex ejusdem Ecclesiæ gremio subministri adhiberi, qui in aliquibus casibus, tam in choro, quam extra ipsos Cærimoniarios adjuvarent: velut, indicendo silentium populo, atque occurrendo, quoad valerent, tumultui & scandalis, quæ forte in ipsa Ecclesia oriri possent, atque etiam circumspiciendo per totam Ecclesiam, ne quid indecenter fiat: neve extinguantur lampades, & cerei: aut ne flamma ex cereis ultra modum profluat, vel quid indecorum super altaria, aut aliis in locis eveniat. Item viros à mulieribus, cum commode fieri potest, distinguendo, & separando, ordinem sessionum inter laicos advertendo, eosque admonendo, quando surgere, vel genuflectere debeant; aliaque hujusmodi providendo, & operando, prout opportunum erit: atque à dictis duobus Cæremoniariis cum opus erit admonebuntur, quibus præterea subditi, & obedientes esse debeant, & ut ab omnibus cognoscantur, eorumque officium commodius ac majori cum auctoritate exercere, & exequi valeant, posset eis concedi usus aliquarum ferularum serico, vel panno tectarum, cum aliquibus ornamentis aut insignibus sancti Patroni, vel Ecclesiæ, vel Episcopi componendarum, quas semper manibus gestarent. Ut autem ipsi Cæremoniarum magistri necessariis rebus pro victu, & vestitu juxta eorum statum non indigeant, animumque diversis curis, & perturbationibus defatigare, & distrahere non cogantur, sed à cunctis aliis negotiis remoti omni studio, & diligentia, ac toto pectore in commissam ipsis curam, & munus suum facilius incumbere possint, providebit Episcopus, ut ipsis constituatur aliquod certum, & competens stipendium & insuper, ut eis applicentur emolumenta aliqua extraordinaria; item aliquibus privilegiis, & prærogativis decorentur: ut promtiori animo suo muneri satisfaciant, ac libros necessarios sibi parare possint: Videlicet, Pontificale, Cærimoniale Romanum, Cærimoniale Episcoporum, librum de myster. Missæ Innocen. Papæ III. Rationale divinorum officiorum, Joan. Stephanum Durantum de ritibus Ecclesiasticis, diversosque alios autores de officiis divinis tam antiquos, quam recentiores, aliosque plures, quos sibi opportunos judicabunt, ut non solum actione, & opere sint parati,

sed

Digitized by Google

sed etiam cum opus fuerit de his, quæ sunt, rationem reddere, quoad ejus fieri possit, valeant.

CAPUT VI.

De officio Sacristæ.

OFficium Sacristæ in singulis Ecclesiis cathedralibus, & collegiatis perneccessarium est; Idcirco in Sacristam eligendus est, qui ad hujusmodi officium fideliter, & strenue exercendum idoneus, & aptus merito censeri possit. Assumendus autem est de gremio ipsius Ecclesiæ, vel aliunde, prout magis expedire videbitur, qui in sacerdotali ordine sit constitutus, & cui præsto esse debebunt alii clerici coadjutores, plures, vel pauciores pro Ecclesiæ necessitate, & facultatibus. Ejus præcipua cura erit, ut paramenta sacra, vasa, libri, cerei, ornamenta, instrumentaque pro usu Ecclesiæ, & altarium ac reliqua præterea suppellex Ecclesiastica sana, integra & munda conserventur: easque cum attrita, aut lacerata erunt, renovari, apparariique procuret. Sed imprimis (ubi alias talis cura peculiariter non sit commissa alteri) diligentissime curabit, ut ea, quæ ad sacrosanctæ Eucharistiæ cultum, & honorem spectant, nitide conserventur, locusque seu tabernaculum, ubi custoditur, diligentissime, & fidis clavibus obseretur: lampades circa illam nunquam non ardeant: illaque saltem semel in hebdomade mutetur & renovetur; ad infirmos debita cum reverentia, & honore deferatur. Pariter ac circa fontem baptismalem & sacri Chrismatis, aliorumque sacrorum oleorum conservationem diligentissimam curam adhibebit juxta præscripram sibi ab Episcopo, & aliis, ad quos spectat, normam. Et quod ad sacrum oleum infirmorum attinet, procuret illud in vase ab aliis separato custodiri, illudque solum ab aliis sejunctum ad unguendos ægrotos deferri. Idem & de Sacris Sanctorum reliquiis dicitur, ut scilicet fideliter, & honorifice asserventur. Aqua benedicta singulis saltem hebdomadis renovetur, ac denique ut tota Ecclesia, & singula illius sacella, & altaria semper munda, & nitida sint, ne per incuriam obsordescant. Curabit etiam pro temporum dierumque festorum qualitate, ut ea decenter ornentur, prout latius infra Cap. de

Digitized by Google

Ecclesiæ ornatu dicetur. Cum Missæ, & cætera divina officia solemniter celebranda erunt, sive per Episcopum, sive per alios, ipse peculiarem curam geret, ut altare majus, credentia, tribuna, chorus, & Secretarium, ubi Episcopus sacris vestibus paratur, necessariis rebus, & ornamentis, quæ in eodem Capitulo exprimuntur opportune instruantur, ne eorum aliqua deesse contingit: in quibus perquirendis, & expectandis indecenter, atque incommode tempus teratur. Aderit apud altare in cornu Epistolæ, cum oblata erunt offerenda, & prægustabit de hostia, vino, & aqua, porrigente Diacono. Ad eum etiam spectat, ut per campanarum sonum indicentur horæ Vesperarum, Matutinarum, & Missæ, ac reliquarum horarum Canonicarum: item cum in Missa majori elevatur sanctissimum Sacramentum, vel quando illud ad infirmos deferendum est: & ut matutino, meridiano, ac vespertino tempore diebus singulis, salutationis Angelicæ signum detur. Demum, ut ab ipsa Sacristia laicorum nimia frequentia, indecentes sermones, jurgia, rixæ, actusque profani removeantur, diligentiam adhibeat, ut Sacerdotes Missas celebraturi opportuno tempore, & ordine exeant, pro populi, personarumque concursu. Ad ipsum spectabit eleemosynas, quæ pro Missis celebrandis dantur custodire, & adnotare in libris Sacristæ, & inter illos, ad quos spectat distribuere. Habeatur tabella, in qua descriptæ sint missæ, & anniversaria infra annum statutis diebus celebranda, ut omni exacta diligentia benefactorum intentioni satisfiat. Invigilet idem Sacrista, ut mantilia, pro manibus Sacerdotum, qui celebraturi sunt, in promptu habeantur, eaque sint munda, & nitida: Omniaque alia providere studeat, quæ secundum Ecclesiæ ritum, & consuetudinem providenda erunt. Ut vero magis accurate tam Sacrista, quam ipsius adjutores munus suum adimpleant, optime factum erit, si unus, vel duo, ex Canonicis eis præficiantur singulis annis, vel sæpius, uti plus expedire videbitur, mutandi, ut sic per vices de rebus Ecclesiæ notitiam assequantur.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT VII.

De Officio Presbyteri assistentis, tam in Vesperis, quam in Missis.

INter omnes Episcopi Ministros, qui ei in divinis assistunt, & serviunt, primus & dignior est Presbyter assistens, qui idcirco debet esse dignior ex Presbyteris, tam Canonicis, quam dignitatibus, qui in Choro cum aliis sedere solent; nec refert, nomine nuncupetur, an Archidiaconus, an Archipresbyter, sed attenditur, ut sit dignior omnino ex omnibus, & in Sacerdotio constitutus, atque in Sacerdotalibus officiis expertus, ut digne, & decenter officium suum exercere valeat, & opportune Episcopo rem divinam agenti ministrare possit. Igitur Episcopo officium in Vesperis facturo ipse simul cum aliis Canonicis capiet paramenta, videlicet, amictum super Rochetto, aut cotta, & super eo pluviale tempori congruum, sine tamen formalio ad pectus, & cum Episcopo paratus erit sacris paramentis, ipse imponet ei annulum. Cum vero Episcopus primam Antiphonam erit intonaturus, ipse librum supra caput sustinere debet, quem ministri alias de libro, & candela servientes adjuvabunt. Intonata ergo prima Antiphona, eaque per Choram completa, inceptoque primo Psalmo, sedebit in aliquo scabello, vel sede prope Episcopum, ante ipsius faciem à dextris, vel à sinistris, prout loci situs patietur; regulariter tamen à dextris, dummodo nec altari, neque Episcopo genes directe vertat, sed maneat semiversus. Tertiam Antiphonam ipse Presbyter assistens stans in eodem loco, ac præintonante sibi illam Subdiacono, vel alio Ministro, intonabit voce intelligibili. Cum Episcopus erit intonaturus Hymnum, eodem modo librum sustinebit, prout de prima Antiphona dictum est: quo intonato, redibit ad locum suum, stans ibi usque ad finem hymni. Idem faciet, cum Episcopus intonabit Antiphonam ad Magnificat, qua intonata, & Episcopo sedente, capiet naviculam incensi de manu Acolythi, eamque cum cochleari prius deosculato, ac manu quoque illius osculata, porriget Episcopo, ut

Digitized by Google

ut ex ea imponat incensum in thuribulum more solito, dicens: (Benedicite. Pater Reverendissime) quo facto reddet Acolytho naviculam & expectabit stans quousque inchoetur Magnificat; quo cantico incepto, sequetur Episcopum ad altare euntem, ubi postquam ille osculatus fuerit altare offeret ei thuribulum ab Acolytho acceptum, cujus catenulatum summitatem ipse manum dextera tenens eamque, deosculans ad sinistram Episcopi porriget; thuribulum vero quod ipse manu sinistra sustinet in dextra Episcopi collocat, quam deosculatur, & dum Episcopus thurificat altare, elevat illi partem dexteram pluvialis, ne eum thurificantem impediat: ac finita thurificatione stans in cornu Epistolæ recipit thuribulum de manu Episcopi, osculando prius ejus manum dexteram, illudque Acolytho dat. Cum Episcopus redierit ad sedem suam, tunc ipse stans ante infimum gradum solii Episcopalis, recipit thuribulum de manu Acolythi, & thurificat triplici ductu Episcopum stantem cum mitra, cui Episcopus benedicit, ac rursus deposito thuribulo in manu Acolythi, ipse accedit ad sedem suæ assistentiæ, & ibi stans thurificatur à Subdiacono, vel, eo deficiente, ab Acolytho duplici ductu thuribuli. Cum Episcopus cantaturus est orationem, accedit, & sustinet librum, ut aliàs, deinde revertitur ad locum suum. Cum vero Missa solemnis ab Episcopo erit celebranda, ejus præcipua cura erit, totam Missam prævidisse, omnesque cæremonias, & actus, quos Episcopus facturus est, observasse, ac signacula in libro missali, in quo lecturus est Episcopus, locis congruis disposuisse, ut præsto illi esse possit, suggerendo illi submissa voce, vel modeste nutu indicando, si in aliquo forte, vel memoriæ lapsu, vel alia de causa deficeret, aut titubaret præsertim apud altare, dum sacrosancta mysteria peragit. Igitur ipsa die qua Missa celebranda erit, cotta, vel habitu suo Canonicali indutus, postquam Episcopum ad Ecclesiam venientem comitatus fuerit, opportune aderit apud eum in secretario: & incepta hora tertia, atque incipiente Episcopo legere Psalmos (Quam dilecta &c.) cum aliis sequentibus, ipse ad ejus sinistram stans alternatim respondebit, duobus quoque Diaconis assistentibus pariter cum ipso respondentibus, & circa finem Tertiæ induet se pluviali

Digitized by Google

pluviali, & ſic paratus ſuſtinebit librum ſupra caput, *cum Epiſcopus cantabit* Orationem Tertiæ: & lavante Epiſcopo manus, porriget & mantile ad tergendum: poſt lotas, & terſas manus Epiſcopi, reponet annulos ordinarios in ejusdem Epiſcopi digitos cum debitis oſculis, ſi quos ante lotionem depoſuerat. Epiſcopo omnibus ſacris paramentis induto, ac ſedente, imponet annulum Pontificalem in digitum annularem dexteræ manus illius, annulo, & manu prius deoſcularis, mox naviculam incenſi cum cochleari eidem miniſtret, ut imponat thus in thuribulum, antequam à Secretario diſcedat. Cum autem Epiſcopus procedit verſus altare, ipſe ante illum incedit ad dexteram Diaconi Evangelium cantaturi, & cum Epiſcopus ante infimum gradum altaris facta cruci reverentia, incipit confeſſionem, ipſe ad ejus dexteram ſtans reſpondebit ſimul cum Diacono ſtante à ſiniſtris, & cum dicat in Confeſſione (*Tibi Pater, & Te Pater*) profunde verſus Epiſcopum caput inclinabit. Finita confeſſione, & oſculato per Epiſcopum altari, dum Subdiaconus in cornu Evangelii porrigit librum Evangeliorum oſculandum Epiſcopo, ipſe adjuvat, manum ad librum apponendo, deinde retrahit ſe cum libro extra cornu Evangelii, dum Epiſcopus thurificat altare; & redeunte Epiſcopo ad ſedem ſuam, ipſe eum ſequitur, & apud eum ſtat. Cum Epiſcopus, lecto introitu Miſſæ, dicit (*Kyrie eleiſon*) ipſe ſimul cum eo, ac duobus Diaconis aſſiſtentibus idem dicit; ſedente vero Epiſcopo, & ipſe ſedet ſuper ſcabellum ſeu ſedem à dextris, vel à ſiniſtris, prout ſupra de Veſperis dictum fuit. Si vero forte Epiſcopus celebrans non in ſede propria, ſed in faldiſtorio ſederet, ut, quia adeſſet legatus, vel alius Cardinalis, tunc ipſe Presbyter aſſiſtens ſedebit in aliquo ſcamno prope altare verſus cornu Epiſtolæ ſimul cum Diacono, & Subdiacono; ſuſtinebit deinde librum ſupra caput, cum ex eo Epiſcopus erit cantaturus Orationem (*Gloria in excelſis, & Credo*) quæ cum eo, & duobus Diaconis aſſiſtentibus ſummiſſa voce proſequitur. Adjuvabit eodem modo, prout de prima lotione dictum eſt, ad lotionem manuum, quoties opus erit in Miſſa, id eſt, poſt offertorium, poſt oblationem, & poſt communionem. Si ſermo habebi-

Digitized by Google

tur per Episcopum, ipse sedebit à dexteris Episcopi cum Diacono, si Episcopus erit in faldistorio ante altare; si vero habebit sermonem in propria sede, sedebit in scabello, vel sede suæ assistentiæ; & finito sermone, ac confessione per Diaconum decantata, ipse indulgentias pronuntiabit in forma, prout suo loco dictum fuit. Si vero sermo habendus erit per ipsum Presbyterum assistentem, vel per aliquem Canonicum, qui eo casu servire debet Episcopo in officio Presbyteri assistentis cum pluviali, etiamsi non sit ex antiquioribus, & dignioribus Canonicis, finito Evangelio, accedet ad osculum manus Episcopi, & profunde inclinatus ab eo petet benedictionem, & sic paratus ascendet ambonem, sive pulpitum, & sermonem habebit; ac finita confessione per Diaconum, ipse in eodem pulpito adhuc stans publicabit indulgentias in forma. Lecto per Episcopum offertorio, ac lotis manibus, ipse portabit librum cum pulvino ad altare, comitante Cærimoniario; vel promittit ministrum de eo servientem, ut ipse præsto sit ad lotionem manuum Episcopi. Cum Episcopus revertitur ad altare, ipse à sinistris illum gradus altaris ascendentem adjuvat; & cum erit apud altare, accurate; & opportune demonstrabit Episcopo omnia, & singula, quæ ex libro erunt legenda, ea digito indicando. Dum autem Episcopus oblata, & altare thurificabit, ipse sumto libro Missali cum pulvino, retrahet se extra cornu Evangelii, ne thurificationem impediat; & finita thurificatione altaris, reponet librum cum pulvino super eo, ostendens ex illo, quæ successive erunt dicenda, ac dicet simul cum Episcopo (*Sanctus, &c.*) nec genuflectet, nisi cum elevatur sacramentum, & cum Episcopus ipse genuflectet. Dicit (*Agnus Dei, &c.*) cum Episcopo celebrante, & Diacono; quo dicto, locum permutat cum Diacono: ipse enim accedit ad dexterum, Diaconus vero ad sinistrum latus Episcopi, cui relinquit curam libri. Ipse vero Presbyter assistens dicta per celebrantem Oratione (*Domine Jesu Christe, qui dixisti, &c.*) genuflectit, & statim surgit osculando altare simul cum celebrante, qui sinistram genam suam cum sinistra ipsius Presbyteri assistentis jun-

Digitized by Google

jungens dat ei pacem dicens: (*Pax tecum*) cui ipse respondet: (*& cum Spiritu tuo*) Et iterum ante sacramentum genuflectens, & statim surgens recedit cum Cærimoniario ad pacem dandam in Choro, juxta ordinem in suo particulari capitulo descriptum. Advertat autem, ne cui quam Canonico, neque altari, etiam Principi, quantumlibet magno, prius quam ei pacem det, ullam reverentiam faciat, sed solum post datam ei pacem: quæ reverentia solis Canonicis, Magistratui & Principibus convenit, quando assistens, qui pacem defert, est Canonicus. Dum autem eundo, vel redeundo ad chorum transit ante Episcopum, vel altare, servabit debitas reverentias, & genuflexiones, prout ei à Cærimoniario monstrabitur, ac prout latius in capitulo de reverentiis exprimitur. Data pace, quibus per ipsum danda est, dat eam ultimo loco Cærimoniario, qui eum duxit; & redit ad altare, ubi transfert librum à cornu Evangelii ad cornu Epistolæ; nisi jam translatus esset à Diacono; & adjuvat lotionem manuum Episcopi, ut alias; deinde redit ad librum, ostendens Episcopo cetera, quæ superfunt. Et, data benedictione, si indulgentiæ non fuerint publicatæ, quod contingit, quando non fuit habitus sermo, eas tunc petita prius licentia ab Episcopo publicat in forma. Episcopo vero non celebrante, sed Vesperis, aut Missæ solemni per alterum cantatæ præsente, tunc Presbyter Canonicus dignior post dignitates assistat, prout & duo Canonici Diaconi, sed in habita Canonicali sine paramentis, cujus officium tunc erit ministrare Episcopo naviculam incensi, quoties benedicendum, & in thuribulo ponendum erit; & eundem Episcopum thurificandi post Evangelium, & post oblata, post Agnus Dei accipere pacem, eamque deferre Episcopo, qui statim eam dat duobus Diaconis assistentibus, ipse vero reversus ad sedem suam illam dabit Subdiacono, qui eam ceteris det, nisi celebraret aliquis Prælatus, qui haberet proprium assistentem, quem tali casu convenit pacem accipere à Canonico Presbytero assistente, & distribuere ceteris: & habebit locum idem Presbyter assistens prope sedem Episcopi in scabello, ut alias, usque dum inchoatur præfatio, nisi

Digitized by Google

dum fiunt circuli, ad quos ipse accedit cum aliis, & dum habetur sermo, quo tempore accedit cum aliis ad locum suum.

CAPUT VIII.

De assistentia duorum Canonicorum in habitu Diaconali, Episcopo celebrante, vel eo non celebrante in habitu ordinario.

EPiscopo, sive ipse Missam celebret, vel ad Vesperas officium faciat, vel si illis tantummodo sit præsens, convenit duos assistere Canonicos, qui, si in Ecclesia sint distincti ordines, seu præbendæ Presbyterales, & Diaconales, erunt duo primi Canonici, ex ordine Diaconali. Quod si forte in aliqua Ecclesia, nec dignitates, nequc ordines distincti essent, tunc erunt duo primi Canonici, vel dignitates immediate sedentes post primam dignitatem, vel primum Canonicum. Hi autem, si Episcopus celebret, aut officium faciat, induti esse debent habitu Diaconali, hoc est dalmatica supra Rochettum, si ejus usum habent; sin minus super cottam, & amictum; ac sedente Episcopo in sua Cathedra Episcopali, ipsi sedent hinc inde super scabellis nudis; ac procedente Episcopo à Secretario ad altare, & ab altari ad sedem, & rursus à sede ad altare, ipsum medium facientes, ac fimbrias anteriores pluvialis hinc inde sublevantes, quando eo utitur, &, si opus erit, ejus brachia sustentantes, deducunt; videlicet senior, seu dignior illorum à dextris, alter à sinistris, capitibus detectis: & debent Episcopo solemniter celebranti assistere ultra alios duos, qui serviunt illi in officio Diaconi, & Subdiaconi pro Evangelio, & Epistola cantandis, de quorum officio & habitu paulo post dicetur in sequentibus capitulis. Quod intelligendum est, quando Episcopus celebrans sedet in sua sede, & solio Episcopali; secus si sederet in faldistorio, puta quia Cardinalis Legatus esset præsens; vel alius Cardinalis, quia tunc non requiritur alia assistentia, nisi Presbyteri assistentes, & prædictorum Diaconi & Subdiaconi, ad Evangelium

Digitized by Google

lium, & Epistolam in Missa servientium, qui eo casu supplent apud Episcopum loco illorum, imponendo, & auferendo illi mitram & chirothecas, aliaque omnia faciendo, quæ ipsi duo Canonici assistentes, cum Episcopus residet in sede sua Pontificali, facere solent, prout statim inferius dicetur. Officium ergo prædictorum Diaconorum assistentium est, ut cum Episcopus in Vesperis genuflectit ante altare super faldistorio, ipsi aptent hinc inde decenter latera pluvialis super eo; & junior ex eis, qui assistit ei à sinistris, aufert illi mitram; quam dat ad manus ministri de ea servientis; alter vero à dexteris, aufert ei biretum complanando Capillos leniter. Cum vero Episcopo mitra imponitur, Diaconus assistens à dextris osculato, & imposito bireto, illam imponet, altero à sinistris adjuvante, & vittas à tergo Episcopi aptante: & semper quoties Episcopus apud sedem suam elevat manum dextram signando se, aut alios signo crucis; velut, cum benedicit thus, cum benedicit Presbyterum assistentem, qui eum thurificavit, vel alias quoties personas, aut res aliquas benedicit, sive pectus percutiendo, aut alia de causa, toties Diaconus à dexteris parum elevat pluviale à latere suo. Cum autem elevat ambas manus, & quando est lecturus aliquid ex libro, seu daturus benedictionem solemnem, Diaconi assistentes hinc inde elevant fimbrias pluvialis, & cum Episcopus cantat vel legit aliquid ex libro, ipsi Diaconi assistentes hinc inde apponunt manus super libro, & primus volvit folium alter digito indicat textum, qui legi debet; sed celebranti Missam, quia non habet pluviale, sed planetam, non est necessarium fimbrias elevare, sed ei servient in cæteris rebus necessariis, & specialiter in ponendo, & auferendo mitram, quod pluries accidit. Videlicet primo cum pervenerit ante altare genuflexus; secundo, post thurificationem altaris in principio Missæ, cum ipse thurificatur; tertio cum dicit introitum, & (*Kyrie eleison*) cum dicit (*Gloria in excelsis DEO*) cum dicit orationes; quarto, ad Evangelium, id est, statim data benedictione Diacono; quinto, statim finita confessione per Diaconum post sermonem, (*ubi sermo*

Digitized by Google

habetur) pro absolutione danda; sexto, ad offertorium; septimo cum post offertorium ad altaris gradus pervenerit: Sed hoc casu Diaconus Evangelium cantans aufert ei mitram: & regulariter cum Episcopus est apud altare, servit ei Diaconus Evangelii, cum vero est apud sedem, serviunt ipsi assistentes, nisi ubi necessitas aliud suadet, ut, quando post thurificationem oblatorum thurificavit altare: quia tunc primus Diaconus assistens imponit ei biretum, & mitram, cum Diaconus Evangelii tunc sit impeditus cum thuribulo, quod de manibus Episcopi accepit, ut eum thurificet. Regulare enim est, tam in Missis, quam in Vesperis, quod existente Episcopo apud sedem suam, sedenti semper auferatur, & imponitur mitra, secus quando genuflectit, pro oratione facienda, quia tunc stanti imponitur, & genuflexo aufertur, & quando est apud altare in Missa, quia tunc stanti aufertur, & stanti imponitur. Hoc etiam observent ipsi assistentes, ut cum unus ex eis surgit facturus aliquod ministerium ad rem divinam spectans, pariter & alii coassistentes surgunt, cum autem sessuri sunt nutu capitis se invicem ad sedendum invitant. Hæc, quæ diximus, observanda sunt celebrante Episcopo solemniter. Si vero non celebret, sed officio divino interfit, præfati assistentes Diaconi erunt apud Episcopum in habitu Canonicali, & omnia facient, & observabunt secundum regulas supra dictas. Sciendum autem est, quod hujusmodi assistentia facienda est tantummodo Episcopo loci ordinario, & nulli alteri, etiam si sit Legatus, qui in sede Episcopi sederet.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT IX.

De officio Diaconi in Missa solemni Episcopo, vel alio celebrante.

Diaconus, qui Evangelium cantaturus est, Episcopo solemniter Missam celebrante, debet simul cum aliis Canonicis Episcopum ad Ecclesiam comitari; nam & ipse ex Canonicis Diaconis esse debet, nec refert an sit de antiquioribus, nec ne, cum tale onus inter ipsos per vices, vel alias arbitrio Episcopi, vel juxta consuetudinem Ecclesiæ distribuendum sit, & dum alii Canonici accipiunt paramenta, ipse quoque eodem loco accipiet sua, aliquo ex clericis Ecclesiæ adjuvante; & primo accipiet amictum, quem in medio osculabitur, qui crucis figura carere non debet, eumque sibi aptabit circa collum, ita ut collaria tegat, mox albam, & cingulum accipit, succinctus albam sibi circumcirca aptari faciat, ut æqualiter fluat, tum stolam prius in medio ubi crux est, deosculatam super humerum suum sinistrum imponet, & sub suo brachio dextro firmiter alligari faciet, demum accipiet Dalmaticam, nisi essent tempora, quibus ipse, & Subdiaconus planetis plicatis uti debent, ut in capitulo de Dominicis Adventus, & de feria quarta cinerum explicatur, manipulum vero non hic, sed postea accipiet. Qui sic paratus simul cum Subdiacono erit apud Episcopum. Finita Tertia, & lotis manibus Episcopi, stabit ad ejus dexteram, & simul cum Subdiacono stante ad sinistram capiet paramenta Episcopi de manibus Acolythorum, ea suo ordine ferentium; illisque induet Episcopum modo, & ordine in capitulo de Missa solemni Episcopo celebrante late & distincte expositis. Episcopo parato, accipiet suum manipulum: & cum Episcopus procedit ad altare, ipse immediate ibit ante illum ad sinistram Presbyteri assistentis. Faciet deinde confessionem cum Episcopo ante altare, stans ad ejus sinistram, & cum dicit (*Tibi Pater, & Te Pater*) conversus ad Episcopum profunde se inclinat. Postquam Episcopus osculatus fuerit

rit librum Evangeliorum super altare, porriget illi naviculam incensi, cochlearl, prius, & manu Episcopi osculatis: & impositò thure in Thuribulum reddit naviculam Acolytho, à quo accipit thuribulum, quod Episcopo porrigit, summitatem catenularum ponens in manu sinistra ipsius Episcopi, thuribulum vero in dextera cum debitis osculationibus: & dum Episcopus thurificat altare, ipse brachium ejus sustentat; quo thurificato, recipit thuribulum de manu Episcopi, cum osculo manus, & catenularum, thurificat Episcopum in cornu Epistolæ stantem triplici ductu, ante, & post thurificationem profunde inclinans, ac reddit thuribulum Acolytho. Recedente Episcopo ab altari, ipse ibi remanet cum Subdiacono, & dicente (*Kyrie eleison*) Episcopo, ipsi idem dicunt inter se stantes in eodem loco versus altare; sedente postea Episcopo, & ipsi sedent in scamno aliquo parato in cornu Epistolæ altaris. Et cum Episcopus intonaverit canticum (*Gloria in excelsis; &c.*) una cum Subdiacono illud usque ad finem prosequitur; cantata per Subdiaconum Epistola, cum per chorum cantatur ultimus versus Gradualis, sive Tractus, aut sequentia, seu ante Alleluja, aut etiam citius, prout distantia altaris exquirit, portabit ante pectus ad altare (debitas faciendo reverentias) librum Evangeliorum clausum, collocans illum in medio altaris. Deinde accedit ad Episcopum cum debitis reverentiis, illiusque manum osculatur; sed si Episcopus sederet in faldistorio, faciet, prout in capitulo de Missa solemni; mox redibit ad altare, & genuflexus super infimo ejus gradu; in medio dicit secrete (*munda cor meum, &c.*) tum surgens resumit librum de altari, & rediens ad Episcopum inclinatus petit ab eo benedictionem dicens (*jube Domine benedicere.*) Et habita benedictione, accedit ad Evangelium cantandum, portans, ut supra, ante pectus librum Evangeliorum clausum, & incedens ultimo loco post omnes suos comministros, cum erit in loco, ubi solet Evangelium cantari, ponet librum apertum in manibus Subdiaconi, vel in legili, aut aliàs juxta consuetudinem Ecclesiæ, ut in dicto capitulo de Missa solemni; & junctis manibus ante pectus dicit cantando (*Dominus vobiscum.*) Et

cum

Digitized by Google

cum dicet, (Initium, vel, sequentia sancti Evangelii, &c.) Signat pollice dexteræ manus textum Evangelii, ac seipsum in fronte, ore, & pectore, & dum respondetur à choro (*Gloria tibi Domine*) accipit thuribulum de manu Acolythi, sive Cærimoniarii, & librum triplici ductu thurificat, primo in medio, tum à parte dextera libri, mox à sinistra; & reddit thuribulum Cærimoniario, ac manibus junctis, incipit Evangelium. Quo finito, factis debitis reverentiis, revertitur ad altare, ad locum suum; sed si Episcopus esset apud faldistorium, ipse cum stantem, lecto Evangelio, triplici ductu thurificare debet; si vero Episcopus est in sede sua, id spectat ad Presbyterum assistentem; si fiet sermo per Episcopum sedentem in faldistorio apud altare statim finito sermone, ipse stans ad ejus sinistram modicum inclinatus recitabit confessionem in toto prout infra in fine hujus voluminis, & cum in ea dicet: (*Et tibi Pater*) Profundius inclinabit, sic etiam in fine cum dicet: (*Et te Pater*) Idem faciet, si sermo per alium habeatur; sed quia tunc Episcopus sedet in suo solio, ipse stans apud infimum gradum solii faciet confessionem eodem tono, & modo, ut supra. Cum Episcopus inceperit cantando Symbolum (*Credo in unum Deum, &c.*) ipse cum Subdiacono illud submissa voce prosequetur apud altare; ita tamen, ut non præire, sed subsequi debeant Episcopum: & cum à Choro recitatus fuerit versiculus (*Et incarnatus est*) usque ad finem, ad quem ipse, sicut alii Canonici, profunde se inclinat, accedit ad abacum, & capit bursam cum corporalibus, quam ad oculos usque elevatam ambabus manibus portat ad altare, incedens solus gravi, & decoro incessu, & solitas reverentias Episcopo, & Altari faciens, ibi extrahit ex bursa corporale, quod explicat & extendit in medio altaris collocans à parte Evangelii bursam, ita ut altare non impediat, & redit ad locum suum & ibi sedet. Finito symbolo, si Episcopus sedebit in faldistorio, aufert ei mitram, & lecto per eum offertorio, imponit eidem mitram pretiosam, & simul cum Subdiacono aufert annulum, & chirothecas. Quod si Episcopus

Digitized by Google

erit in sede sua Episcopali, Diaconi assistentes auferent, & imponent ei mitram, & auferent chirothecas. Redeuntem Episcopum ad altare, & gradus altaris ascendentem ipse à dexteris adjuvat, mox ut Episcopus pervenit ad medium altaris, Diaconus accedit ad cornu Epistolæ, & accepta una ex duabus hostiis, quas invenit à Sacrista in patena paratas, cum illa tangit alteram, & patenam, & calicem circumcirca intus, & foris, & dat illam præguſtandam eidem Sacristæ. Idem similiter facit de vino, & aqua modicum, de illis effundens in patenam ad id paratam. Tunc porrigit Episcopo patenam cum altera hostia pro Sacrificio offerendo. Dum Episcopus dicit: (*suscipe sancte Pater, &c.*) Diaconus ex ampullis mittit in calicem, quem prius purificatorio abstersit, vinum pro consecratione, & post admistas illi per Subdiaconum paucas aquæ tunc per Episcopum benedictæ guttas, offert calicem Episcopo, cum quo tangens & ipse calicem dicit, (*offerimus tibi Domine, &c.*) & posito per Episcopum calice super corporale, ipso illum palla cooperit, & accendente thuriferario, ministrat Episcopo naviculam, & mox ponit in ejus manibus, ut supra dictum est, thuribulum ut thurificet oblata, & altare, quem adjuvat supponendo sinistram brachio illius, & retrahendo dalmaticam, dexteram vero ad pedem calicis ponendo, ne, dum Episcopus oblata thurificat, thuribulo tactus è loco removeatur, vel aliquid ex illo effluat; & cum thurificanda erit crux altaris, ipse opportune calicem è medio removebit, & cruce thurificata, in eundem locum illum reponet. Finita thurificatione altaris, accipiet thuribulum de manu Episcopi, cum deosculationibus & eum stantem in cornu Epistolæ triplici ductu thurificat; mox accedit ad thurificandum Dignitates, & Canonicos, & alios de choro ordine in capitulo de modo, & ordine imponendi thus in thuribulum, &c. descripto. Quo facto dat thuribulum Acolytho, vel Cærimoniario, à quo & ipse stans post celebrantem inter duos Diaconos assistentes thurificatur. Finita præfatione accedit ad dexteram Episcopi dicens cum eo (*Sanctus, Sanctus, &c.*) & sta-

Digitized by Google

& statim redit ad locum prædictum post celebrantem, & cum celebrans incipit verba Canonis videlicet (*Te igitur &c.*) attente advertat, ut opportune partem dalmaticæ ad brachium illius sublevet, & discooperiat, & cooperiat calicem, quoties opus fuerit, prout in rubricis Missalis explicatur: & cum celebrans elevat hostiam, ipse genuflectit ad ejus dexteram, & sinistram elevat aliquantulum posteriorem partem planetæ. Reposita hostia super corporale, surgit, detegit calicem & statim genuflectit, & iterum sublevat planetam, dum celebrans calicem elevat, quem repositum super altare palla cooperit, & redit ad locum suum post celebrantem, advertens dum celebrans signat super Hostiam, & Calicem, ut partem dalmaticæ circa brachium ejus semper aliquantulum sustineat, & cum dicit ea verba Canonis videlicet (*benedicis & præstas nobis, &c.*) ipse accedens detegit calicem, & quoties calicem detegit, toties genuflectit, adorans Sacramentum prius, & post. Cum celebrans signat dicens: (*per ipsum & cum ipso &c.*) retinebit duobus digitis dexteræ manus pedem Calicis, & reposita super corporale, tegit Calicem palla, & redit ad locum suum. Circa finem Pater noster, videlicet dum celebrans dicit: (*Et dimitte nobis, &c.*) ascendit ad cornu Epistolæ, & accipit patenam de manu Subdiaconi cum purificatorio deterſam, osculatamque ab ipso, videlicet dum dicet verba Canonis (*Libera nos &c.*) ponit eam in manu dextera ipsius celebrantis, quam similiter osculatur, & cum Episcopus supponit patenam hostiæ, ipse detegit calicem, at posita per celebrantem particula hostiæ in calicem, illum tegit, & redit ad locum suum. Dicto per celebrantem: (*Pax Domini &c.*) accedit & cum eo dicit: (*Agnus Dei &c.*) & supplet loco assistentis Presbyteri ad librum, donec ille redeat ab osculo pacis, infunditque vinum in calicem pro purificatione celebrantis. Si facienda erit communio generalis, postquam Episcopus celebrans se, & Diaconum, & Subdiaconum communicaverit, ante Purificationem, & antequam digitos abluat, ipse Diaconus stans in cornu Epistolæ inclinatus confessionem

Digitized by Google

alta voce cantabit, aliaque faciet, prout in die Paſcha dicitur. Advertendum autem eſt, quod etiam ſi non fiat communio generalis, ſemper à Diacono, & Subdiacono (niſi ſint ſacerdotes, & velint celebrare) accipienda eſt communio ab Epiſcopo celebrante, à quo & immediate oſculum pacis accipere debent, ut dicitur in capitulo de Miſſa ſolemni Epiſcopo celebrante, & in capitulo de oſculo pacis. Poſtquam celebrans digitos abluerit, Diaconus, translato libro cum pulvino ad cornu Epiſtolæ, imponit mitram pretioſam in capite Epiſcopi, qui abluit manus, mox eidem mitram aufert, & vadit poſt eum; & dicto poſt ultimam orationem (*Dominus vobiſcum &c.*) ipſe ſtans converſus ad populum, ſive ad altare, quemadmodum Epiſcopus, cantat (*Ite Miſſa eſt.*) in tono competenti, vel (*Benedicamus Domino*) prout tempus exigit. Et, ſi celebrans eſt daturus benedictionem, imponit ejus capiti mitram pretioſam, niſi ſit Archiepiſcopus, qui ſine mitra propter reverentiam crucis benedicit: & dum Epiſcopus dat benedictionem, ipſe genuflectit. Si celebrans ſit Archiepiſcopus, & cum pallio celebraverit, data benedictione, & publicata indulgentia, Diaconus extrahit illi pallium, & ſuper altare illud deponit; denique comitatur Epiſcopum, donec illum exuat ſacris paramentis, quo exuto, etiam ipſe ſua deponit, & recedit in pace. Si celebratur pro defunctis, obſervabit quæ in Miſſali de Miſſa defunctorum dicuntur. In collegiatis, vel abſente Epiſcopo, & in Dominicis Adventus, & quadrageſimæ, ac feriis ſervabit, quæ de iis in propriis capitibus, & in rubricis Miſſalis Romani dicuntur.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT X.

De Officio Subdiaconi in eadem Missa Pontificali solemni.

EOdem tempore, eodemque loco, & modo prout de Diacono dictum est, Subdiaconus, qui & ipse de numero Canonicorum erit, & *(si inter Canonicos distinctus erit ordo Subdiaconalis)* antiquior, seu dignior ex eodem ordine comitabitur Episcopum ad Ecclesiam procedentem, & accipiet paramenta sibi convenientia, quæ eadem fere sunt, quæ superius Diacono conveniunt, excepta stola, qua Subdiaconus non utitur; accipiet autem super alba tunicellam, quæ ejusdem formæ est, cujus est dalmatica Diaconi, nisi quod strictiores, longioresque aliquantulum manicas habet. Episcopo incipiente legere Psalmos, (*Quam dilecta &c.*) affert illi caligas, & sandalia ex credentia sumta, quæ portat super velo, alio velo sericeo cooperta ambabus manibus ad oculos usque elevatis, & adjuvantibus duobus familiaribus Episcopi, induit primo tibiam, & pedem dexterum Episcopi, mox sinistrum genuflexus sub cappa illius; & cum tempus erit, simul cum Diacono adjuvabit Episcopum, dum cæteris paramentis sacris induitur: quod munus licet ad Diaconum præcipue spectet, Subdiaconus coadjuvat tamen, ubi opus est, ut infra in capitulo de Missa latius explicatur. Et postquam Episcopus fuerit paratus, ipse accipiet manipulum: & procedente Episcopo ad altare immediate ibi post crucem librum Evangeliorum clausum ante pectus portans, in quo inclusus erit manipulus Episcopi; & facienti Episcopo confessionem, ipsi parum retro stans apud Diaconum respondet simul cum Presbytero assistente, & Diacono, & interim deponit dictum librum Evangeliorum in manibus Cærimoniarii, & cum Episcopus dicit (*Indulgentiam, &c.*) accipiet ex dicto libro manipulum, illumque à latere osculatur, & Episcopo, ubi est signum crucis, osculandum porrigit, mox illum apponit sinistro brachio Episcopi, & manus Episcopi deosculatur: & eidem, cum supremum altaris gradum ascenderit, adjuvante Presbytero

Digitized by Google

assistente porrigit osculandum dictum librum Evangeliorum apertum, ubi est principium Evangelii illius Missæ: stans in cornu Evangelii à sinistris Episcopi ab ea parte adjuvat illum altare thurificantem, sicut Diaconus à dexteris. Redeunte autem Episcopo ad suam sedem, ipse remanet cum Diacono Evangelii apud altare. Et cum Episcopus dicit (*Kyrie eleison, Gloria, & Credo,*) ipse in eodem loco ea dicit cum Diacono, & quando sedendum est, sedet cum eodem. In fine orationis, seu orationum cum Episcopus dicit: (*per Dominum nostrum JEsum &c.*) ipse accipiens librum Epistolarum, & factis reverentiis altari & Episcopo, comitante Cærimoniario, Episcopo sedente cum mitra, ipse librum tenens incipit alta voce cantare Epistolam in loco consueto. Qua finita accedit ad Episcopum, cui profunde inclinatus librum super ejus genibus ponit, & osculatur illius manum super libro positam. Accedit deinde cum Diacono ad lectionem Evangelii procedens manibus junctis immediate ante illum; & illi legenti Evangelium tenet ambabus manibus librum apertum ante pectus, & legile manibus tenet aut adhæret Diacono, si in ambobus, aut pulpito Evangelium legatur, ut in capitulo de Missa solemni latius explicatur: Et si forte Diaconus proferendo aliqua verba Evangelii inclinaret se, aut genuflecteret, librum, vel legile, ipse nullatenus movetur, cum repræsentet legile immobile. Finito Evangelio, tenens adhuc librum apertum, nulli facta reverentia; illum sic apertum offert Episcopo osculandum in loco, ubi est principium Evangelii cantati, quo osculato & clauso libro, facit Episcopo reverentiam, & revertitur ad altare. Postquam Episcopus lavit manus post offertorium, ipse accedit ad abacum, & extenso sibi, adjuvantibus Acolythis, circa humeros velo, seu mappa sericea, quo Calix, patena & alia super dicta mensa cooperiebantur, ita, ut à latere dextero longius pendeat, accipit manu dextera Calicem, cum patena, & Hostiis palla tectis, eaque omnia longiori illa parte veli, cooperit sinistra manu super ea apposita, caute advertens, ne aliquid forte decidat; & accedit ad cornu Epistolæ

altaris

Digitized by Google

altaris eodem tempore, quo Episcopus illuc pervenerit; eaque omnia remoto velo dat in manibus Diaconi, mox eidem Diacono tradit ampullam vini ab Acolytho receptam; ampullam vero aquæ ipsæ Episcopo ostendit & petit, ut benedicat dicens: (*Benedicite Reverendissime Pater.*) Ex qua benedicta infundit paululum in Calicem. Post oblationem Hostiæ, & vini factam, accipit de manu Diaconi patenam, quam veli prædicti extremitate, adjuvante Cærimoniario contegit, eamque elevatam sustinet usque ad finem Pater noster, stans vero in loco consueto, & conveniente: nec movet se, nisi cum ad elevationem Sanctissimi Sacramenti genuflectit; quo elevato, statim surgit, & cum celebrans dicit in oratione Dominicâ (*Et dimitte nobis &c.*) factis debitis reverentiis, accedit ad altare in cornu Epistolæ, dictamque patenam Diacono offert, qui eam à Cærimoniario, vel à seipso velo discoopertam accipit. Tunc ipse Subdiaconus depositio velo in manibus Cærimoniarii, vel Acolythi redit ad locum suum, & supplet à dextera Episcopi pro Diacono, dum ille servit loco Presbyteri assistentis à sinistra, discooperiendo Calicem, & alia faciendo, quæ erunt necessaria, & opportuna, donec Episcopus communionem sumserit; & eo communicato, ipse post Diaconum accipit communionem, & pacem ab eodem Episcopo, ut in proxime præcedenti capitulo de Diacono dictum est. Mox imponit vinum in Calicem pro purificatione, nisi prius redierit ad locum suum Presbyter assistens, quia tunc hoc facit Diaconus reversus ad dexteram Episcopi. Demum accepta per Episcopum purificatione, dum lavat manus, ipse tergit Calicem, plicat corporali, illaque simul cum palla, purificatorio, & bursa ad abacum reportat cum debitis reverentiis, mox redit ad locum suum post Episcopum, & ibi stat usque ad finem Missæ; & ea finita, adjuvat Diaconum in exuendo Episcopum. Si celebrabitur pro defunctis, alio ordine, & ritu multa faciet, ut in capitulo de Missa pro defunctis videre est. Idem dicitur quoad habitum, & alia quædam in Missis, quæ celebrantur in Dominicis Adventus, & Quadragesimæ, & in aliquibus feriis.

In

In collegiatis vero, & Episcopo absente ipse servit loco assistentis in danda pace, etiam Episcopo præsente, si celebrabitur Missa ab aliquo Canonico, vel alio qui non habet Presbyterum assistentem.

CAPUT XI.

De numero, qualitate, & officio ministrorum servientium Episcopo in divinis, videlicet de libro, de candela, de baculo, de mitra, de thuribulo, de candelabris, de gremiali, de ampullis, & ad abacum.

UT Episcopales functiones præsertim in Ecclesia, & in divinis officiis commodius, digniusque exerceri valeant, plures necessarii sunt ministri, licet pauciores in Vesperis sufficiant, quam in Missis. Cum ergo Episcopus Vesperas solenniter cantabit, ultra Presbyterum assistentem, duosque antiquiores Diaconos assistentes, qui cæteris digniores sunt, de quorum officio supra dictum est, ubi commode fieri poterit, septem saltem alios ministros habere eum convenit, aspectu, habitu, & tonsura decentes, ac cottis mundis indutos. Primus erit, qui de libro; Secundus, qui de candela servient; Tertius de baculo pastorali; Quartus de mitra; Quintus de thuribulo, & navicula; Sextus & Septimus de candelabris & cereis. Cum vero Missam solenniter celebrat, ultra prædictos, ac Diaconum, & Subdiaconum, de quorum officiis etiam supra dictum est, habebit alios sex, quorum duo eodem habitu, clericali, & cottis induti servient, alter de gremiali, alter de ampullis. Reliqui quatuor poterunt esse cubicularii, sive familiares Episcopi clericali habitu, sed sine cottis stantes apud abacum; & hi quidem ministri omnes si haberi non poterunt ex gremio Ecclesiæ vel de familiaribus ipsius Episcopi, poterunt jussu Episcopi convocari ex Parochiis, & Ecclesiis civitatis, iidemque omnes, præter jam dictos quatuor familiares, servient etiam Episcopo, cum induitur, & exuitur sacris paramentis, tam in Vesperis, quam in Missis dicta paramenta portando & reportando, ex quibus, qui

Digitized by Google

qui de baculo pastorali, de mitra, de thuribulo, de candelabris, de ampullis vini, & aquæ serviunt, ubi commode fieri potest sint in ordine Acolythus; ut disciplinæ dignitas, quoad ejus fieri possit conservetur. Igitur primi ministri officium erit, cum Episcopus celebrabit Vesperas, aut Missas solemniter, curare, ut signacula in libro, ex quo Episcopus Antiphonas, aut Hymnum est intonaturus, aut orationem cantaturus, sint recte suo loco disposita, ne, cum dicendum aliquid erit, indecenter huc, illuc folia vertere cogatur; librum ipsum custodiet, & reponet in loco decenti, quem, cum opus erit illum Episcopo offerre sustinebit ambabus manibus ab inferiori parte libri positis altius, vel dimissius, pro statura celebrantis, nec se loco movebit, nec unquam genuflectet, etiamsi ipsemet celebrans, & alii omnes genuflecterent, cum ut supra dictum est, ipsum legilis sit; nisi cum fortasse ob commoditatem Episcopi legentis cum genuflectere magis expediret, uti cum librum tenebit pro Psalmis à Pontifice legendis, antequam Paramentis Missalibus induatur; locus ejus erit propè altare. Cum vero Presbyter assistens paratus librum sustinebit ante Episcopum in cantu legentem, ipse à sinistris Episcopi stans adjuvabit in sustentatione libri ipsum assistentem. Alter in eodem habitu de candela servies; tertius minister eodem habitu, seu pluviali indutus juxta locorum, & Ecclesiarum consuetudinem, uti de primo dictum est, ipsius baculi custodiendi, portandique, ante Episcopum, quoties opus erit, onus habebit, quem manu dextera cortæ extremitate cooperta tenebit, sed nudum, nullæque panniculo appenso, illum Episcopo cum opus erit, offeret. Quo autem tempore, & in quibus actibus Episcopus baculo pastorali, uti debeat, inferius suo capitulo describitur. Quartum ministrum de mitra servientem oportet mappam sericeam oblongam à collo pendentem gerere, qua utitur ad mitram sustinendam, ne illam nudis manibus tangat: caute autem advertat, ut cum ea Episcopo imponenda, auferendave erit, illicò lateri Diaconi assistentis illam imposituri, vel allaturi adhæreat, mitram auferens, vel recipiens. In Vesperis incepto primo Psalmo, deposita mitra pretiosa super altari in cornu Epistolæ offert simplicem, incepta Antiphona cantici (*Magnificat*) offert pretiosam, & simplicem super

Digitized by Google

altari in eadem parte locabit. In Missis, dicto per Episcopum, celebrantem, seu non celebrantem, hymno Angelico, adsit cum mitra simplici imponenda Episcopo sedenti, ipsa pretiosa super altari deposita. Ut plurimum enim solent Episcopi in Missa, uti pretiosa usque ad dictum hymnum Angelicum, postmodum simplici usque ad finem Symboli, cum lecto offertorio, reassumere pretiosam, eamque tenere usque ad finem Missæ suo tempore. Cum prædictus Minister mitram tenet, habeat vitas, seu infulas illarum versus se ipsum, & cum illas deponit sive super altari, sive super mensa, aut abaco, vittæ exterius pendeant. Quintus Minister Acolythus thuribulum, & naviculam incensi ministraturus debet aliquanto cæteris robustior eligi, quo pondus illorum sustentare possit; eaque debet elevatis æqualiter manibus tenere; videlicet, thuribulum dextera, pollice in annulum majorem immisso, altero vero ejusdem manus digito minorem annulum catenulæ elevanti cooperiorium thuribuli appositum reget, & sustinebit; sinistra manu pedem naviculæ cum incenso, & cochleari caute gestabit, cottam super brachia prius reflectens, ne forte contingat illam cum thuribulo, aut navicula implicari, aut comburi. Quo autem loco, & ordine incedere, stare vel genuflectere cum aliis ministris ad Evangelium euntibus, & redeuntibus debeat, & de aliis, quæ ad suum officium spectant, suo tempore à Cærimoniariis docendus erit. Acolythi duo ceroferarii debent & ipsi robusti, & in statura, quantum potest, æquales eligi, ut lumina æqualiter teneant, & deferant; cumque capturi sunt candelabra, accipient quidem manu dextera, ita ut qui à parte dextera incedit, ponat manum sinistram ad pedem candelabri, dexteram verò ad medium candelabri globum. Cumque reverentias erunt facturi, illas æqualiter, & eodem tempore faciant: ac denique eundo, stando, ac redeundo in omnibus actibus inter se ipsos, & cum aliis ministris se conforment, prout per Cærimoniarium admonebuntur. Quod si, dum cantatur Evangelium, genuflectendum sit, ac propterea omnes genuflectant, ipsi stabunt simul cum Subdiacono librum tenente, ac si immobiles essent. Duo præterea alii, sed in Missa tantum, adhibentur Ministri, quorum unus de gremiali, alter vero, qui saltem Acolythus ordine insignitus esse debet, de ampullis serviat; & qui gremiale ministrat, intentus

Digitized by Google

tentus esse debet, ut cum celebrans Episcopus surgit, antequam mitra ei auferatur, ipsum gremiale per Subdiaconum de gremio Episcopi ablatum reverenter recipiat, illudque complicatum ante pectus ambabus manibus teneat; & cum opus erit, eidem Subdiacono reponendum in gremio Episcopi sedentis, ac demum post lotionem manuum Episcopi lecto Offertorio, illud super abaco reponet, cum eo amplius utendum non sit. Acolythus autem, qui de ampullis servit, post lectum offertorium curam habebit portandi ampullas, sive urceolos vini, & aquæ super aliquo parvo bacili pariter dispositos, sequens immediate Subdiaconum Calicem, & patenam ad altare portantem; easdemque ampullas opportune ipsi Subdiacono porriget; & vino, & aqua ex illis in Calicem Missis, eas ad abacum reportabit, & demum easdem ad altare post communionem, iterum pro purificatione afferet, & pariter ad abacum reportabit. Quatuor ministri familiares, de quibus supra mentio habita est, serviunt ad lotionem manuum Episcopi, incipiendo à juniore, seu minus digno unusquisque per ordinem vice sua: quater enim Episcopus in Missa solemni lavat manus; primò antequam capiat paramenta; secundo statim post lectum offertorium; tertiò post incensationem oblatorum; quartò, & ultimò post communionem. Hi etiam serviunt Episcopo ad induendas, exuendasque caligas, & sandalia. Si celebrans esset Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, vel Archiepiscopus, aut Episcopus valde insignis, possent ad hujusmodi ministerium lotionis manuum ipsius celebrantis invitari aliqui ex Magistratu, vel ex proceribus, & nobilibus viris illius civitatis, qui velo sericeo circum spatulas extenso, duas argenteas, lances, seu fontes, si commodum erit, quos bacilia vocant, cum aqua odorifera extremitate illius veli coopertos suo tempore ministrent, præeunte clavigero, seu mazerio cum clava argentea, si est Cardinalis, quo casu convenit etiam prægustationem dictæ aquæ fieri apud abacum à Ministris, vel scutiferis, illam ipsi nobili exhibentibus prædicti, sive ex familiaribus Episcopi, sive ex nobilibus civitatis sint, eundo, & redeundo genuflectunt usque ad terram, ante altare, ante legatum, si adsit, & ante Episcopum; sed præsente Legato, Cardinali, vel Metropolitano, non ita profunde, ante Episcopum genuflectant. Eorum locus, si fuerint ex familiaribus Episcopi, erit apud abacum, ubi stabunt inter mensam; & murum, capite detecto semper; &

Digitized by Google

versa facie ad Episcopum, si ex nobilioribus civitatis, sedebunt in loco pro ipsis deputato, unde suo tempore per Cærimoniarium vocabuntur, & associabuntur euntes, & redeuntes. Iidem Ministri adhibentur, si Episcopus celebrans non sit proprius illius civitatis, perinde acsi in propria Ecclesia celebraret, excepto Acolytho de baculo pastorali. Dicti omnes Ministri necessarii sunt, etiam in Missis non per Episcopum celebratis in Ecclesiis Collegiatis præter illos qui ministrant mitram, baculum pastoralem, & gremiale, quæ sunt Episcopalis Dignitatis propria. Familiares autem minime sunt necessarii, cum neo abacus aut mensa erigatur, sed ad lotionem manuum celebrantis post offertorium serviet Acolythus.

CAPUT XII.

De ornatu Ecclesiæ, & præparandis in ea ante Adventum Episcopi.

QUia regulariter in Ecclesia solemnia sacra peraguntur, consentaneum est, ut de ejus ornatu, ac de officiis, & sacrificiis, quæ ibidem fiunt, sermo habeatur: igitur habenda est ratio in ea ordinanda temporis, & loci, ac personarum. Decet enim, ut in diebus festis splendidior appareat quam in aliis non festivis, eoque magis, quo ipsi dies festivi erunt solemniores. Sic major etiam cura adhibenda erit in ornatu Ecclesiæ Cathedralis, aut Collegiatæ, quæ & numerosum clerum habeat, & supellectilem amplam, quæve congrue situata, & suis partibus apte distincta commodiorem ornandi præbeat facultatem. Personarum etiam, quæ ad Ecclesias in celebritatibus conveniunt, & divinis officiis præsunt, aut intersunt, dignitas, prout major vel minor erit majorem, minoremve apparatum exposcit. Si igitur festivitas erit præcipua, & de solemnioribus illius Ecclesiæ, primum à parte exteriori ornandæ erunt valvæ ipsius floribus, ramis, & frondibus virentibus, bracteolis, aut fasciis diversi coloris appensis, vel collegiatis, quo splendidius pro locorum consuetudine; ac temporum qualitate fieri poterit; supra verò portæ superliminare imago Sancti, vel Sanctorum, quorum dies festus agitur, pariter ornata, & sub ea insignia Summi Pontificis, Legati, Cardinalium, aut Nuntii Apostolici, Episcopi, Reipublicæ, Principis, aut Civitatis pro libito ponentur, servando in eorum positione ordinem dignitatum. Inferioris verò ordinis hominum, maximè laico-

Digitized by Google

laicorum, insignia non sunt apponenda. Si Ecclesia habebit porticum, congruum erit & illam pannis aliis pulchris ex serico, sive ex corio, ex aliave honesta materia confectis, seu elaboratis, prout haberi poterunt, exornari; in quibus tamen picturæ intextæ, seu pictæ non sint profanæ, vel indecentes; quod & in aliis pannis, in apparatu interiori, & exteriori Ecclesiæ observandum erit, & maximè, ut non ponantur ibidem ullæ effigies, nisi Sanctorum, vel Summorum Pontificum. Intus quoque, si fieri poterit, parietes Ecclesiæ aulæis, tribunæ vero holosericis, aut nobilioribus cortinis coloris cæterorum paramentorum pro festi qualitate. Inprimis autem sedes Episcopalis aliquanto etiam pulchrioribus, insignioribusque tegumentis ornetur, ejusdem coloris festivitati congruentis. Similiter & sedes Legati Apostolici, aut alterius Cardinalis, qui forte sacris officiis interesse debeat, loco, & ornamentis condecentibus præparabitur. Subsellia quoque pro Prælatis, Canonicis, Magistratibus, aliisque Magnatibus, nobilibusque laicis pro Ecclesiarum, locorumque consuetudine, commoditateque ornari decet. Cum Episcopus est venturus ad Ecclesiam, antea præparandum est faldistorium, seu genuflexorium accommodatum ad genuflectendum ante altare Sanctissimi Sacramenti, panno viridi, seu violaceo, pro qualitate temporum coopertum: sed si Episcopus erit Cardinalis, serico, vel panno rubei, seu violacei coloris sint. Vestes ipsius Cardinalis, pro temporum diversitate, appositis pulvinaribus superius, & inferius, super qua Episcopus genuflexus orabit. Aliud simile ante altare, seu alium locum, ubi est Sanctissimum Sacramentum. Quod diversum esse solet ab altari majore, & ab eo, in quo Episcopus, vel alius est Missam solemnem celebraturus. Nam licet sacrosancto Domini nostri Jesu Christi corpori omnium Sacramentorum fonti præcellentissimus, ac nobilissimus omnium locus in Ecclesia conveniat, neque humanis viribus tantum illud venerari, & colere unquam valemus quantum decet, tenemurque tamen. Valde opportunum est, ut illud non collocetur in majori, vel in alio altari, in quo Episcopus, vel alius solenniter est Missam, seu Vesperas celebraturus; sed in alio sacello, vel loco ornatissimo cum omni decentia, & reverentia reponatur. Quod si in altari majori, vel alio, in quo celebrandum erit, collocatum reperiatur, ab eo altari in aliud omnino transferendum est, ne propterea ritus, & ordo Cærimoniarum,

Digitized by Google

qui in hujusmodi Missis, & Officiis servandus est, turbetur; quod utique absque dubio eveniret, si illud ibi remaneret: si quidem nec altaris thurificatio, nec celebrantis actio, nec ministrorum operatio ritè fieri, aut servari possent; cum necesse sit, quoties ante illud transimus, genua ad terram flectere, nec deceat celebrantem ante illud stare, aut sedere cum mitra. Quod si aliquando contingeret coram Episcopo, vel per ipsum Episcopum celebrari, existente Sanctissimo Sacramento super altari, quod feria quinta in Cœna Domini, & feria sexta in Parasceve, & in Missa, quæ celebratur in festo Sanctissimi Corporis Christi, vel cum ponitur oratio quadraginta horarum, ante processionem evenire solet; dum omnes genuflectiones, & reverentiæ ad unguem observari debent; & Episcopus nunquam sedere, sed stare sine mitra, prout suis locis declaratur. Et ideo non incongruum, sed maximè decens esset, ut in altari, ubi Sanctissimum Sacramentum situm est, Missæ non celebrarentur; quod antiquitus observatum esse videmus. Aut saltem celebrans in eo, sive solemnes, sive planas Missas, reverentias, & genuflexiones prædictas observare debet. Ante Sanctissimam Eucharistiam Episcopus genuflectens prius in plana terra, deinde super faldistorio vel genuflexorio ibidem præparato orabit, priusquam ad altare majus se conferat, & surgens iterum genuflectet, ut prius ante altare majus caput cruci profunde inclinabit, postea genuflectet & orabit, demum surgens iterum caput, ut prius inclinabit. Faldistorium quoque, si eo utendum erit, pro sessione Episcopi, celebrantis, parum distans ab infimo gradu altaris à latere Epistolæ locandum est, ita ut Episcopus celebrans in eo sedens habeat ad dexteram suam altare respiciens eandem partem, quam ipsa anterior facies altaris respicit, sive illa versa sit ad Tribunam, sive ad reliquum corpus Ecclesiæ, & populum, secundum varios altarium situs: quod quidem faldistorium coopertum sit undique ad terram. Serico ejusdem coloris, cujus erunt cætera paramenta, & sub dicto serico tegumento aptetur pulvinum. Regulariter autem faldistorium hujusmodi ponitur in plano, seu pavimento Presbyteri, quod totum usq; ad infimum gradum altaris convenienter deberet pannis viridibus contegi. Sed si altare haberet plures gradus, ita ut faldistorium in pavimento positum remaneret nimis depressum, posset ei supponi aliquod suggestum, seu tabulatum æqualis altitudinis à terra cum infimo gradu altaris, si super eo

sessu-

Digitized by Google

sessurus sit proprius Episcopus celebrans, qui tamen regulariter non in faldistorio, sed in propria Episcopali sede stare, & sedere debet. Ipsum verò altare majus in festivitatibus solemnioribus, aut Episcopo celebraturo, quo splendidius poterit, pro temporum tamen varietate, & exigentia, ornabitur: quod si à pariete disjunctum, & separatum sit, apponentur, tam à parte anteriori, quam posteriori illius pallia aurea, vel argentea, aut sericea, auro per pulchre contexta, coloris festivitati congruentis, eaque sectis, quadratisque lignis munita, quæ telaria vocant, ne rugosa, aut sinuosa, sed extensa, & explicata decentius conspiciantur. Tum superne lineæ mappæ mundæ tres saltem explicentur, quæ totam altaris planitiem, & altare contegant. Nullæ tamen coronides ligneæ circa altaris angulos ducantur, sed earum loco apponi poterunt fascia ex auro, vel serico laboratæ, ac variegatæ, quibus ipsa altaris facies apte redimita ornatior appareat. Supra vero in planitie altaris adsint candelabra sex argentea, si haberi possunt; sin minus ex aurichalco, aut cupro aurato pulchrè fabricata; & aliquando altiora, spectabilioraque his, quæ cæteris diebus non festivis apponi solent, & super illis cerei albi, in quorum medio locabitur crux ex eodem metallo, & opere, prælta, ita ut pes crucis æquet altitudinem vicinorum candelabrorum, & crux ipsa tota candelabris superemineat cum imagine Sanctissimi Crucifixi versa ad anteriorem altaris faciem. Ipsa candelabra non omnino inter se æqualia sint, sed paulatim quasi per gradus ab utroque altaris latere surgentia, ita ut ex eis altiora sint immediate hinc inde à lateribus crucis posita. Celebrante verò Episcopo, candelabra septem super altari ponantur, quo casu crux non in medio illorum, sed ante altius candelabrum in medio cereorum positum locabitur; à cujus lateribus, si haberentur aliquæ, aut tabernacula cum Reliquiis Sanctorum, vel Sanctorum imagines argenteæ, seu ex alia materia staturæ competentis, congrue apponi possent. Quæ quidem sacræ Reliquiæ, & imagines, cum sex tantum candelabra super altari erunt, disponi poterunt alternatim inter ipsa candelabra, si modo ipsa altaris dispositio, & longitudo id patitur; sed & vascula cum flosculis, frondibusque odoriferis, seu serico contextis studiosè ordinata adhiberi poterunt; quod si altare parieti adhæreat, applicari poterit ipsi parieti supra altare pannus aliquis cæteris nobilior, & speciosior, ubi intextæ sint Domini nostri JEsu Christi,

Digitized by Google

Christi, aut gloriosæ Virginis, vel Sanctorum imagines nisi jam in ipso pariete essent depictæ, & decenter ornatæ. Supra verò in altum appendatur umbraculum, quod baldachinum vocant, formæ quadratæ, cooperiens altare, & ipsius altaris scabellum, coloris cæteroum paramentorum. Quod baldachinum etiam super statuendum erit, si altare sit à pariete sejunctum, ne supra habeat aliquod ciborium ex lapide, aut ex marmore confectum. Si autem adsit tale ciborium, non est opus umbraculo, sed ipsum ciborium floribus, frondibusque ornari poterit. Cum Episcopus erit celebraturus Missam solemnem ponentur omnia paramenta Pontificalia in medio altaris ordine retrogrado, videlicet, annulus inclusus in aliqua capsula seorsum ab aliis, planeta, chyrothecæ, dalmatica, tunicella, stola, crux pectoralis, cingulum, alba, & amictus; manipulus verò ad partem ibidem ponetur. Sed in Ecclesiis, ubi esset Secretarium sive locus, ubi Episcopus paretur, paramenta prædicta possent ibi præparari, non autem super altari, ut suo loco dicetur. Libri verò Missalis, Evangeliorum & Epistolarum tecti serico ejusdem coloris, quo cætera paramenta, cum pulvino ex eodem serico, & colore ponuntur super gradu altaris sub cornu Epistolæ. Gradus altaris omnes cooperiantur amplo, & pulchro tapete, ut, (si fieri potest) sint magis conspicui, & ornati, quam reliqua pars Presbyterii, quæ pannis viridibus contegitur. Si vero tale tapete amplum haberi non posset, saltem scabellum, seu suppedaneum, quod est proximum altari, sit tapete aliquo coopertum, similiter, & locum qui in plerisque Ecclesiis sub altari majori esse solet, ubi Sanctorum Martyrum corpora requiescunt, qui Martyrum seu confessio appellatur, decet floribus, frondibusque, omnique ornamento decorari. Cætera altaria per Ecclesiam pariter palliis concoloribus decentibusque ornentur, absque coronite, & cum fascia, ut supra de majori dictum est; & habeant quælibet duo candelabra cum cereis, & in medio crucem cum imagine crucifixi argenteam, vel ex aliquo metallo, aut cupro aurato. Scabella eorum, si fieri possit, tapetibus, vel saltem pannis cooperiantur. Altare verò, vel locus, ubi est repositum Sanctissimum Sacramentum præ cæteris sumptuosius, ac nitidius ornandum est. Lampades quoque ardentes numero impari in Ecclesiis, tum ad cultum, & ornatum,

Digitized by Google

tum, tum ad myſticum ſenſum, ut & multa ex ſuperius narratis pertinent. Hæ vero imprimis adhibendæ ſunt ante altare, vel locum, ubi aſſervatur Sanctiſſimum Sacramentum, & ante altare majus, quibus in locis lampadarios penſiles eſſe decet, plures ſuſtinentes lampades, ex quibus, qui ante altare majus erit, tres ad minus, qui ante Sacramentum, ſaltem quinque lucernas habeat. Ante verò reliqua ſingula altaria ſingulæ poſſunt lampades appendi. Quæ quidem in præcipuis feſtis, ſaltem dum Veſperæ, & Miſſa ſolemnis decantantur, continuè ardeant. Ante Sanctiſſimum Sacramentum, ſi non omnes ad minus tres accenſæ tota die adſint. Sed & ante locum, & feneſtellam Confeſſionis ſupradictæ, ubi conſuetudo eſt lampadem ardere, ſervanda eſt. Poſſunt etiam in altari majori, vel aliis, quæ habent ciboria, circumcirca lampades appendi. Ambones, ubi Epiſtolæ, & Evangelia decantari ſolent, ſi qui erunt, nec non & pulpitum, ubi ſermo, vel concio haberi ſolet, conſentaneum eſt pannis ſericeis ejusdem coloris, cujus ſunt cætera paramenta, exornari, ita tamen, ut locus Evangelii pulchrius apparetur. Reſtat, ut de menſa, ſeu abaco, quam credentiam vocant, pauca ſubjiciamus. Ea verò in Miſſis tantum ſolemnibus præparari ſolet à latere Epiſtolæ in plano Presbyterii, ſi loci diſpoſitio patietur, atque à pariete parumper disjuncta, ita ut inter illam & parietem ſtare poſſint familiares Epiſcopi ad manuum lotionem deſtinati, niſi ubi propter loci anguſtiam id fieri non poſſit; quo caſu fiet, prout melius poterit. Ejus menſura regulariter erit palmorum octo in longitudine, in latitudine quatuor, vel circa in latitudine quinque, vel modicum ultra, lineoque mantili mundo ſuperſtrato uſque ad terram circumcirca pendenti contegetur. Super ea ponentur duo candelabra cum cereis albis altitudinis, & forma, prout duo minora ex his, quæ ſuper altari poſita ſunt, & in ipſius medio calix cum patena, palla, purificatorio, & burſa corporalia continens, atque ibi proximè hoſtiaria cum hoſtiis, & pelvicula cum ampullis vini, & aquæ; eaque omnia cooperientur velo pulchro, quo uti debebit Subdiaconus, cum patenam tenebit. Super eadem menſa apponenrur mitra pretioſa, vel auriphrygiata, & altera ſimplex cum birreto parvo, quod mitræ ſupponitur, nec non velum pro Cappellano ſervi-

Digitized by Google

viente de mitra, bacile, & buccale argentea cum aqua pro manuum lotione, quatuor mappulæ ad tergendas manus, thuribulum cum navicula, & in ea cochlear, & thus, cum quo possent misceri aromata bene olentia, dum tamen thuris quantitas superet; gremiale, caligæ, & sandalia, liber pro Psalmis legendis, ac denique omnia, quæ usui esse possunt celebranti, præter paramenta Missalia, quæ super altari, vel in Secretario ponuntur, ut supra dictum fuit, & baculum pastoralem, qui manu ministri ad id constituti sustinebitur. Vasa quoque argentea ampla, & magnifica, si haberentur, ad ornatum adhiberi possent, maximè celebrante aliquo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinale, sed neq; crux, neque Sanctorum imagines in ea ponendæ sunt: prope ipsam mensam in loco opportuno, & ab oculis populi, quantum fieri potest, remoto, vel in sacristia erit vas cum carbonibus accensis, ac forcipibus pro usu thuribuli: item funalia ex cera alba pro elevatione Sanctissimi Sacramenti ad minus quatuor, ad summum octo; item alia sex, vel septem ad summum funalia apponi possent in alto loco, in frontispicio tribunæ; maximè si celebraret aliquis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & locus esset ad id aptus. Hæc, ut diximus, observanda erunt in solemnioribus Ecclesiæ festivitatibus, ac celebrante Episcopo, plus autem, vel minus, pro celebrantis qualitate, & gradu. Non celebrante Episcopo, sed præsente, simpliciori ornatu erit agendum. In Ecclesiis Collegiatis, ubi Episcopus nec celebrans, nec præsens est, eadem circa ornatum Ecclesiæ, & altaris conveniunt, exceptis his, quæ Episcoporum sunt propria. Paramenta verò in sacristia parari convenit. Mensa vel nulla, vel multo brevior, & dimissior erit adhibenda, cum pauca sint in ea reponenda, nempe pelvicula cum urceolis vini, & aquæ, calix cum bursa, & corporalibus, & quandoque alia pro celebrationis necessitate & usu; sed satis erit scamnum oblongum coopertum aliquo tapete, aut panno aptari à latere Epistolæ, in quo sedeat Sacerdos celebrans cum Diacono, & Subdiacono. In solemnitatibus majoribus, quæ ubique per annum occurrunt, videlicet Nativitate Domini, Paschate, & Pentecoste, eadem erunt servanda, nisi quod valvæ porticus & parietes Ecclesiæ non ornantur regulariter; sed, si in aliquibus Ecclesiis consuetudo esset nunc quoque ornandi, retinenda erit, cum circa majorem ornatum

semper

Digitized by Google

ſemper ſit laudabilis. Id tamen in hujusmodi feſtis non omittatur, ut ſaltem tribuna, altare majus, & alia minora, ſedes Epiſcopalis, ambacus & ambones eadem forma ornentur. Dominicis diebus, & aliis feſtis, quibus populi ab opere ceſſant, in ornatu altarium, ſedes Epiſcopalis, ſedium Canonicorum, & aliorum, eadem, ſed aliquando parcius fieri debent; videlicet, ut paramenta non ſint ita ſumptuoſa, coloris tamen tempori congruentis, & omnino pretioſiora illis, quæ feſtis duplicibus minoribus, ſemiduplicibus, & Octavis, feriis Quadrageſimæ, & Adventus, quatuor temporum, & vigiliarum adhibentur: quibus quidem diebus ſufficient in altari quatuor candelabra; ſed in feſtis ſimplicibus, & feriis per annum duo. Eadem reſpective & in Collegiatis obſervantur. Erit autem valde opportunum, ubi fieri poſſit, præſertim in Eccleſiis majoribus & opulentioribus, ſi conſtituatur miniſter aliquis, cui curæ ſit, ut Eccleſia continue ab omni ejus parte munda ſit, ut & niteat, tam in pavimento, quam parietibus, columnis, fornicibus, & laquearibus, nec per eam diſcurrere permittat mendicos, canes, aut alia animalia divina officia perturbantia. Quædam vero, quæ in quibusdam ſolemnitatibus, aut officiis ſpecialius requiruntur, ſuis locis dicentur.

CAPUT XIII.

De ſedibus Epiſcopi, Legati, Cardinalium, Prælatorumque, nec non Principum Magiſtratuum, virorumque illuſtrium in Eccleſia collocandis ornandisque.

SEdes Epiſcopi vario modo collocatur pro diverſitate altarium, apud quæ ſtatui debet. Nam aut altare eſt in medio ſub tribuna à pariete disjunctum, ita ut in ſpatio illo conſtitutus ſit chorus, & tunc ſedes Epiſcopalis è regione altaris parieti applicabitur, ita ut Epiſcopus in ea ſedens reſpiciat recta linea mediam altaris partem: habebitque hinc inde ſedilia Canonicorum. Si verò chorus ſit in medio Eccleſiæ, & altare adhæreat parieti, vel ab eo modico ſit intervallo ſeparatum, ipſa ſedes Epiſcopalis erit collocanda à latere Evangelii. Utroque autem caſu tribus gradibus ad eam aſcendatur, qui pannis, aut tapetibus, tegantur. Forma ſedis erit prælta, & ſublimis, ſive ex ligno, ſive ex marmore, aut alia materia fabricata in modum cathedræ, & throni immobilis, quales in multis Eccleſiis antiquis videmus,

Digitized by Google

quæ debet tegi, & ornari aliquo panno serico concolori cum aliis paramentis, non tamen aureo, nisi Episcopus esset Cardinalis; & super eam umbraculum, seu baldachinum ejusdem coloris appendi poterit, dummodo & super altari aliud simile, vel etiam sumptuosius appendatur; nisi ubi super altari est ciborium marmoreum, vel lapideum; quia tunc superfluum est, nec aptari commode potest. Hujusmodi sede utetur Episcopus, dum Vesperæ, & Missæ per ipsum solemniter celebrantur. Cum verò Missis non solemnibus, & horis matutinalibus, aut aliis Episcopus assistit; si fuerit in medio Ecclesiæ Chorus ante altare, poterit ibi in sede pro ipso ordinata residere; quæ remanebit in eo loco, ubi ex consuetudine Ecclesiæ esse solet, sive longius, sive proprius ab altari distet. At ubi Chorus est sub tribuna, poterit in sede Episcopali supradicta, tam in solemnibus, quam non solemnibus officiis esse. Si forte aliquis S. R. E. Cardinalis Legatus de latere, vel non legatus rei divinæ interesset, convenit ei sedes Episcopalis supradicta. Episcopus verò, si celebret, in faldistorio in cornu Epistolæ: si non celebret, & chorus sit in Presbyterio sub tribuna, sedebit in digniore parte Chori. Quod si Episcopus quoque esset sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, si Legatus haberet sedem à latere Evangelii, sedebit quoque Episcopus Cardinalis non celebrans in eodem loco, & plano, & sedibus æqualibus prope Legatum. Eodem quoque modo sedebunt si plures adessent Cardinales, dummodo Episcopus Cardinalis sit omnium postremus. Celebrans verò in faldistorio ut supra. Si vero Legatus esset in sede Episcopali sub tribuna sedebit Episcopus Cardinalis & alii Cardinales si adessent propè Legatum ut supra dictum est; ipse autem simplex Episcopus sederet vel ex oppositò in sede humiliori, vel in digniore parte Chori, aut in faldistorio, prout dictum est de Cardinali Legato, vel non Legato præsente pro diversitate situationis Chori, & Episcopi celebrantis, vel non celebrantis. Quod si Episcopus sit Cardinalis, & intersit alter, vel plures Cardinales non Legati, poterunt omnes ab eadem parte Evangelii, ubi solet esse sedes Episcopalis, sedere in sedibus æqualibus, vel in digniori parte Chori, quando est sub tribuna; dummodo Cardinalis Episcopus sit omnium postremus. Et Episcopalia munia remittet exercenda Cardinali præsen-

Digitized by Google

præsenti, vel si plures sint priori in ordine; quæ si Cardinalis præsens facere recusaverit, poterit Episcopus Cardinalis omnia prædicta munia, vel remittere ad celebrantem, vel ipse exercere, & in fine quando benedictionem solemnem erit daturus, accedere ad altare, & inde populo benedicere, ut supra c. 4. dictum est. Metropolitanus absente Legato vel alio Cardinali habebit alium sedem ex opposito in cornu Epistolæ, similiter ornatam, ut sedes Episcopalis. Alii verò Episcopi hospites sedebunt in digniori loco post Episcopum diœcesanum, supra omnes Canonicos, Abbates diœcesani benedicti habentes usum mitræ, & baculi, habebunt locum condecentem pro Judicio, & prudentia Episcopi; dummodo non supra, nec inter Canonicos. Nundi Apostolici habentes in eo loco facultates Legati de latere, sedebunt in alia sede ornata, prout de Metropolitano dictum est, non tamen in sede propria Episcopi, & habebunt honores ante Episcopum non celebrantem. Alii vero nuntii Apostolici non habentes facultates Legati de latere, vel habentes, sed non in eo loco, & dum sunt in itinere, & contingat eos transire per aliquas civitates, vel Ecclesias Cathedrales, seu Metropolitanas, sedebunt in digniori & eminente sede Chori, & habebunt honores immediate post Episcopum, & in Processionibus, & aliis actibus similibus habebunt præeminentiam supra omnes Prothonotarios, & supra Canonicos. Visitator Apostolicus si erit Episcopus habebit sedem sicut Nuntius non habens facultatem Legati de latere. Nisi talis Nuntius esset præsens, cui tunc cedit sedens post eum. Vicario Generali dabitur locus, ubi habere solet pro consuetudine diversarum Ecclesiarum. Prothonotarii Apostolici non participantes post Abbates, participantes verò præcedunt Abbates. Post Prothonotarios generales ordinum, deinde alii Prælati Apostolici. Sedes autem pro nobilibus, atque illustribus viris laicis, Magistratibus, ac Principibus, quantumlibet magnis, & excelsis plus, minusve, pro cujusquam dignitate, & gradu ornatas decet extra Chorum, & Presbyterium collocari, juxta sacrorum Canonum præscriptum, laudabilisque antiquæ disciplinæ documenta, jam inde ab exordiis Christianæ religionis introductæ ac longo tempore observatæ.

Digitized by Google

CAPUT XIV.

De usu umbraculi seu baldachini.

UMbraculum, seu baldachinum duplex est aliud quod appendi in altum debet, supra altare, & supra sedem Episcopi, forma quadrata, colore, ubi commode fieri posset, conformi colori cæterorum paramentorum pro temporum, ac celebritatum varietate: aliud, quod supra Episcopum, ac res sacras in processionibus gestari consuetum est, sex, vel octo, hastis sublevatum, quæ quidem per nobiliores laicos deferri solent: ita ut, cum via longior est, qua procedendum est, primo loco illustriores viri illas deferent, quæ ante Episcopum gradatim primæ conspiciuntur. Ordo autem hujusmodi hastas gestandi talis est, ut dignior ferat primam hastam, quæ est ante Episcopi dexteram; secundus alteram, quæ prima est ante Episcopi sinistram; tertius aliam, quæ immediatè est sub prima à parte dextera; quartus aliam, quæ succedit primæ à parte sinistra; quintus tertiam hastam à parte dextera; sextus tertiam à parte sinistra; & sic deinceps; ita ut minus digni habeant postremas hastas prædictas cæteris civibus, & nobilibus civitatis, seu officialibus, vel sodalitatibus, aut aliis pro locorum consuetudine, judicio Episcopi moderanda, ubi opus videbitur, ne rixæ aut contentiones oriantur. Quod si inter digniores & illustriores plures essent, qui de æquali gradu, aut præeminentia contenderent, adeo ut omnibus his primo loco hastæ baldachini assignari nequirent, relinquitur his ultimus locus; id est ubi processio jam pervenit ad Ecclesiam, ad quam dirigitur; talis enim locus reputatur primo æqualis. Illud etiam observari solet, ut cum sanctissimum Sacramentum in processione sub baldachino defertur, primo loco deferant hastas Sacerdotes digniores de Capitulo, sive sint Dignitates, sive Canonici, sive sint parati sacris vestibus, sive non; prout processio fit cum paramentis, vel sine eis, ut in Capitulo de processionibus dicitur.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XV.

De habitu Ecclesiastico Episcopi, & Canonicorum, & de accessu ad Ecclesiam, & reditu eorundem.

CUm Episcopus rei divinæ peragendæ causa ad Ecclesiam venturus erit, sive ipsemet celebraturus sit, sive alter, debent Canonici omnes in eorum Ecclesiastico, & Canonicali habitu, appropinquante hora, ad illum accedere, eundemque capta indutum ex ea aula, seu camera, quam ad hoc destinaverit, ad Ecclesiam progredientem comitari, & deducere. Præibunt familiares Episcopi, &, si aderit, Magistratus aut alii nobiles, & illustres viri, immediate ante Episcopum; tum ipse Episcopus, & post eum sequuntur Canonici bini, juxta antiquam & canonicam disciplinam. Quod si fuerit Archiepiscopus, aut alius utens cruce, ipsa crux immediate ante Episcopum per aliquem Cappellanum deferetur, imagine crucifixi ad Archiepiscopum versa, inter quam, & Archiepiscopum nullus omnino incedat, est enim insigne ipsius. Eo ordine procedent usque ad portam primariam Ecclesiæ; ibi dignior ex Capitulo porriget Episcopo, aspersorium, cum osculo aspersorii & manus; Episcopus asperget primo seipsum detecto capite, deinde Canonicos & alios circumstantes incipiendo à digniori. Sed si forte sanctæ Ecclesiæ Romanæ Cardinalis Legatus, vel non Legatus, venturus esset ad Ecclesiam, & rei divinæ interfuturus, tunc Episcopus ei obviam ire debet usque ad portam Ecclesiæ prædictam, & aspersorium porrigere ipsi Legato, cum solitis osculis aspersorii, & manus, qui se, & alios aspergat. Si verò esset Cardinalis non Legatus, debet quidem Episcopus obviam ire usque ad prædictam Ecclesiæ portam; sed aspersorium non Episcopus, sed prima dignitas, jubente Episcopo, Cardinali non Legato porrigat. Interim (nisi celebretur pro mortalibus, vel diebus ferialibus,) campanæ Ecclesiæ pulsabuntur, & in festis solemnibus etiam organa. Mox perget Episcopus ad altare Sanctissimi Sacramenti, ubi genuflexus super pulvino, & genuflexorio ibi parato orabit; sed ante dictam genuflexionem genuflectet prius in plano solo absque pulvino;

&si-

Digitized by Google

& similiter, cum voluerit discedere ab oratione, ob reverentiam sanctissimi Corporis Christi. Mox accedet ante altare majus, ubi pariter genuflexus orabit. Si fuerit festus, solemnisque dies, & ipsemet Episcopus Vesperas sit celebraturus, postquam pervenerit ad Ecclesiam ordine supradicto, dum genuflexus orabit ante altare majus, *ubi pariter* vel aliud, ubi Vesperæ sunt celebrandæ; poterit in genuflexione aliquantisper morari, dum Canonici capiant sacra paramenta post Episcopum stantes; videlicet illi, qui habent dignitates pluvialia; Presbyteri casulas; Diaconi, & Subdiaconi dalmaticas, & tunicellas coloris convenientis, acceptis prius ab eisdem Canonicis, & circa collum compositis amictibus. Sed, si haberi non possunt paramenta pro omnibus, saltem quatuor, aut sex primi habeant pluvialia. Episcopus autem capiet paramenta in sede sua. Cum autem Episcopus Missam celebraturus erit solemniter, postquam ingressus fuerit Ecclesiam, & ante sanctissimum Sacramentum oraverit, ibi recte ad Sacristiam, vel ad alium locum præparatum intra Ecclesiam, & ibi induet paramenta pro ipso præparata, recitando solitos Psalmos, Versiculos, & Orationes, stantibus in girum, vel sedentibus Canonicis, jam alio loco paratis, prout Episcopus interim stabit, vel sedebit; quo tempore per Chorum decantabitur hora Tertia, ut dicitur in Capitulo de Missa solemni &c. Deinde, finita hora tertia, & parato Episcopo cum solitis Cærimoniis procedetur ad altare processionali ritu; quo casu Canonici parati, ut supra, antecedente Episcopum immediate; crux verò Capituli deferatur per alium Subdiaconum paratum tunicella inter duos ceroferarios, præeunte Acolytho cum thuribulo & navicula ante omnes beneficiatos, aliosque de clero ejus Ecclesiæ. Sed si celebrans erit Archiepiscopus, crux Archiepiscopalis defertur per Subdiaconum, ut supra, ante Canonicos paratos tantum, non autem ante alios de Clero, imagine crucifixi ad ipsum versa. Ideo autem hoc casu Canonici parati antecedunt Episcopo, quia itur sacra processione; secus quando non sunt parati, nec Episcopus procedit cum pluviali & mitra vel cum planeta, sed tantum in cappa, tunc enim ipse debet anteire, Canonici vero subsequi, ut dictum est, quia non est processio sacra. Valde tamen probandum esset, si in

Digitized by Google

si in solemnioribus festivitatibus Episcopus etiam non celebraturus procederet ad Ecclesiam; & tam Vesperis quam Missæ interesset a mictu alba, cingulo, stola, pluviali, & mitra paratus. In redeundo idem ordo servatur, non tamen cum sacris paramentis, quæ statim expletis Vesperis, aut Missa deponuntur ibidem in Choro. In Ecclesiis collegiatis Canonici in eorum habitu Canonicali ad Vesperas procedent à sacristia bini, & bini, præcedentibus duobus ceroferariis, & aliis de capitulo, ultimo loco celebrans paratus pluviali officio, & festo, quod celebratur, convenienti, & ante ipsum quatuor, aut sex alii pluvialibus induti. Ad Missas eodem ordine proceditur, nisi quod celebrantem paratum planeta, & reliquiis paramentis Missalibus præcedent Diaconus, & Subdiaconus parati dalmatica & tunicella, vel pro temporis qualitate, planetis ante pectus plicatis, ut suo loco dicitur: Diaconus scilicet immediate ante celebrantem, Subdiaconus vero ante Diaconum manibus junctis, nec alii præter ipsos erunt parati. Dominicis verò diebus, quia clerus, & populus ante Missam aqua benedicta per celebrantem & aspergendus, oportet illum procedere pluviali indutum inter Diaconum à dexteris, & Subdiaconum à sinistris de more paratos, qui postea facta aquæ sanctæ aspersione, & dicta oratione, depositio pluviali, accipiet planetam, & incipiet Missam. Calix vero cum patena, & bursa, & liber Missalis, & alia necessaria præparentur prius per clericos apud altare in mensa ad id composita.

CAPUT XVI.

De Pallio, & ejus usu.

IN tradendo Pallio extra Romanam curiam consuetudo ab immemorabili tempore est, ut Summus Pontifex uni, aut duobus Episcopis committat illius traditionem, qui præstituta die convenire debent cum ipso electo, cui Pallium tradendum est, in Ecclesia Metropolitana, vel alia suæ Provinciæ magis commoda, nisi ne-

Digitized by Google

cessitas aliud suadeat; ubi Missa celebranda erit, & post communionem celebrantis ponetur in medio altaris Pallium extensum serico coopertum; ac, finita Missa, Episcopus, sive Episcopi Commissarii induti amictu, stola, pluviale, & mitra simplici, sedentes ante altare super faldistoriis, aut aliis sedibus, juramentum fidelitatis nomine sedis Apostolicæ accipient ab ipso electo induto omnibus Pontificialibus paramentis, præter chyrothecas, & mitram; nisi illud prius præstitisse legitime docuerit, juxta formam litterarum Apostolicarum felicis record. Sixti Papæ V. Quo præstito surgent Episcopi, vel Episcopus, cum mitris, & accipient de altari Pallium, quorum Senior illud super humeros electi ante se genuflexi imponet dicens, (*Ad honorem omnipotentis Dei &c.*) ut in Pontificali habetur. Quo facto, surget Patriarcha, vel Archiepiscopus cum Pallio, ascendet ad altare crucem ante se habens, & detecto capite populo solemniter benedicet, dicens: (*Sit nomen Domini &c.*) Deinde dimissis in Ecclesia paramentis, omnes recedent. Pallio utitur Archiepiscopus in singulis Ecclesiis Provinciæ suæ non autem extra Provinciam; & dumtaxat dum Missam solemnem celebrat, præscriptis quibusdam diebus, qui in Privilegiis Ecclesiæ Metropolitanæ exprimi solent. Quod si non reperiantur expressi, recurrendum erit ad communem consuetudinem, quæ est, ut eo uratur diebus infrascriptis; videlicet, Nativitatis Domini Nostri JEsu Christi, Sancti Stephani, Sancti Johannis Evangelistæ, Circumcisionis, & Epiphaniæ Domini, Dominica in ramis palmarum, Feria quinta in Cœna Domini, Sabbatho Sancto, Resurrectionis Domini cum duobus sequentibus, Dominica in albis, Ascensionis, Pentecostes, Johannis Sancti Baptistæ, duodecim Apostolorum festivitatibus, in festo Corporis Christi, quatuor festivitatibus *Mariæ* gloriosæ Virginis, id est, Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Nativitatis, in festo omnium Sanctorum, in dedicationibus Ecclesiarum, in principalibus festivitatibus Ecclesiæ Metropolitanæ, in ordinationibus clericorum, consecrationibus Ecclesiarum, Episcoporum, & Virginum, in diebus anniversariis consecrationis Ecclesiæ

Digitized by Google

siæ principalis, & suæ. Aliis autem diebus in privilegiis non expressis, vel inter prædictos non comprehensis, Archiepiscopus, si voluerit in Pontificalibus celebrare, uti non debet pallio. Quando autem pallium imponitur Archiepiscopo, semper imponitur super planeta, ita ut pars duplex Pallii ponatur super sinistrum humerum. Modus autem impositionis pallii, & trium spinularum gemmatarum, quæ in illud infiguntur, exponitur infra in capitulo de Missa solemni Episcopo celebrante. Electi verò ad Patriarchales, vel Metropolitanas Ecclesias non ante Patriarchæ, vel Archiepiscopi appellari possunt, quam pallium receperint; sed nec translati de una Ecclesia Metropolitana ad àliam uti possunt pallio, quod pro prima Ecclesia acceperant; nec Pallio sui prædecessoris defuncti, nec translati: sed opus est, ut iterum pro nova Ecclesia petatur, & habeatur, novum Pallium; nec interim ipsis electis licet Pontificalia munia exercere. Post obitum debent Archiepiscopi cum Pallio sepeliri; siquidem sepeliantur in Provincia sua, circa humeros supra planetam: si vero extra provinciam, & ponendum erit pallium plicatum sub eorum capite. Curent igitur Archiepiscopi, ut Pallium, in quo tanta est antiquitas, veneratio, & auctoritas dignè, & honorifice asservetur, puto serico obvolutum, ac in capsula intus, & extra pulchre ornata, vel serico abducta inclusum, tanquam venerabile ipsius Archiepiscopi insigne mysticis sensibus plenum.

CAPUT XVII.

De mitra, & baculo pastorali.

MItræ usus antiquissimus est, & ejus triplex est species: una, quæ pretiosa dicitur, quia gemmis, & lapidibus pretiosis, vel laminis aureis, vel argenteis contexta esset solet; altera auriphrygiata sive gemmis, & sine laminis aureis; vel argenteis: sed vel aliquibus parvis margaritis composita, vel ex serico albo auro inter-

Digitized by Google

misto, vel ex tela aurea simplici sine laminis, & margaritis; tertia quæ simplex vocatur, sine auro, ex simplici serico Damasceno, vel alio, aut etiam linea, ex tela alba confecta, rubeis laciniis, seu franciis, & vittis pendentibus. Pretiosa utitur Episcopus in solemnioribus festis, & generaliter quandocunque in officio dicitur hymnus (*Te Deum laudamus &c.*) & in Missa (*Gloria in excelsis DEO.*) Nihilominus in eisdem festis etiam auriphrygiata uti poterit, sed potius ad commoditatem, quam ex necessitate; ne scilicet Episcopus nimis gravetur, si in toto officio pretiosa utatur; propterea usu receptum est, tam in Vesperis, quam in Missis, ut pretiosa utatur Episcopus in Principio, & in fine Vesperarum, & Missarum solemnium, ac eundo ad Ecclesiam, & redeundo ab ea; & quando lavat manus, & dat benedictionem solemnem. Intermedio autem spatio, loco pretiosæ accipit auriphrygiatam juxta normam jam superius declaratam in titulo de numero, & officio ministrorum servientium Episcopo in divinis, &c. Ubi de officio, & cura servientis de mitra dictum fuit. Auriphrygiata mitra utitur Episcopus ab Adventu Domini usque ad Festum Nativitatis, exceptà dominica tertia Adventus, in qua dicitur Introitus (*Gaudete &c.*) ideoque in signum lætitiæ utitur tunc pretiosa. Idem à septuagesima usque ad feriam quartam majoris hebdomatæ inclusive, excepta Dominica quarta Quadragesimæ, in qua dicitur, Introitus (*Lætare &c.*) Item in omnibus vigiliis, quæ jejunantur, & in omnibus quatuor temporibus, in Rogationibus, Litaniis, & processionibus quæ ex causa pœnitentiæ fiunt; in festo Innocentium, nisi veniat in Dominica, & in benedictionibus, & consecrationibus, quæ privatè aguntur. Quibus quidem temporibus abstinet Episcopus, à mitra pretiosa. Poterit tamen Episcopus, dum utitur Auriphrygiata, uti etiam simplici eodem modo, & forma, prout de pretiosa, & Auriphrygiata dictum est. Simplici vero mitra utitur Episcopus feria sexta in Parasceve, & in officiis defunctorum. Sed quia, cum Episcopus utitur mitra, utitur etiam baculo pastorali in sua diœcesi, de eo etiam breviter dicendum est. Utitur ergo Episcopus baculo pastorali in sua tantum civitate, vel Diœcesi,

Digitized by Google

cesi, & etiam alibi, ubi consecrationes, aut ordinationes, vel benedictiones personales facere ei Apostolica auctoritate conceditur. Utitur autem in omnibus processionibus, quæ si longioris viæ fuerint, faciet illum ante se immediate deferri à ministro, qui de eo servit, pluviali induto, quem portabit ambabus, manibus à terra elevatum; & si in aliqua Ecclesia sit consuetudo, vel privilegium, ut aliquis de Capitulo dignitatem habens baculum ante Episcopum deferat, servari poterit: si vero processionis via fuerit brevis, poterit ipsemet Episcopus sinistra manu illum deferre; quod intelligendum est, quando Episcopus erit paratus pluviali, & mitra. Item in Vesperis Pontificalibus, dum procedit paratus de altari ad sedem, vel è contra, & dum dicitur Canticum. (*Magnificat &c.*) ac dum populo benedicit. Item in Missa pontificali, dum procedit de Secretario ad altare, & cum ad eundem locum revertitur, & quoties de altari ad sedem, & de sede ad altare procedit; dum Evangelium cantatur, cum Episcopus sermonem facit, vel in ejus præsentia ab alio fit; cum in Medio Missæ, & in fine dat benedictionem solemnem, videlicet, dum incipit producere signum crucis, & non prius; & in omnibus actibus Pontificalibus, quæ per ipsum Episcopum exercentur, ut in ordinationibus, benedictionibus, consecrationibus, & hujusmodi, quæ in suis locis propriis habentur: dummodo, ut dixi, Episcopus sit paratus pluviali, & mitra, aut saltem mitra, & stola; nam mitra, & baculus in Episcopis sunt correlativa. Excipiuntur tamen ab hac regula officia, & Missæ pro defunctis, in quibus usus baculi cessat.

CAPUT XVIII.

De reverentiis, & genuflexionibus, sessionibus, & surrectionibus observandis, tunc per Episcopum, & Canonicos, quam alios quoscunque, sive in Ecclesia, sive extra eam. Et de osculationibus manuum Episcopi, vel celebrantis.

EPiscopus, à quo deberi exemplum sumit, cum primum Ecclesiam ingreditur, detecto capite, sumtaque aqua benedicta,

Digitized by Google

ut suo loco declaratum fuit, procedet ad locum Sanctissimi Sacramenti; deinde ad altare majus: ut utrobique genuflexus orabit devote, & congruenti mora, facta prius ante altare sanctissimi Sacramenti genuflexione in plana terra, antequam in genuflexorio genuflectat, & similiter finita oratione antequam discedat, ut explicatum fuit in capitulo de ornatu Ecclesiæ, &c. Si mitram habebit, deponet eam, dum orat, & post orationem resumet, & cum ea faciet altari majori reverentiam, caput inclinando, antequam inde discedat: & cum incipit ascendere ad sedem suam, salutat levi capitis inclinatione Canonicos hinc inde stantes. Ipsi verò Canonici, cum pervenerint ad altare majus, simul cum Episcopo profunde se inclinant, & statim accedunt ad loca sua in Choro, ubi etiam genuflectunt, & permanent orantes, quamdiu Episcopus orat, quo surgente, & ipsi surgunt; & cum Episcopus eos salutat, capite detecto, profunde se inclinant, & regulariter quoties ipsi Canonici transeunt directe ante altare vel ante Episcopum, caput & humeros profunde inclinant; beneficiati autem, & cæteri de clero genuflectere debent transeundo, tam ante altare, quam ante Episcopum. Si autem quispiam Canonicus superveniat inchoato jam officio, vel Missa, absque eo, ut aliquos salutet, vel aliis salutetur, statim genuflectit, versus altare parum perorans; mox surgit, & facit reverentiam profundam altari, & Episcopo, deinde salutat Canonicos, & alios de Choro circumstantes, tunc & non prius ei assurgentes, & eum consalutantes, & vadit ad locum suum. Et si forte tunc esset principium horarum & diceretur in Choro (*Deus in adjutorium &c.*) vel (*Gloria patri &c.*) aut Hymnus, vel in Missa oratio, aut Evangelium, expectabit stans, donec ea perficiantur, mox factis reverentiis, & salutationibus, ut supra ibit ad locum suum. Item observatur, si aliquis Prælatus, aut nobilis laicus, vel ex Magistratu, aut officialibus civitatis, qui divinis officiis interesse soleat, super venerit officio, vel Missa jam incepta: non enim prius ad locum suum ibit, quam fecerit genuflexus orationem versus altare, deinde reverentiam Episcopo, & Canonicos; aliosque nobiles laicos, aut Magistratum, suosque æquales capitis nutu

tu

Digitized by Google

tu salutaverit : &, si aliquid ex supra dictis recitabitur in Missa, vel in Choro, expectabit finem stans, ut de Canonicis dictum est ; & mox surgentibus eisdem Canonicis, & laicis, quos ipse salutaverit, ab eis resalutabitur. Mansionariis vero, seu beneficiatis, & aliis de Clero supervenientibus, ut supra facta oratione, & debita reverentia Episcopo, & Canonicis, aut Magistratu, vel nobilibus supra dictis assurgunt, sed tantummodo alii Mansionarii, & Clerici eorum æquales, vel inferiores. Et qui solent gestare almutium, dum assurgunt, â scapulis ad brachia dimittant. Illud quoque pro regula observandum erit, æqualiter omnes prædicti, qui de eodem corpore sunt, cum sedendum erit, sedeant, cum vero surgendum, surgant. Sunt enim diversa corpora, seu Chori ministrantium, dum divina res solemniter celebratur. Primus siquidem Chorus est assistentium, & ministrantium Episcopo celebranti. Alter Canonicorum in suis subselliis residentium. Alter Magistratuum, vel nobilium laicorum. Alter beneficiatorum, & reliquorum clericorum. Cum igitur aliquis ex assistentibus Episcopo surgit, facturus aliquid ad officium suæ assistentiæ pertinens, pariter & alii coassistentes, & ministri circumstantes surgere debent ; non tamen Episcopus, & sic stare, donec ille sedeat : nec ideo tunc reliqui Canonici in Choro sedentes, nec alii de Choro surgunt, tanquam diversi Chori. Similiter aliquo ex Canonicis in Choro residentibus surgente, ut aliquid faciat ad publicum, & commune chori officium spectans, puta, cum intonatur Antiphona, seu aliquid simile, omnes alii Canonici, ac etiam beneficiati, & clerici assurgunt, præter prædictos, qui Episcopo assistunt. Inter laicos quoque uno surgente ratione officii, & cum datur illis incensum, aut pax, cæteri quoque surgunt, secus verò surgentibus aliis non sui ordinis. Si Episcopus non celebraret, sed aliquis Suffraganeus, vel alius Episcopus, præsente ipso Episcopo, adhuc efficeretur alius Chorus ministrantium celebranti, qui eandem regulam servaret, quoad sedendum, & surgendum, pro ut de aliis dictum est. Cum autem Episcopus surgit, omnes Chori, tam Canonicorum, & beneficiatorum, quam laicorum, & celebrantis

con-

Digitized by Google

consurgere debent. Est & alia regula circa reverentias observanda; videlicet, cum aliquis ex Canonicis, vel ministris transeundo ante celebrantem, altare & Episcopum, vel aliquem majorem, facturus erit plures reverentias, non inspicitur cui prius, vel postea reverentia exhibeatur, sed tantum commoditas gradientis; puta si ille discedit à celebrante iturus ad Episcopum, & transiturus ante altare, primo faciet reverentiam celebranti, tum altari, & ultimo loco Episcopo; & pari ratione, si discedit ab Episcopo, iturus ad celebrantem, primo Episcopo, & deinde altari, ante quod transit, ultimo celebranti reverentiam faciet. Et breviter, reverentia fieri debet semper primo ei, à quo disceditur, & ultimo ei ad quem itur, nullo habito respectu quis eorum sit major. Regula etiam est, ut si plures in eodem loco veniant Prælati, ac etiam Legatus, & Cardinales, & uni tantum ex ipsis, qui erit major, puta Legato, & celebranti reverentia exhibeatur. Cum Episcopus celebrat, familiares, vel nobiles, qui ei ad lotionem manuum ministrant, genuflexi officium suum peragunt, nisi adesset Legatus, vel suus Metropolitanus, quo casu ob reverentiam illius, non genuflexi sed inclinati ministrant. Et pari modo, si aliquis Suffraganeus, vel alius Episcopus celebraret præsente Episcopo proprio. Illud quoque sciendum est, quoties aliquid affertur Episcopo, celebranti, aut Legato, qui rei divinæ interfint: ac etiam cum aliquid ab eis recipimus, toties osculanda est res, quæ offertur; ac deinde manus recipientis, & cum ab eisdem aliquid recipimus primo manus, deinde res, quæ recipitur: præterquam in Missis defunctorum, in quibus talis deosculatio omittitur, ut suo loco dicitur. Idem observatur erga alios celebrantes absente Episcopo.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XIX.

De ordine, & modo jungendi, disjungendi, elevandi, tenendique manus per Episcopum, vel alterum celebrantem: & quomodo vertere, & convertere se debeat ad altare, vel faldistorium, & contra: & de osculatione altaris.

ILlud imprimis observandum erit ab Episcopo, ut cum sacris vestibus paratus, ad Missam seu Vesperarum solemnia, progreditur, nisi pastoralem baculum deferat, semper junctis manibus eat, hoc est palmas extensas, ac simul junctas ante pectus habeat, pollice dextero, super sinistro in crucis modum posito. Interdum tamen illas disjungit, ut populo manu dextera aperta benedicat, ac mox iterum jungit, easque sic junctas semper tenet, dum genuflexus orat, dumque ab altari ad sedem, vel à sede, ad altare procedit. Cum autem sederit, sive in sede sua Episcopali, sive in faldistorio, si est paratus planeta, palmas disjunctas apertas super gremiali, hinc inde positas, quasi illud retinens, habebit: sed cum surgit dicturus (*Gloria in excelsis Deo &c. Pax vobis*) seu (*Dominus vobiscum*) vel (*Credo in unum Deum*), & similia, easdem sic junctas tenens, cum ea verba incipit proferre, aliquantulum disjungit, & mox, dum pronunciat ultima verba ex prædictis, eas iterum ante oculos elevatas jungit, & cum aliqua ex prædictis, versus altare dicit, ut (*Gloria. Credo*) & similia caput aliquantulum versus altaris crucem inclinat. Idem facit, cum in præfatione, dicit, (*Gratias agamus &c.*) cum ante orationes dicit (*oremus,*) Cum vero orationes cantat, manus ipsas elevatas, ac rectas ad humerorum æqualitatem retinet, ita ut palma palmam respiciat usque ad conclusionem Orationis, id est. (*per Dominum nostrum &c.*) Quod cum dicere incipit, illico manus jungit, & cum profert nomen JESU, caput inclinat. Quoties autem dextera oblata super altari, vel alia signat, sinistram super altare extra corporalia tenet; & dextera manu aperta benedicit. Si vero extra altare seipsum signat, sinistram extensam tenet infra pectus. Quoties

Digitized by Google

Quoties autem & quomodo post lectum offertorium usque ad communionem signare super hostiam, aut Calicem; tam ante, quam post consecrationem debeat, ac quo pacto manus & digiti sunt tenendi, in capitulo de Missa solemni, &c. late declaratur, & habetur in rubricis Missalis, ideo supervacuus labor est, ea hic repetere. Quando verò, & quomodo vertere, & convertere se debeat, hoc regulariter observandum erit, ut quando Episcopus, vel Suffraganeus, aut alius Prælatus celebrat apud faldistorium, prout Episcopo occurrere potest præsente Legato, vel alio Cardinali, vel suo Metropolitano, ut alibi dictum fuit, tunc diverso modo observatur, si altare erit sub tribuna; ita ut sedes Episcopalis, sit è regione illius parieti adhærens, habens hinc, inde sedilia Canonicorum, quo casu Episcopus sedens in faldistorio vertit terga populo: & tunc surgens salutaturus populum dicendo (*Pax vobis*) vel (*Dominus vobiscum*) vertit sè per latus suum dexterum versus altare ad populum; & per idem latus revolvit se, stans facie versa ad altare, & cantat orationes; seu legit, quæ sunt legenda & pariter ab eodem latere vertit se versus altare, cum dicturus est (*Gloria in excelsis Deo*) aut (*Credo*) si verò altare sit adhærens parieti, & sedes Episcopalis in latere Evangelii juxta differentiam positam in capitulo de sedibus Episcopi, aliorumque &c. tunc quia celebrans in faldistorio sedes habet faciem suam versus populum, cum surgit salutaturus populum, non vertit se, sed eo salutato voluit se per latus sinistrum, non versus altare, sed potius versus credentiam, & legit, quæ sunt legenda ex libro. Hi autem modi vertendi, & convertendi se apud faldistorium secundum diversas positiones altaris, quanquam videantur inter se diversi, tamen in substantia non differunt: nam utroque casu id fit respectu altaris, quod primo casu præsupponitur esse ante faciem celebrantis; ideo cum se vertit ad populum, vertit se per latus suum dexterum; secundo vero casu, quia celebrans sedet in faldistorio versa facie ad populum, præsupponitur vertere terga altari, ideo salutato populo, & cum dicturus est (*Gloria*) aut (*Credo*) absque salutatione vertit se ad faldistorium, quasi ad altare per latus suum sinistrum, prout faceret

Digitized by Google

faceret quisque celebrans stans apud altare, qui, ut dictum est, regulariter vertit se ad populum per latus suum dexterum, & per idem latus se revolvit, quod revolvendo sibi est siniſtrum: nunquam enim perficit circulum, nisi cum vertit se dicendo (*Orate fratres*) & in fine Missæ, quando dat benedictionem: nam tunc vertit se per latus Epistolæ, & convertit per latus Evangelii perficiendo circulum. Postremo advertendum est, dum celebrans stat ante altare, & se ad populum vertit, ut prius osculetur altare in medio, nullam tamen ibi crucem manu, vel pollice designans. Et regulariter, quoties à sede, vel faldistorio ad altare accedit, illud in medio osculatur.

CAPUT XX.

De libro tenendo, apud Episcopum non celebrantem, sed in Vesperis, aut in Missa solemni præsentem: & quid ex eo legere debeat.

CUm Episcopus in Missis solemnibus præsens est, quamvis ipsemet officium minimè faciat, sive sit pluviali, & mitra, seu tantummodo cappa Pontificali indutus, habendus est prope ipsum liber Missalis, quem aliquis ipsius minister cotta indutus custodiet; & cum opus erit, illum supra caput apertum tenens offert ante Episcopum, accedente cum eo altero ministro, instrumentum argenteum, quod Ruciam vocant, cum Candela desuper accensa tenente etiamsi aër sit lucidus, ut opus non sit lumine ad legendum. Ex hujusmodi libro Episcopus quatuor leget infra scripta: videlicet, primo Introitum; secundo, Epistolam, Graduale, Alleluja, sequentiam, sive Tractum, & cætera usque ad Evangelium inclusive, tertiò offertorium; quartò, post communionem. Observandum tamen est, quod si forte hujusmodi Missæ interesset aliquis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, sive Legatus de Latere, sive non, aut aliquis Prælatus ipso Episcopo superior, ut suus Metropolitanus, tunc ob eorum reverentiam Episcopus libro hujusmodi non utetur. Cum verò ipsemet Episcopus celebrat, omnia prorsus, quæ ad Missam pertinent, ex libro recitabit, ut latius in Capitulo de Missa solemni, quæ ab Episcopo celebratur, exponitur. In Vesperis autem Episcopus ex libro legit, nisi orationem, quam cantat in fine, ut in capite de Vesperis dicitur.

Digitized by Google

CAPUT XXI.

De Circulis infra Missam solemnem, quæ coram Episcopo celebratur, faciendis ante Episcopum, qualiter & quoties.

QUotiescunque Episcopus sacris paramentis induitur in Secretario, vel alibi ad Missam solemnem, vel ad processionem iturus dignitates, & Canonici debent circa illum stare, dum paramenta capit, detectis capitibus, quos tamen semel, aut iterum invitari ab Episcopo decet, ut caput regant, cui illi reverenter obtemperent se cooperiendo. Qua casu dignior ex omnibus tam dignitatibus, quam Canonicis, stare debet à sinistris Episcopi, & alii per ordinem apud illum facientes circulum usque ad ultimum, qui versus dexteram Episcopi stabit; quod ita fiet, ut commodior, & facilior sit exitus, cum ultimi, qui ad dexteram consistunt, debeant esse primi exeundo de dicto loco: alias regulariter digniores semper à dexteris Episcopi debent stare. In Missa quoque solemni, quæ non ab Episcopo, sed coram eo celebratur, quater circuli fiunt; primo cum Episcopus stans in sua sede legit introitum, & Kyrie eleison, & successive hymnum angelicum, Gloria in excelsis, postquam intonatus erit à celebrante (si recitandus sit) cum enim per cantores, sive organum cantabitur, ultimum Kyrie eleison, Canonici dicentes ab eorum sedilibus, procedunt ad medium chori, factis altari, & Episcopo reverentiis, & se sistunt in circulum ante Episcopi faciem, quod diversimodè fit pro diversitate situationis altaris, & sedis Episcopalis: si enim altare adhærebit parieti, & sedes Episcopalis sit in latere Evangelii, incipient procedere juniores Canonici à sedili Diaconorum, ita ut ultimus Canonicus sistat ante faciem Episcopi, quos gradatim alii sequuntur perficiendo circulum: & dignior Canonicus, sive Dignitas, modicum à suo sedili digressus stat ad dexteram Episcopi. Si vero altare erit sub tribuna, & sedes Episcopalis ex appositio altaris, tunc Canonici venientes ad circulum procedunt simul ab utraque parte non perficientes circulum, ne terga vertant altari, sed facientes hinc inde semicirculum, & sic stantes dicunt Episcopo *(Kyrie eleison)*

Digitized by Google

eleiſon) quo dicto, ſi dicendum ſit (*Gloria in excelſis &c.*) expectant ibidem donec celebrans incipiat, (*Gloria in excelſis Deo*) & ipſi cum Epiſcopo proſequantur usque ad finem. Quo finito, producente ſuper eos Epiſcopo ſigno crucis (quod ſic ſemper in fine circuli obſervatur) factaque illi, & altari reverentia recedunt ad loca ſua. Eundemque ordinem ſervant, quoties in Miſſa veniunt ad circulum; quod ſecundo erit, cum dicitur Symbolum, ſi dicendum eſt, in quo ſimul cum Epiſcopo genuflectunt ad articulum: (*Et incarnatus eſt &c.*) Et ſi forte, cum redeunt ad loca ſua, idem articulus cantetur à choro, ubicunque erunt, genuflectent, donec articulus perficiatur; tertio loco veniunt ad circulum circa finem Præfationis, ut dicant cum Epiſcopo (*Sanctus, Sanctus &c.*) non tamen pectus percutientes: dicto (*Benedictus, qui venit &c.*) & facto ſuper eos ſigno crucis ab Epiſcopo recedunt; quarto, & ultimo paulo antequam celebrans dicat (*Per omnia ſæcula &c.*) ante (*Pax Domini &c.*) Iterum veniunt ad circulum, ut dicant cum Epiſcopo (*Agnus Dei &c.*) Et tunc, dum veniunt ad circulum, & dum diſcedunt ambobus genibus verſus altare genuflectunt propter reverentiam Sanctiſſimi Sacramenti, quod eſt ſuper eo. Cum Canonici à circulis revertuntur ad ſedes ſuas, faciunt contrario modo, quam faciunt veniendo; quia primo revertuntur ſeniores, mox juniores. Illud demum ſciendum eſt, hujusmodi circulos fieri tantum in Miſſis, non autem in Veſperis, & cum Epiſcopus præſens eſt Miſſæ per alterum cantatæ, ſive diebus feſtis, ſive ferialibus; nunquam autem quando ipſemet Epiſcopus celebrat; nec fieri ante ullum quantumvis Epiſcopo ſuperiorem, etiam Legatum de Latere, aut ejus Metropolitanum, & multo minus ante inferiorem, & Suffraganeum, vel alium Epiſcopum, ſed duntaxat ante ipſum proprium Epiſcopum: quæ tamen præſente Legato de latere, vel Prælato ſuperiore, ob eorum reverentiam omittuntur. In Miſſis verò defunctorum circuli non fiunt, nec feria ſexta in Paraſceve.

Digitized by Google

CAPUT XXII.

De Concionibus, seu Sermonibus infra Missam solemnem habendis, seu post Missam in funere Episcopi, aut alicujus magni viri; & de sermocinantis habitu.

QUemadmodum in cap. de Missa solemni, &c. dicitur, Episcopo solemniter celebrante, non decet omnino sermonem haberi, nisi vel ab ipsomet Episcopo vel ab aliquo Canonico, qui eo casu servit Episcopo in officio Presbyteri assistentis declaratur, qua forma, & modo id agere debeat. Si vero Episcopus non celebret, sed Missæ per alium cantatæ intersit, tunc ab aliquo ex clericis idoneo, de Episcopi licentia, sermo habendus erit. Ejus habitus erit cappa supra Rochettum, vel alius, qui fuerit in Ecclesia proprius habitus Canonicalis. Si autem fuerit clericus Regularis, erit in habitu suæ religionis. Sermo verò regulariter infra Missam debet esse de Evangelio currenti. Quicunque sermonem habiturus finito Evangelio ducendus est per Cærimoniarium cum debitis reverentiis ad osculum manus Episcopi, quam nisi fuerit Canonicus, genuflexus osculatur; Canonicus autem stans profundè inclinatus osculatur manum, deinde benedictionem petit dicendo: (*Jube Domine benedicere*) cui Episcopus respondet, (*Dominus sit in corde tuo &*) Accepta Episcopo benedictione, petit mox ab eodem indulgentias dicendo; (*Indulgentias Pater Reverendissime*) cui Episcopus concedit indulgentias consuetas; quibus habitis, cum debitis reverentiis recedit, ac vadit ad ambonem, seu pulpitum, in quod cum conscendit, aliquantulum quiescit; ac se componit cooperiens caput; & statim capite detecto, signat se signo crucis, & genuflexus recitat Salutationem Angelicam voce intelligibili, & devotè; mox surgit, &, capite cooperto, facit sermonem. Inter concionem, cum convertit se ad Episcopum, aut Legatum ibi præsentem, caput profunde inclinat. Finito sermone, capite detecto, genuflexus expectat finem confessionis, quam facit Diaconus; & ea finita, surgit & stans in eodem pulpito, seu suggestu, publicat indulgentias ab Episcopo concessas,

Digitized by Google

sas, & statim descendit, receditque in pace; advertat propterea ut formam pronuntiandi indulgentias memoriter teneat: Si vero habendus sit sermo extraordinarie, velut ad publicandum aliquod Jubilæum, vel pro gratiarum actione ad Deum de aliquo felici nuntio, aut publicatione federis, seu in adventu alicujus maximi Principis, vel ex alia quacunque simul occasione, non debet infra Missam fieri, sed ea finita, nec tum petitur benedictio. Idem dicitur, si in Missa defunctorum, vel in laudem alicujus magni viri defuncti habeatur; quo casu fit statim, finita Missa, antequam fiat absolutio, ut in cap. de Missa defunctorum dicitur, & in habitu ordinario.

CAPUT XXIII.

De ordine, & modo imponendi thus in thuribulum, illud benedicendi; & de thurificatione in Vesperis, & Missis solemnibus.

CIrca thuris benedictionem hoc servandum est, ut, cum Acolythus, sive Cærimoniarius affert thuribulum cum prunis ardentibus sinistra, naviculam autem cum thure, & cochleari dextera ad Episcopum, vel celebrantem, illico adest, vel primus Presbyter assistens, vel, si Episcopus celebrans est apud altare, Diaconus Evangelii juxta regulas suis locis traditas, & accipit de manu prædicti Acolythi naviculam semiapertam, & cochlear in ea existens cum osculo cochlearis, & manus Episcopi offert eam Episcopo dicens: (*Bendicite Pater Reverendissime*) Episcopus verò accepto cochleari, sumit cum eo ter ex navicula thus, illudque etiam ter in thuribulum immittit dicens interim (*Ab illo benedicaris, in cujus honore cremaberis.*) Quo facto, ac reddito cochleari eidem ministro, qui rursus manum, & illud osculatur, ipse Episcopus producit manu dextera signum crucis super thus in thuribulo: ipse vero Acolythus thuribulum deferens illud portat; & cum opus est, operculum per catenulam sursum trahit, juxta normam in capitulo de numero, qualitate, & officio ministrorum Episopo servientium positam. Materies, quæ adhibetur, vel solum, & purum thus esse debet, boni odoris; vel, si aliqua addantur, advertatur, ut quantitas thuris longe superet. Hujusmodi thurificatio principaliter fit versus altare, & crucem, ac reliquias, & imagines Sanctorum, super

Digitized by Google

super eo posito positâs, hoc ordine. Nam imposito, & benedicto thure, ut supra Episcopus, vel celebrans capit de manu Diaconi in Missa, vel de manu Presbyteri assistentis in Vesperis thuribulum: videlicet, sinistra catenulas, quibus thuribulum sustinetur in earum summitate, dextera verò easdem catenulas simul junctas prope thuribulum tenet, ac thuribulum sustinet; ita ut illud commode ducere versus crucem, & imagines prædictas, & ad se retrahere possit: quod recte fit, si ipse Episcopus, aut celebrans, accepto thuribulo, teneat dexteram, quo fieri potest, proximiorem ipsi thuribulo, ita ut parvum catenularum spatium remaneat inter ipsius manum dexteram, & thuribulum, præsertim cum thurificantur oblata; nam, si nimis thuribulum pendeat, nec commode, nec securè, nec cum decore illam actionem expedire posset; & facta cruci profunda reverentia, thurificet illam triplici ductu; mox iterum facta cruci reverentia, si erunt super altari Reliquiæ, aut imagines Sanctorum, hinc, inde à lateribus crucis thurificabit primo reliquias, seu imaginem à dexteris, scilicet, à latere Evangelii existentes duplici ductu; & deinde, facta prius cruci reverentia, imaginem seu Reliquias à sinistris pariter duplici ductu. Procedet deinde ab eadem parte sinistra, seu cornu Epistolæ, & thurificabit alias Reliquias, seu imagines ab eodem latere sinistro crucis existentes, ter thuribulum ducens eundo versus cornu Epistolæ, etiam si plures essent Reliquiæ, aut imagines, quam tres ab eo latere, vel etiamsi nullæ sint Reliquiæ, aut imagines, thurificabit earum loco altare, ter thuribulum ducens æquali distantia, prout distribuuntur candelabra: &, cum erit in cornu Epistolæ, de missa manu, illud primum inferius, mox superius, bis ducto thuribulo, thurificabit: mox conversus ad altare ab eodem latere illius planitiem in anteriori parte triplici ductu thurificabit usque ad medium, ubi iterum facta cruci reverentia, procedet thurificando alias Reliquias, seu imagines, aut earum loco altare, prout in latere ante dicto Epistolæ fecit; & pariter in cornu Evangelii, manu demissa, illud inferius, superiusque duplici ductu thurificabit; tum ad altare se convertens manu aliquantulum demissa, thurificabit frontem, seu anteriorem partem altaris, ter ducendo thuribulum usque ad medium illius; ubi denuo facta cruci reverentia, thurificabit reliquam partem anterio-

rem

Digitized by Google

rem altaris procedendo versus cornu Epistolæ, ubi firmat se, reddens thuribulum Diacono, seu Presbytero assistenti; à quo, si celebrat Missam, accepta Mitra, ibidem triplici ductu thurificabitur, ut infra dicetur: Dum autem Episcopus, seu alius celebrans prædictam altaris thurificationem facit, advertat, ut se in ea graviter, & cum decore gerat, non personam, aut caput, dum thuribulum ducit, reducitque movens: sinistram quæ summitate catenularum retinet, firmam, stabilitamque tenebit; dexteram verò manum, ac brachium commodè, aut tractim cum thuribulo movebit; ita ut, cum thuribulum ad se retrahit, illud sub brachio leviter, & competenti mora reducat; & dum providet thurificando altare eundo, & redeundo, semper illum pedem prius moveat, qui proximior est altari; totque omnino passus faciat, quot thuribuli tractus, ut manus, pedesque in motu decenter concordent. Hæc, quæ dicta sunt, observantur, cum Episcopus, vel alius in Vesperis, vel in principio Missæ thurificat altare. Cum verò post offertorium oblata, & altare iterum thurificantur, Diaconus Evangelii porrigens naviculam Episcopo, vel celebranti dicit, ut prius (*Benedicite Pater Reverendissime*) cui ille respondet, (*Per intercessionem beati Michaëlis &c.*) & accipiens thuribulum de manu Diaconi, nulla facta tunc crucis reverentia: ter facit signum crucis cum eo super Calicem, & hostiam dicendo: (*Incensum istud à te benedictum, &c.*) Deinde circumfert ter ipsum thuribulum, girans illud super oblata: primo, & secundo incipiendo à dextera, & tertio à sinistra, semper perficiendo circulum; tum amoto Calice per Diaconum, ne impediat thurificationem crucis, prosequenda illa verba: (*Dirigatur Domine, &c.*) & facta tunc cruci reverentia, illam thurificat, deinde Reliquias, seu imagines, & altare, ut paulo ante dictum est; & advertat, ut verba illa, (*Incensum istud, &c. Dirigatur Domine, &c.*) usque ad verba: (*Accendat in nobis Dominus ignem sui amoris, &c.*) ita dispenset, ut eodem tempore finiantur verba, & thurificatio. Peragenda est autem hujusmodi thurificatio à quocunque celebrante semper detecto capite. Et in Vesperis quidem semel tantum altaris, & celebrantis, deinde Episcopi, nisi ipsemet celebret, mox aliorum thurificatio fit, videlicet, inchoato cantico magnificat; sed in Missis solemnibus ter modo suprædicto thus be-

Digitized by Google

dicitur; videlicet, in principio, antequam dicatur Introitus, & tunc thurificatur altare celebrans, & Episcopus, quando adest in Missa per alium celebrata cum pluviali, & mitra, & non alii; secundo, ante Evangelium, & tunc thurificatur tantummodo liber Evangeliorum, & Episcopus post Evangelium illicò, si est paratus pluviali, & mitra, & nulli alii. Præterquam si adesset Cardinalis Legatus vel alius Cardinalis, quia tunc post Evangelium non thurificatur Episcopus, sed Legatus, vel Cardinalis. Nam Episcopus præsente Legato vel alio Cardinali non debet assistere Missæ paratus, cum pluviali & mitra. Tertio post oblata, & tunc thurificantur oblata, altare, celebrans, Episcopus, meæ Dignitates, & Canonici, & alii omnes ordine, ut infra dicetur. Imponitur autem, & benedictus thus ab Episcopo si celebret regulariter apud sedem suam, vel apud faldistorium, præterquam in principio Missæ, & ad oblata, qui tunc imponit, & benedicit thus stans apud altare, si non celebret, sed cum pluviali, & mitra, vel saltem cum cappa assistat Missæ solemni, semper imponit, & benedicit thus apud sedem suam. In Vesperis præfunctis nulla prorsus nec altaris, nec hominum fit thurificatio, sed in Missis defunctorum semel tantum post oblata; & tunc oblata, altare, celebrans, & Episcopus, tantum, si ipse non celebrat, & nulli alii thurificantur; & fit benedictio thuris, prout in aliis Missis ad oblata, videlicet dicendo, (*Per intercessionem, &c.*) Advertat autem thuriferarius, ut, cum dat thuribulum in manibus, vel Presbyteri assistentis, vel Diaconi, qui mox illud ad manus Episcopi altari thurificaturi porrigunt, catenularum summitatem in dextera, thuribulum verò in sinistra dicti ministri ponat, ut ipse deinceps minister commode ad manus Episcopi contrario modo porrigat: videlicet, catenulas in sinistra, thuribulum in dextera. Illud observandum est, ut Episcopus, sive Archiepiscopus, sive etiam Legatus, aut alius sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, sive paratus sacris indumentis, sive non, nunquam sedens, sed stans thurificetur, aliquando tamen cooperto capite, aliquando eo detecto.

Nam in principio Missæ altari thurificato, Episcopus, si est paratus, stans cum mitra thurificatur, post verò Evangelium sine mitra, post oblata cum mitra: si verò non est paratus, post oblata tantum stans

capite

Digitized by Google

capite detecto. In Vesperis, si ipse Episcopus paratus celebrat, thurificato altari, capit mitram, & revertitur ad sedem, ibique mitram retinens thurificatur. Si verò interest Vesperis non paratus, sed in cappa, thurificato per celebrantem altari, ipse apud sedem suam stans detecto capite thurificatur. Nullatenus autem permittat, sive paratus, sive non, sedentem se ab ullo genuflexo thurificari, neque in principio Missæ, neque post oblata, quæ est specialis prærogativa Summi Pontificis. Si Sanctissimum Sacramentum super altari expositum sit, semper ab Episcopo, vel alio celebrante genuflexo thurificandum est triplici ductu: quod si ipsum solum Sacramentum sit thurificandum, ut in principio, & fine processionis feria quinta, & sexta majoris hebdomadæ, & in festo ejusdem Sanctissimi Corporis Christi, nunquam debet ab Episcopo, neque ab alio thus benedici, sed simpliciter poni in thuribulum, & porrigitur sine osculatione manus Episcopi: similiter & quando per Cærimoniarium, vel Acolythum, aut Subdiaconum in elevatione thurificatur, quo casu ab eodem Acolytho, seu à quocunque alio clerico ponitur in thuribulum simpliciter absque benedictione. Sed si thurificandum est altare, super quod positum sit Sanctissimum Sacramentum apertum, ut in Vesperis festivitatis ejusdem Corporis Christi, tunc benedicitur thus, sed thurificatio Sacramenti fit cum genuflexione: & quoties ante illud transit celebrans, toties genuflectit. Cum in Missa post thurificationem oblatorum, Episcopi, & Canonicorum, seu Dignitatum ad ejus latus assistentium fit generalis omnium thurificatio in Choro, omnes præter Episcopum, & dictos ejus assistentes, stant. Ipsi autem, quibus thus datur, observare solent, ut alter alterum immediate subsequentem capitis nutu modeste invitet ad thurificationem prius capiendam, sive Ecclesiastici, sive seculares sint; &, si is, qui thurificat, sit æqualis Dignitatis, cum eo, qui thurificandus est, aut etiam majoris, invicem capite inclinato sibi reverentias faciunt ante, & post thurificationem: si vero, qui thurificat, minor est, ipse quidem versus majores caput profundè inclinat ante, & post, illi autem parum, vel nihil versus thurificantem correspondent pro qualitate ipsius thurificantis, qui & ipse thurificando alios post Canonicos parum, vel nihil versus eos caput inclinat pro eorum

Digitized by Google

qualitate. Sed Episcopus, vel Legatus cum thurificatur, nullatenus versus thurificantem caput, nec modicum quidem, inclinet, sed manu dextera super eum signum crucis faciet. Personæ autem, quibus hoc officium thurificandi alios competit, solent esse diversæ pro diversitate celebrantium, & solemnitatum, ac personarum, quæ thurificandæ sunt. Nam Episcopus solemniter celebrans Vesperas, thurificato per ipsum altari, thurificatur stans apud sedem, à primo Presbytero assistente parato, qui postmodum dat thuribulum in manibus Subdiaconi, qui in crastinum cantaturus est Epistolam in Missa, vel alicujus Acolythi, vel aliàs, ut dicitur in capitulo de Vesperis, &c. qui thurificat reliquos omnes de Choro. In Missa verò, cum Episcopus est apud altare, thurificatur semper à Diacono Evangelii parato, cum verò est apud sedem, videlicet, finito Evangelio, thurificatur à prædicto Presbytero assistente pluviali parato, qui accipit thuribulum de manu Acolythi, qui illud tenebat. Sed si celebret apud faldistorium, puta præsente Legato, vel alio Cardinali, vel Metropolitano, thurificatur ab eodem Diacono, qui & alios de Choro thurificat: deinde dat thuribulum in manum alicujus Acolythi, qui primo ipsum Diaconum, à quo recipit thuribulum, mox alios, si qui in choro superfunt, & reliquum populum thurificat. Diaconus vero tunc revertitur ad officium suum. Quod si adesset Legatus, Rex, aut Princeps magnus, nihilominus eædem personæ ipsos thurificarent, quas diximus Episcopum celebrantem thurificare; & non aliæ, præsertim quæ in dignitate Episcopali sunt constitutæ, quas nullo modo convenit alios, quantumlibet maximos Principes, thurificare. Si autem Episcopus non celebret, sed intereat Vesperis, vel Missæ per alium celebratæ, ipse Episcopus semper à primo Presbytero assistente thurificandus est; Canonici verò, & alii de choro in Vesperis ab aliquo Acolytho, in Missa à Diacono, qui cantat Evangelium thurificantur, qui & cæteros omnes thurificat. Antequam inchoetur Evangelium, videlicet, lecto per Diaconum titulo Evangelii, ipse ter thurificat librum Evangeliorum; primo in medio, tum à parte dextera libri, mox à sinistra. Ordo autem thurificandi, sive in Vesperis, sive in Missa, erit talis. Primo in Vesperis thurificato altare, thurificatur Episcopus celebrans, vel alius quicunque celebrans, cum

dicitur

Digitized by Google

dicitur (*Magnificat*, &c. Idem observatur in Missa, tam in principio, quam post oblata; tum Legatus Cardinalis, si aderit, vel etiam Cardinalis, si aderit, vel etiam Cardinalis non Legatus; mox Archiepiscopus illius provinciæ, si aderit, & post eum Episcopus non celebrans, sed præsens in sacrificio; post quem immediate Presbyter assistens, & duo Diaconi assistentes, nisi adsint majores Episcopo; & in casu, quo non sit Episcopo assistentia. Si forte aderunt Nuntius Apostolicus cum facultate Legati de latere, intra fines suæ legationis; aut Visitator Apostolicus Episcopus thurificatur ante Archiepisc. & Episcopum: sed si Nuntius Apostolicus non habet talem facultatem, vel Visitator non sit Episcopus, post Episcopum, & Archiepiscopum; & hoc intelligatur, quando Nuntius, & Visitator sunt in loco eorum jurisdictionis: si aderunt Episcopus, vel Archiepiscopus hospites, thurificandi sunt post Episcopum proprium. Si forte aliquis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis esset Episcopus Suffraganeus præsente suo Metropolitano non Cardinali, thurificandus est prius ipse Cardinalis ob reverentiam officii, & dignitatis Cardinalis; post prædictos thurificantur, (si aderunt) Prothonotarii de numero participantium; deinde Nuntii Apostolici Prælati non existentes in loco eorum jurisdictionis, sed transeuntes; tum Dignitates, & Canonici secundum eorum ordinem; videlicet, primò Dignitates, deinde Canonici Presbyteri, tum Diaconi, mox Subdiaconi, si præbendæ sint distinctæ; tum, si aderunt, Abbates benedicti; & post eos, si erunt aliqui Prothonotarii supernumerarii, nisi essent consanguinei alicujus maximi Principis, qui pro Judicio, & prudentia Episcopi thurificari poterunt loco convenienti ante dignitates, & Canonicos, Generales ordinum, post Abbates, & Prothonotarios supranumerarios: Vicarius Episcopi pro consuetudine Ecclesiarum; & hæc quoad personas Ecclesiasticas. Quoad vero laicos, Dominus loci Princeps magnus non recognoscens superiorem thurificatur immediate post Episcopum. Imperator tamen, & Reges indistincte ante Episcopum sunt thurificandi. Proreges vero & Gubernatores regnorum, ac provinciarum immediate post Episcopum; Magistratus civitatum thurificantur post dignitates, & Canonicos, nisi sint de majoribus, & perpetuis, qui thurificantur ante Canonicos, nisi

Digitized by Google

rursus Canonici sint parati; quia tunc & ipsi thurificantur post Canonicos paratos; Barones, & Domicelli sine titulo post Magistratus omnes. Si adesset aliqua mulier insignis, ut Regina, vel magna Principessa, utique & ipsi thus dari convenit in loco, ubi daretur ejus viro, si adesset. Demum advertere debet thurificator, ut numerum thurificationum observes pro qualitate rerum & personarum, quæ thurificantur. Nam Sanctissimum Sacramentum, crux altaris, Episcopus, vel Archiepiscopus thurificantur triplici ductu; dignitates, & Canonici duplici ductu; inferiores unico ductu: si adesset Legatus, vel alii Cardinales, ipsi ter, Episcopus, & celebrans bis, Dignitates, & Canonici semel, cæteri sine mora. Si vero adsit Dominus loci Laicus, vel alius Princeps maximus ter, ut Episcopus: celebrans, Dignitates, Canonici bis, cæteri semel, nisi rursus adessent Legatus, vel alii Cardinales, quo casu duplici ductu thurificatur, sicut Episcopus, dignitates vero, & Canonici tunc unico tantum ductu thurificantur, ut proximè dictum est.

CAPUT XXIV.

De ordine dandi pacem.

PAcis osculum alio modo, ac per diversos ministros præberi consuevit, cum Episcopus ipse celebrat, solemniter Missam; aliter cum Missæ per alium Prælatum vel non Prælatum cantatæ interest, aliter cum ipso Episcopo absente, vel in Collegiatis Ecclesiis Missa solemnis celebratur; & demum aliter in Missa plana. Episcopo igitur celebrante, postquam cum Presbytero assistente à sinistro, ac Diacono à dextero latere dixerit (*Agnus Dei, &c.*) ipse Presbyter assistens accedit ad ejus dexteram, & genuflectit ante sanctissimum Sacramentum, ac surgens, osculatur altare simul, & eodem tempore cum ipso celebrante; mox appropinquans sinistram genam sinistræ celebrantis, accipit ab eodem celebrante dicente (*Pax tecum*) osculum pacis, cui ipse respondet (*Et cum Spiritu tuo*) factaque ibi iterum genuflexione, discedit comitante Cærimoniario, osculumque prædictum per chorum ordine distribuit, incipiendo à dignioribus: ordo autem idem erit, prout in proximo præcedenti capitulo de thuris incensi ministratione descriptum fuit, hoc excepto, quod ipse assistens non dat osculum Diacono Evangelii, & Subdiacono

Digitized by Google

diacono Epistolæ, nec duobus Diaconis assistentibus: illi enim capiunt pacem ab eodem celebrante statim postquam illam dedit Presbytero assistenti genuflectentes prius, & post ante Sacramentum, non tamen osculantes altare. Illi verò, hoc est, Diaconus Evangelii, & Subdiaconus Epistolæ capiunt pacem ab eodem Episcopo celebrante, cum ab eo accipiunt communionem. Observabit autem ipse Presbyter assistens osculum ferens, ut nulli, quantumvis supremo Principi etiamsi esset Imperator, vel Rex, ullam reverentiam faciat, antequam ei pacem det, sed post datam pacem, cui etiam ipsi, qui acceperunt pacem ab eo, parem reverentiam correspondent, cum sit ex primis dignitatibus, vel Canonicis Ecclesiæ. Legatus tamen, aut Princeps supremus parum correspondent in verentia. Regulare est, ut pax detur primo cujusque ordinis, videlicet, primo ex Canonicis Presbyteris, primo ex Canonicis Diaconis, & primo ex Canonicis Subdiaconis, ubi distinctæ sunt præbendæ: vel, ubi præbendæ non sunt distinctæ, primo ab utroque latere stanti, qui successive pacem dat alteri subsequenti, & ille dat alteri: &, si aderunt Laici, ut Magistratus, & Barones, ac Nobiles detur pax cum instrumento, quod instrumentum osculetur prius Presbyter assistens. Postquam vero prædictus assistens pacem dignitaribus, & Canonicis, ac Magistratui dederit, dabit eam alicui Acolytho, vel Cæremoniario, qui cæteris de choro distribuit. Nulli autem Ecclesiastico osculum hujusmodi dandum est, nisi stanti. Quando Episcopus ipse non celebrat, sed Missæ per alium celebratæ præsens fuerit: idem Presbyter assistens accipiet pacem à celebrante, acceptamque Episcopo defert, qui eam duobus Diaconis assistentibus dat. Advertendum est autem, si is, qui celebrat, sit Prælatus, ita ut habeat Capellanum assistentem cum pluviali in Missa, tunc ipse Capellanus assistens, postquam Episcopus dederit duobus Diaconis assistentibus, accedit in choro ad locum dicti Presbyteri assistentis, qui dedit pacem Episcopo, & ab eo accipit pacem, quam ad alios de choro ordine superius dicto deferet. Quod si is, qui celebrat, non sit Prælatus, nec habeat Cappellanum assistentem cum pluviali, eodem modo Presbyter Episcopi assistens accipit pacem à celebrante, eamque ad Episcopum defert, qui dat illam Diaconis assistentibus, ut supra, mox stans

in

Digitized by Google

in loco suo inter Canonicos illam dabit Subdiacono, qui cantavit Epistolam in Missa, qui ad alios defert, nisi adesset major Episcopo: quia tali casu semper illis dabitur pax ab eodem Presbytero assistente, qui pacem dat Episcopo, ut in capitulo de thurificatione dictum est. Absente Episcopo, ut in Collegiatis Ecclesiis, servabitur ordo, ut in rubricis Missalis, videlicet, ut Subdiaconus accepta pace à Diacono illam per chorum distribuat: sed quicunque sit, qui pacis osculum defert, sive Presbyter assistens, sive Capellanus, sive Subdiaconus, eadem observabit, quæ de Presbytero assistente supradicta sunt, quoad reverentias, & formam dandi osculum. In Missis planis, quæ coram Episcopo dicuntur, adhiberi solet instrumentum pacis, ut in capitulo de Missis lectis dicitur.

CAPUT XXV.

De forma dandi benedictionem solemnem ab Episcopo, & publicandi indulgentiam, ubi, quoties, & quando.

QUæ sunt formæ, quibus Ecclesia Romana utitur in benedictionibus, quæ ab Episcopo dantur in Missis, una est, quando infra Missam sermo habetur, hoc est, statim facta confessione per Diaconum, & publicata indulgentia per sermocinantem, cujus forma est descripta in fine hujus voluminis; & tunc, cum Episcopus benedictionem profert, dicendo (*Et benedictio Dei omnipotentis, &c.*) eodem contextu capit baculum pastoralem sinistra sibi à ministro de eo serviente porrectum, dextera autem benedictionem dat, primo signans versus latus suum sinistrum, videlicet in verbo (*Patris*) deinde cum dicit (*& filii*) directè ante faciem suam, & demum dum dicit (*& Spiritus sancti*) signat versus latus suum dexterum; cum autem dicit (*super vos, &c.*) dimisso baculo manus junctas ante pectus applicat: & cum datur hujusmodi benedictio, si sit Archiepiscopus, vel aliàs utens cruce, quæ ante ipsum tunc ponitur, erit sine mitra; si verò non utitur cruce, cum mitra. Altera forma benedictionis est, quæ datur in fine Missæ, dicto (*placeat tibi sancta Trinitas, &c.*) Tunc enim Episcopus qui non utitur cruce, accepta mitra stans in medio altaris pollice dexteræ manus format sibi signum crucis in pectore cantans (*sit nomen Domini benedictum*) interim sinistram super altari retinens, & dum

Digitized by Google

& dum à choro respondetur (*ex hoc nunc, &c.*) etiam ipsam manum dexteram super altari tenet: deinde dicens (*Adjutorium nostrum, &c.*) eadem dextera manu signat se signo crucis à fronte ad pectus, & à sinistro humero in dexterum, tangens se in unoquoque verbo; videlicet dum dicit (*Adjutorium*) in fronte, (*nostrum*) infra pectus (*In nomine*) in sinistro humero, (*Domini*) in dextero; & iterum ipsam manum dexteram super altari reponit, donec à choro respondeatur, (*qui fecit Cœlum, &c.*) deinde dicens: (*Benedicat vos omnipotens Deus*) elevat ad Cœlum simul oculos, & manus, quas ante faciem jungit; & accipiens manu sinistra baculum, dum dicit (*Pater*) vertit se ad latus Epistolæ, & ibi signat populum; & dicens: (*& filius*) vertit se directe ad populum, in medio Ecclesiæ stantem signans iterum; dicens vero, (*& Spiritus Sanctus*) vertit se totum ad latus Evangelii, & ibi tertiò signat populum perficiendo circulum. Ubi vero altare est sub tribuna, & populus non ante ipsius altaris faciem, sed post stat, Episcopus non vertit se, sed stans ante medium signat primo à latere Evangelii, deinde in Medio, demum à latere Epistolæ. Si verò erit Archiepiscopus, aut alius crucem ante se habens, eodem modo faciet benedictionem, sed sine mitra: simili modo & forma in fine Vesperarum, ac Matutinarum, seu laudum Episcopus benedicit, cum ipse officium solemniter facit. Hanc eandem benedictionis formulam servabit Episcopus, quando danda erit in fine alicujus processionis, quæ etiam in usu est in primo ingressu Episcopi, vel Archiepiscopi ad civitates, & oppida suæ diœcesis, vel provinciæ, postquam ad earum Ecclesias pervenit, ut supra in secundo capit. hujus operis diximus. Reliquum est, ut de publicatione indulgentiæ pauca subjiciamus. Consuevit enim, cum datur benedictio solennis, per Episcopum plerumque (non tamen in Vesperis) concedi etiam indulgentias, pro eorum facultate; videlicet, si est Episcopus, vel Archiepiscopus dierum quadraginta de jure communi, si verò Episcopus esset Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, centum: quæ quidem indulgentia, cum datur benedictio infra Missam, post sermonem, & confessionem ab ipso sermocinante publicatur statim finita confessione, antequam detur benedictio: quo casu non publicatur amplius post benedictionem

nem in fine Missæ. Cum verò non habetur sermo in fine Missæ Pontificalis, statim post solemnem benedictionem publicantur per Presbyterum assistentem, si Episcopus celebret, vel eo non celebrante, per ipsummet Prælatum, vel Canonicum celebrantem, præsente Episcopo, cujus publicationis formula hæc est. (*Reverendissimus in Christo Pater, & Dominus, Dominus N. Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopus N. dat, & concedit omnibus hic præsentibus quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiæ consueta. Rogate Deum pro felici statu Sanctissimi Domini nostri, Domini N. Papæ N. Dominationis suæ reverendissimæ, & Sanctæ Matris Ecclesiæ.*) Si vero Episcopus esset Cardinalis, additur nomen proprium ipsius, videlicet (*Illustrissimus, & Reverendissimus in Christo Pater, & Dominus N. tituli Sancti N. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis N. & Episcopus N. dat & concedit, &c. ut supra centum dies, &c.*) Ad quem autem spectet has benedictiones, & indulgentias dare, & concedere, cum adest simul cum Episcopo Legatus de latere, aut etiam Cardinalis non Legatus, aut Metropolitanus, aut Nuntius Apostolicus, vel alii Prælati officio & autoritate præstantes, supra cap. 4. expositum fuit.

CAPUT XXVI.

De Supplendis vicibus Canonicorum, aliorumque ministrorum deficientium.

PLerumque evenit, ut ex his, qui in aliquo peculiari ministerio, dum officia divina peraguntur, servire solent, sive illi Dignitates, sive Canonici, seu etiam inferioris ordinis sint legitimo impedimento detenti; ut quia absentes, vel infirmi, vel senio languentes, seu aliter occupati, munus eis competens obire nequeant. Quo casu, ne debitum ministerium deseratur, dum alter alterius onus, aut curam subire negligit, vel recusat, deficientium vices ab aliis suppleri debent, & nihilominus, si qui sine justa causa deficiunt, arbitrio Episcopi, vel juxta consuetudinem Ecclesiæ in divisione distributionum mulctandi erunt: & quidem regulariter majores minorum vices non suppleant, nisi ex necessitate; sed contra inferiores superiorum vices subeunt, præterquam in iis, quæ sunt ordini peculiaria; ut si in aliqua Ecclesia, gradus

Digitized by Google

gradus & ordines distincti sunt, nempe Dignitates, Canonici, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi, tum beneficiati & clerici deficiente prima Dignitate, seu primo Presbytero Canonico, in officio Presbyteri assistentis, supplebit alter ei proximus, sive Dignitas, sive Presbyter Canonicus, quo etiam deficiente, subintrant alii Presbyteri proximiores: sic etiam ex duobus Canonicis Diaconis assistentibus si alter, vel ambo deficiant, alii subsequentes Diaconi, & Subdiaconi supplebunt, quod si unus tantum Diaconus, vel Subdiaconus adesset, tunc ex necessitate ultimus Presbyter, licet major, supplet loco Diaconi, vel Subdiaconi deficientis: & si Canonici essent sacris vestibus parati, ut quia Episcopus celebraret, ipsi ultimus Presbyter induere deberet dalmaticam more Diaconi, cujus loco servit; sed eo casu Diaconus, qui aderit, sedebit à dexteris Episcopi, cui imponet, & deponet mitram; nempe cum proprium suum ministerium exerceat, Presbyter autem Canonicus à sinistris loco secundi Diaconi assistentis adjuvabit. Quod si prorsus omnes Diaconi, & Subdiaconi deficerent; duo ultimi Presbyteri eorum locum supplerent. Diaconi autem nullatenus loco Dignitarum Presbyteralium, aut Presbyterorum Canonicorum supplent. Si nullus Presbyter Canonicus adesset, præter Dignitates, tunc aliquis ex ipsis Dignitatibus suppleret locum Diaconi deficientis: sed tali casu ipse dignitatem obtinens maneret ad dexteram Episcopi, Diaconus vero ad sinistram; sed ipse Diaconus à sinistris manens serviret in ministerio imponendi, & deponendi mitram Episcopo. Hæc autem, quæ diximus procedunt, ubi ordines, & præbendæ sunt distinctæ; ubi vero ordines non sunt distincti, duo Canonici immediate sedentes post Canonicum, qui servit in officio Presbyteri assistentis, erunt apud Episcopum loco Diaconorum assistentium. Eadem ratione, & regula etiam alii inferiores de Capitulo, ut beneficiati, & clerici, alterius sibi immediatè præcedentis vices, cum opus erit supplebunt.


CAPUT XXVII.

De orationibus, seu collectis, & diversis earum tonis.

SCiendum est, duos esse orationum tonos, alterum solemnem, alterum simplicem; seu alterum festivum, alterum ferialem: &


Digitized by Google

tono quidem solemni utimur in festis duplicibus, & semiduplicibus in Matutinis, Missis & Vesperis; altera verò simplici in ferialibus, & festis simplicibus, ac pro defunctis & in aliis, quæ occurrunt extra Matutinum, Missas, & Vesperas, etiamsi in diebus solemnibus recitentur, ut in cæteris horis Canonicis, in benedictionibus candelarum, palmarum, & similibus. Differentia autem inter solemnem, & simplicem tonum, & juxta antiquum ritum, & observantiam Capellæ Papalis, quia solemnis duas tantum habet variationes, & regulariter prima variatio fit per duas notas descendendo, & redeundo ad eundem tonum, videlicet.



Fa mi re fa.


Et in prima clausula orationis, quæ habet verbum, videlicet in fine dictæ clausulæ, quæ gemino puncto à sequenti clausula solet designari secundum rectam orthographiam: quemadmodum apparet ex propositæ orationis modulatione.



Deus, qui inter cæ te ra poten ti æ tu æ mira cu la e ti am in

fe xu fra gi li victo ri am martyrii contu li sti.

Secunda vero variatio fit per unam notam descendendo, videlicet:




Fa mi.

In fine secundæ clausulæ sequentis, quæ pariter, vel gemino puncto, vel puncto, & commate constat.


Con-

Digitized by Google




Con ce de pro pi ti us.

Ac deinceps sequente clausula finali, uniformi tono fine declinatione vocis completur, videlicet.




Ut qui Be a tæ Ca the ri næ Virginis, & mar ty ris tuæ nata-




li ti a co limus, per e jus ad te ex em pla gradi a mur.

Conclusiones etiam earundem orationum in tono solemni diversimodè variantur, prout ipsæ conclusiones diversimodè sunt conceptæ. Aut enim dicitur (*per Dominum nostrum, &c.*) aut (*Qui vivis & regnas, &c.* primo casu fit variatio per unicam notam in fine primæ clausulæ sine verbo, videlicet.




Per Dominum nostrum Jesu Christum Filium tuum.

In secunda vero clausula per duas notas videlicet.




Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti De us,

In tertia verò, & ultima nulla fit variatio, prout de oratione dictum est, nimirum.




Per omnia sæ cu la sæ cu lo rum.

Secundo casu, cum dicitur (*Qui vivis, & regnas, &c.*) in qua sunt duæ tantum clausulæ, prima variatur per duas notas, videlicet




Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus




Sancti Deus.


Secunda & finalis non variatur. Tonus verò simplex, & ferialis nullam habet variationem, sed cum eo utimur, uniformi tono, & voce proferimus orationes à principio usque ad finem, & pari modo in earum conclusionibus, ut patet in hoc modulationis exemplo.



Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes famulum tuum




Pontificali tecti dignitate vigere præstò quæsumus ut




eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

Excipiuntur etiam ab hac regula orationes & versiculi, qui cantantur pro defunctis extra Missas, ut in Vesperis & Matutinis, & aliis officiis, in quibus in fine orationum & versiculorum deprimitur vox per tertiam, hoc est, à Fa, ad Re in ultimis syllabis, ut pariter ex proximo alio exemplo constat.



Paternoster. Et ne nos inducas in tentationem. A porta

inferi



in fe ri. Dominus vobiscum. O re mus.

Regulariter autem est, ut in utroque tono, voce gravi, & competenti interposita aliqua mora in fine cujusliber clausulæ, & præsertim in clausula finali, ac cum decoro, & gravitate recitentur, orationes. De tonis verò Evangeliorum, Epistolarum, Capitulorum, Antiphonarum, & aliorum multorum, quæ frequenter in Ecclesiis recitantur, nulla in hoc libro fit mentio, cum libri impressi reperiantur, qui de his abunde dixerunt, ut in Pontificali, Sacerdotali, Directoriis chori, & similibus, ex quibus singuli instrui possunt. Nam hic ea tantum apposuimus, quæ ad personam celebrantis in proferendis orationibus spectant, ob varium usum eas recitandi.

CAPUT XXVIII.

De organo, organista, & Musicis seu Cantoribus, & norma per eos servanda in divinis.

IN omnibus Dominicis, & omnibus festis per annum occurrentibus, in quibus populi à servilibus operibus abstinere solent, decet in Ecclesia Organum, & Musicorum cantus adhiberi: inter eas non connumerantur Dominicæ Adventus, & Quadragesimæ, excepta Dominica tertia Adventus, quæ dicitur: Gaudete, & quarta Quadragesimæ, quæ dicitur Lætare. Item exceptis festis, & feriis infra Adventum, aut Quadragesimam occurrentibus, quæ cum solemnitate ab Ecclesia celebrantur: ut in die Annunciationis, feria quinta in Cœna Domini, Sabbatho sancto, & similibus, & quandocunque occurret, celebrare solemniter, & cum lætitia pro aliqua re gravi. Quotiescunque Episcopo solemniter celebraturus Ecclesiam ingreditur, aut re divina peracta, discedit, convenit pulsari organum. Idem in ingressu Legati Apostolici, Cardinalis, Archiepiscopi, aut alterius Episcopi, quem Episcopus diœcesanus honorare voluerit, donec prædicti oraverint, & res divina sit inchoanda. In Matutinis, quæ solemniter cele-

Digitized by Google

celebrantur infestis majoribus, possunt pulsari organa ab Hymno (*Te Deum laudamus, &c.*) prout in Vesperis: & Matutinis noctis Nativitatis Domini, etiam à principio ipsarum. Regulare est, sive in Vesperis, sive in Matutinis, sive in Missa, ut primus versus canticorum, & Hymnorum, & pariter versus Hymnorum; in quibus genuflectendum est, qualis est Versiculus (*Te ergo quæsumus, &c.*) & Versiculus (*tantum ergo Sacramentum, &c.* quando ipsum Sacramentum est super altari, & similes, cantentur à choro in tono intelligibili, non autem ab organo, sic etiam Versiculus (*Gloria Patri, &c.*) etiamsi Versiculus immediate præcedens fuerit à choro pariter decantatus; idem servatur in ultimis versibus Hymnorum. In aliis autem horis Canonicis, quæ in choro recitantur, non est consuetum interponere organum. Sed si in aliquibus locis consuetum esset organa pulsari inter horas Canonicas, aut aliquas earum, ut est hora tertia; præsertim quando cantatur, dum Episcopus solemniter celebraturus capit sacra paramenta, poterit talis consuetudo servari: sed advertendum erit, ut, quandocunque per organum figuratur aliquid cantari, seu responderi alternatim versiculis Hymnorum, aut Canticorum, ab aliquo de choro intelligibili voce pronuntietur id, quod ab organo respondendum est. Et laudabile esset, ut aliquis cantor conjunctim cum organo voce clara idem cantaret. In Vesperis solemnibus organum pulsari solet in fine cujuslibet Psalmi, & alternatim in versiculis Hymni, & Cantici (*Magnificat, &c.*) Servatis tamen regulis suprædictis. In Missa solemni pulsatur alternatim, cum dicitur: (*Kyrie eleison*) & (*Gloria in excelsis &c.*) in principio Missæ; item finita Epistola; item ad offertorium; item ad (*Sanctus, &c.*) alternatim; item dum elevatur Sanctissimum Sacramentum graviori & dulciori sono; item ad (*Agnus Dei &c.*) alternatim; & in versiculo ante orationem post Communionem; ac in fine Missæ. Sed cum dicitur Symbolum in Missa, non est intermiscendum organum, sed ea per chorum cantu intelligibili proferatur. Cavendum autem ne sonus organi sit lascivus, aut impurus, & ne cum eo proferantur cantus, qui ad officium, quod agitur ne spectent; ne dum prophani, aut ludicri, nec alia instrumenta musicalia præter ipsum organum, addantur. Idem quoque cantores & musici observent, ne vo-

cum

Digitized by Google

cum harmonia, quæ ad pietatem augendam ordinata est, aliquid levitatis, aut lasciviæ præseferat, ac potius audientium animos à rei divinæ contemplatione avocent, sed eorum sit devota, distincta, & intelligibilis. In Missis, & officiis defunctorum nec organo, nec musica, quam figuratam vocant, utimur, sed cantu firmo quem etiam in tempore Adventus, & Quadragesimæ in ferialibus diebus adhiberi convenit.

CAPUT XXIX.

De Missa, quæ sine cantu ab Episcopo celebratur.

CUm Episcopus celebrabit Missam, convenit, ut paramenta Missæ non de Sacristia, sed ex ipso altari, ubi celebrabit, ordine disposita accipiat; postquam aliquo ejus scutifero ministrante laverit manus, Calicem, Missale, & alia necessaria prius per aliquem ejus Cappellanum, partim super ipso altari, partim super aliqua mensula præparabuntur. Ideo valdè conveniens esset, ut duos Cappellanos ad minus, cottis mundis indutos apud se ministrantes haberet, qui ea omnia disponere sciant, & possint. Paramentis in Missa utetur coloris congruentis tempori, & festis, iis tantum, quæ in rubricis Missalis, pro Prælatis expressa sunt, & non aliis indumentis Pontificalibus, præter crucem pectoralem, & annulum. Altare quoque in quo celebrat, sit mundis tabaleis, & pallio concedenti ornatum, pro qualitate temporum, & festorum. Nam in festis solemnibus decet in eo apponi quatuor candelabra cum candelis accensis, & in eorum medio erit crux argentea, vel ex alia materia: in aliis festis non ita solemnioribus, & feriis sufficiunt duo candelabra. Præfati duo Cappellani servient ei in Missa, in respondendo, in transferendo librum ab uno latere altaris ad aliud, cooperiendo, & discooperiendo calicem, cum opus est, in porrigendo mantili, cum lavat manus, in ministrando ampullas, & in cæteris omnibus faciendis usque ad finem Missæ necessariis. Si erunt tres Cappellani, poterunt duo ex his, dum elevatur sanctissimum Sacramentum per Episcopum celebrantem genuflexi à lateribus sustinere duo funalia accensa, tertius verò Episcopo assistere; & cum opus est, tintinnabulum tangere; videlicet, ter dum

Digitized by Google

elevatur hostia, & toties dum elevatur sanguis, & non ultra. Si verò non adsint tres Cappellani, poterunt ad funalia supplere duo scutiferi, aut alii familiares arbitrio Episcopi, honeste vestiti; sed & si copia non esset eorum qui sustinerent funalia, poterunt eadem funalia, seu cerei majores positi super duobus candelabris magnis accendi, dum elevatur Corpus, & sanguis Domini, & post elevationem extingui. Si forte interfit aliquis Prælatus, Cardinalis aut Princeps hujusmodi Missæ, primus ex dictis Cappellanis, postquam Episcopus celebrans dixerit (*Agnus Dei, &c.*) accepto instrumento pacis cum velo appenso genuflexus à dextero latere Episcopi illud ipsi Episcopo offert osculandum, cui Episcopus dicit: (*Pax tecum,*) & ille respondet (*& cum Spiritu tuo,*) deinde idem instrumentum cum pace portat osculandum prælato uni, vel pluribus, aut Principibus præsentibus dicens unicuique (*Pax tecum,*) qui respondet (*Et cum Spiritu tuo.*) Sed advertat ut nullatenus genuflectat, nec inclinet, nec ullum reverentiæ signum faciat alicui ex dictis Prælatis, aut Principibus, antequam dictam imaginem eis porrexerit osculandam, sed tantum post eam osculatam; quia ante non habetur consideratio ipsius Ministri deferentis, sed pacis, quæ à sacrificio altaris ad illum defertur; post verò pacem datam, & convenit Ministrum pro qualitate Prælati, aut Principis reverentiam facere genuflexum, vel inclinatum. Liber Evangelii, celebrante Episcopo, nulli etiam magno Principi, aut Prælato Missæ præsenti datur osculandus post lectum Evangelium; sed si adesset aliquis maximus Princeps, vel sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, cui liber Evangelii osculandus porrigendus esset, non utique liber Evangelii, quo utitur Episcopus; sed alius codex porrigatur. Episcopus manus bis lavat in hujusmodi Missa; videlicet, post Offertorium, & post Communionem; & semper in lotione scutifer aliquis ministrat aquam, & pelvim, Cappellani vero mantile. In fine Missæ Episcopus celebrans dabit benedictionem more Episcopali dicens (*sit nomen Domini, &c.*) Sed non utitur in ea baculo, nec mitra, nec cruce, si sit Archiepiscopus, cætera omnia Episcopus celebrans servat, prout alii Sacerdotes juxta rubricas Missalis.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXX.

De Missa, quæ sine cantu coram Episcopo celebratur in locis suæ Jurisdictionis.

EPiscopus præsens Missæ per alium celebratæ genuflectit super genuflexorio sibi parato ante medium altaris, vel è regione in cornu Epistolæ, nisi aliud situs loci suadeat; & sic genuflexus audit totam Missam, nec surgit, nisi cum dicitur Evangelium; quo finito, iterum genuflectit, & defertur ei liber Evangeliorum deosculandus per Cappellanum cotta indutum, qui Missæ assistit; & pariter post Agnus Dei. Ab eodem offertur ei pacis instrumentum, quod Episcopus osculatur: semper tamen cappellanus, sive Evangelium, sive pacem deferens observet, ne ullam prius reverentiam faciat versus Episcopum, aut alios, quam librum, aut instrumentum pacis osculandum præbuerit. Et, si forte simul cum Episcopo essent alii Prælati exteri, seu etiam ipso majores, ut Archiepiscopus, aut Cardinales, vel alii, de quibus in cap. de thurificatione dictum fuit, liber Evangelii dabitur osculandus semper majori, seu digniori omnium; vel, si essent plures æquales, nulli. Pax verò primo digniori, deinde aliis juxta ordinem & regulam in dicto capitulo traditam. Ad offertorium Episcopus non benedicit aquam, nec in fine dabit benedictionem, sed celebrans; antequam in fine Missæ benedicat, faciet Episcopus profundam reverentiam. Et hæc intelligantur existente Episcopo in sua diœcesi, vel Archiepiscopo, aut Legato in sua provincia, alias servabitur ordo rubricarum Missalis.

CAPUT XXXI.

De Cærimoniis observandis in Synodo Provinciali, vel Diœcesana.

IN Synodo provinciali, quæ à Patriarcha, Primate, vel Metropolino, ac etiam in Synodo diœcesana, quæ à proprio cujusque diœcesis Episcopo congregatur, nonnulli ritus, & Cærimoniæ sunt observandæ ultra eas, quæ in pontificali libro sub rubrica de ordine ad Concilium provinciale, seu Synodum celebrandam, explicantur, quas juxta Sanctorum Patrum traditiones, diversorumque Conciliorum decreta observari maxime decet. Omissis igitur his, quæ potius, ad legem jurisdictio-

Digitized by Google

risdictionis, vel diœcesanam pertinent, quoad Cærimonias, videlicet, quando, & quoties, tam provinciales, quam diœcesanæ Synodi indici debeant; quæ personæ convocandæ sint, quo anni tempore; qui in eis consultivum, vel decisivum votum habeant: quæ in his tractanda sint, & his similia; quæ cum ex aliis, tum ex Sacro Tridentino Concilio, diversisque Sacrorum Canonum interpretibus intelligi possunt. Primo erit advertendum, præsertim in Concilio provinciali habendo, ut dies inchoationis hujusmodi Concilii per publica documenta; omnibus, qui de jure, vel consuetudine interesse debent, denuntietur, & ut plenius divulgetur, in die Epiphaniæ, dum frequenti populo intra Missarum solemnia festivitates ejus anni solemniores denuntiantur, poterit loco suo inter ipsos dies festos pronuntiari, & promulgari, tam in Ecclesia Metropolitana, quam in quibuscunque aliis Cathedralibus & subjectis: & per duos aut saltem unum mensem; ante dictam diem, schedula manu Notarii, sive Cancellarii subscripta Ecclesiæ Cathedralis valvis affigi sub hujusmodi aut simili tenore. Concilium Provinciale seu Synodus diœcesana N. per Reverendum Dominum N. Archiepiscopum, vel Episcopum N. indictum, vel indicta hoc anno, &c. Mense, &c. die, &c. Deo adjuvante in Metropolitana, seu Cathedrali Ecclesia inchoabitur. Rursus igitur tribus proximis diebus Dominicis ante dictam diem conveniens erit, si tam in ipsa Ecclesia Metropolitana per Concionatorem, quam in singulis Parochialibus per Parochos iterum, atque iterum denuntietur, populique fideles ad devotionem, orationes, jejunia, Sacramentum pœnitentiæ, Sanctissimæ Eucharistiæ sumptionem, aliaque pia opera hortentur; ut actio hujusmodi, Deo opitulante, dignum sortiatur exordium, felicemque, & fructuosum progressum, & exitum habeat. Illis vero, qui in ipso Concilio interfuturi sunt, ut ea studeant sedulo observari, quæ per sanctum dictum Concilium Tridentinum Sess. 2. salubri decreto statuit de modo vivendi & aliis in Concilio servandis. Cum autem prædicta Concilii dies appropinquaverit, ornabitur Ecclesia, ubi Synodus habenda est, festivo & solemni ritu, prout in capitulo de ornatu Ecclesiæ plene dictum est. Sedilia in ea disponentur, in provincialibus quidem capacia pro numero Episcoporum, Abbatum, aliorumque eccle-

Digitized by Google

ecclesiastica dignitate fulgentium; item pro Canonicis, ac etiam pro laicis, si qui interfuturi sunt. Sedes Metropolitani collocabitur apud altare, ut in Pontificali habetur; & ante faciem ipsius sedilia Episcoporum, in girum; deinde conduplicatis sedilibus post Episcopos cæteri proximiores, vel remotiores pro graduum diversitate, ut mox dicetur. In diœcesanis verò, quia non interveniunt Episcopi, disponentur Dignitates, & Canonici Ecclesiæ Cathedralis parati hinc, inde à lateribus Episcopi, vel ante Episcopum, semicirculum facientes. Pridie ejus diei, quo Synodus inchoanda erit, debent Campanæ Ecclesiæ Cathedralis, aliarumq; Ecclesiarum in eadem civitate sitarum solemni ritu pulsari à primis Vesperis per totam diem, & ipsa die sequenti quousque Archiepiscopus, vel Episcopus ingressus fuerit Ecclesiam. Ipsa die inchoationis Concilii summo mane congregatis Episcopis, & aliis, qui Concilio interesse debent, in domo ipsius Archiepiscopi, vel alio convenienti loco, Episcopi capient sacros paratus, hoc est, supra Rochettum amictus, pluvialia, & mitras auriphrygiatas uniformes; Archiepiscopus vero Concilii præsidens indutus erit amictu, alba, cingulo, stola, & mitra pretiosa; Abbates benedicti pariter cum pluvialibus, & mitris simplicibus; Dignitates, & Canonici pluvialibus, planetis, & dalmaticis pro qualitate ordinis eorum, ut dictum fuit in titulo de habitu Episcopi, & Canonicorum ad rem divinam procedentium. Paramenta omnia erunt coloris rubri. Ibunt autem omnes supplicantes, psallentesque processionali ritu, prout in processionibus, quæ Litaniæ dicuntur, ut suo loco dicitur, campanis, & organo in Ecclesia continuo pulsantibus. Quibus omnibus Ecclesiam ingressis, & ostensis, si ostendendæ erunt, Reliquiis cantabitur Missa de Spiritu Sancto solemniter per Archiepiscopum cum Cærimoniis in capitulo de Missa solemni explicatis; vel, eo impedito, ab antiquiore ejusdem provinciæ Episcopo, & si festum fuerit duplex, vel Dominica, sine commemoratione illorum, & sine Evangelio Dominicæ in fine. Qua finita, non tamen data benedictione, quæ datur in fine sessionis semper, Archiepiscopus depositis paramentis Missalibus, usque ad tunicellam inclusive, & accepto pluviali genuflexus ante altare super genuflexorio ibi parato, omnibus aliis etiam genuflectentibus incipiet Antiphonam.

Digitized by Google

(*Exaudi Domine*, &c.), deinde successive fit, prout in pontificali. In sessione vero, & ordine proferendi vota observandum est, ut Episcopi præcedant, juxta ordinem eorum promotionis, nullo habitu respectu ad dignitatem, vel præeminentiam Ecclesiarum; Dignitates, & Canonici Cathedralis Ecclesiæ, cum capitulariter procedunt, aut sunt, præferuntur cæteris omnibus; aliàs Abbates titulares, & habentes usum mitræ præcedunt, & post eos Commendatarii. Deinde dignitates, mox procuratores Capitulorum, Ecclesiarum Cathedralium; deinde cæteri pro cujusque dignitate & gradu, ut ex capitulo de ordine thurificandi colligere licet. Eadem omnia fere observantur, quoties in Concilio habetur, sessio, non tamen necessaria est solemnis supplicatio, nisi prima vice, & si ultra tres sessiones fiant, repetentur eadem Evangelia, quæ in Pontificali posita sunt. Durante autem Concilio, decens est, ut singulis quintis feriis in Ecclesia Cathedrali cantetur Missa solemnis de Spiritu Sancto, ut in Tridentini Concilii eadem sessione secunda sancitum fuit. Officiales quoque & Ministri necessarii deputandi sunt in hujusmodi Conciliis, ut Notarii, Ostiarii, Magistri Cærimoniarum, & alii, ut habetur in Concilio Toletano. In fine Concilii provincialis post ejus approbationem dicto per Diaconum (*Recedamus in pace*) & factis acclamationibus, omnes Episcopi surgentes accedunt ad osculum pacis à Metropolitano accipiendum, quod deinceps inter se dant, & accipiunt, ut charitatem, conjunctionemque animorum ostendant. Quod in Concilio Toletano quanto statutum legitur. In Synodis Diœcesanis magis deceret, ut omitterentur acclamationis, & pacis oscula.

Finis Libri Primi.

CÆRE-

Digitized by Google

CÆREMONIALIS EPISCOPORUM

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

De Vesperis solemnibus Episcopo in crastinum celebraturo.

SAcræ solemnitates regulariter à primis Vesperis initium sumunt. Explicatis igitur superiori libro his, quæ ad divina officia in Ecclesia præparanda pertinent, consequens est, ut de ipsis Vesperis videamus. Si ergo Episcopus erit solemniter Missam sequenti die celebraturus, Vesperæ solemnius peraguntur, quam si non esset celebraturus. Quod præcipue his vigiliis observari solet; videlicet, Nativitatis Domini Nostri JESU Christi, Epiphaniæ, Ascensionis, Pentecostes, Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, omnium Sanctorum, Dedicationis Ecclesiæ, & Sancti tituli Ecclesiæ & Patroni Civitatis. Secundæ Vesperæ poterunt etiam per Episcopum eadem solemnitate celebrari, saltem in Dominica Resurrectionis, & in Die Nativitatis Domini nostri JESU Christi, ac in festo Sancti Patroni Ecclesiæ. Postquam ergo Episcopus ad Ecclesiam pervenerit, orationem quæ ante Sanctissimum Sacramentum, & altare majus fecerit, ordine superius in capitulo de habitu Ecclesiastico Episcopi, &c. narrato, paratisque omnibus Canonicis amictibus, & sacris paramentis juxta normam in eodem capitulo traditam, ipse Episcopus pauxillum sedet in sua sede; deinde surgens, deponet cappam, capietque sacra indumenta, ordine sumpta ex altari Acolythis, & ministris; Videlicet, primò amictum, quem in medio, ubi est parva crux, osculatur; deinde albam, tum cingulum, mox crucem pectoralem, & stolam à collo pendentem, quas similiter osculatur in medio; deinde pluviale cum pectorali in conjunctura illius;

Digitized by Google

illius ; & sedens mitram pretiosam, ac annulum ; quibus omnibus paramentis induitur per Diaconos assistentes paratos, præter annulum, qui imponitur ei per Presbyterum assistentem. Interim, si adest organum in Ecclesia, pulsatur. Cum Episcopus sic paratus paululum sederit, surgit, deposita mitra, surgentibus omnibus; & versus ad altare dicit secreto (*Pater noster, &c.*) & (*Ave Maria, &c.*) integrè, & tenens sinistram manum infra pectus, cantans intelligibili voce: (*Deus in adjutorium meum intende*) & pro unoquoque verbo tangit manu primò frontem, deinde pectus, mox humerum sinistrum, ultimo dexterum, & in fine jungit manus ante pectus. Cum chorus cantat versiculum (*Gloria Patri, &c.*) Episcopus & omnes caput inclinant versus crucem super altari usque ad versiculum (*Sicut erat, &c.*) Interim Cærimoniarius ducit Subdiaconum, vel alium, ad quem de Ecclesiæ consuetudine spectat, intimare Antiphonas in habitu, in quo reperitur ante Episcopum, factis debitis reverentiis altari, & Episcopo; cui, dicto per Chorum Versiculo (*Sicut erat, &c.*) usque ad (*Amen.*) inclusivè, dicto Alleluja, vel Laus tibi Domine, Subdiaconus præintonat primam Antiphonam: & donec per Episcopum non fuerit præintonatio repetita Cærimoniarius, & Subdiaconus præintonatos expectant ibidem stantes; ea autem repetita intelligibili voce, sive ex libro, sive memoriter, prout magis Episcopo placuerit, facta iterum profunda inclinatione, inde discedunt, & cum debita reverentia ante altare ad sua loca redeant. Episcopus verò sic perstat, donec expleta per Chorum Antiphona, inceptus fuerit primus Psalmus; tunc sedet, accepta mitra leviori, si placet, & omnes pariter sedent. Psalmi decantari debent à Choro, & ab ipsismet Canonicis, & beneficiatis, aliisque de Capitulo in tono, & cantu Gregoriano cum gravitate, & decoro, ita ut eorum verba ab omnibus intelligantur; sed Versiculus (*Gloria Patri, &c.*) poterit solemniori vocis modulatione recitari, ad quem Episcopus cum mitra, & omnes alii detectis capitibus sedentes, vel prout reperiuntur, inclinant: & si placuerit, finito quolibet Psalmo, poterit Antiphona per organum reperi, dum tamen per aliquos Mansionarios, aut alios ad id deputatos eadem

Anti-

Digitized by Google

Antiphona clara voce repetatur. Et, si quis esset, qui cum organo cantare vellet, nihil aliud cantet, quam ipsam Antiphonam, ut latius in capitulo de organo explicatur, Reliquæ quatuor Antiphonæ juxta debitum, & condecentem ordinem, ritumque antiquum, per eundem Subdiaconum seu alterum, ad quem spectat, præintonari debent, hoc ordine; videlicet, secunda Diacono assistenti à dexteris Episcopi; tertia Presbytero assistenti; quarta primo Canonico in Choro manenti, sive ille sit Archidiaconus, sive Archipresbyter; quinta Diacono assistenti à sinistris Episcopi. Eadem omnia etiam in præintonatione aliarum Antiphonarum observantur, quæ in prima servari debere dictum est; nisi quod erga Canonicos parcior fiet reverentia; videlicet, solâ capitis inclinatione. Surgente autem Canonico, cui præintonatur Antiphona, Canonici, & omnes alii in choro præsentes surgunt: sed quando præintonatur alicui ex assistentibus Episcopi, surgunt tantummodo alii coassistentes. Expleta Psalmorum & Antiphonarum decantatione, ducitur per Cærimoniarium idem Subdiaconus, seu alius, cui ex consuetudine Ecclesiarum Capitulum cantare convenit in habitu, in quo reperitur, factis debitis reverentiis ad locum, ubi decantari solet Epistola in Missa, qui tenens sibimet librum, cantabit Capitulum alta, & æquali voce, ad quod Episcopus cum mitra, reliqui omnes, detecto capite, surgunt; & responso per cantores (*Deo gratias, &c.*) ducitur per Cærimoniarium aliquis Canonicus, seu alius, ad quem de Ecclesiæ consuetudine spectat, qui præintonat Episcopo cum mitra stanti Hymnum: & Episcopus statim, deposita mitra, præintonationem Hymni repetit, quem chorus prosequitur in cantu plano, vel musicali, prout magis placuerit; dummodo verba distincte intelligantur: cui etiam inter misceri organum poterit; dum tamen verba ipsa Hymni clara voce per aliquos ad id deputatos repetantur, vel cum Organo cantentur. Si fuerint Hymni (*Veni Creator Spiritus*) & (*Ave Maris Stella.*) dum Episcopus hymnum intonat, omnes genuflectunt, & statim ipse quoque Episcopus ibi in suo genuflexorio, si adest genuflectit; sin minus super aliquo pulvino ad id parato, permanens in genuflexione usque ad finem primi Versus; quo finito surgit, surgentibus omnibus, & stat, quousque perficiatur Hymnus

Digitized by Google

cum Versiculo & Responsorio. Tunc per Cærimoniarum ducitur idem Subdiaconus, seu alter, qui prius Antiphonas Psalmorum præintonavit, cum eisdem reverentiis ante Episcopum, cui stanti adhuc sine mitra præintonat Antiphonam cantici (*Magnificat*) qua repetita, Episcopus sedet, & accipit mitram pretiosam, & pariter omnes sedent. Et dum cantatur per chorum Antiphona, imponit thus in thuribulum per Acolythum thuriferarium allatum, Presbytero assistente naviculam thuris porrigente sub ea forma, & verbis, quæ in capitulo de generali omnium thurificatione explicatur. Interim duo Acolythi præcedunt ad altare elevantes hinc inde anteriorem partem superioris tobaleæ, seu veli super altari positi, illamque conduplicant usque ad medium. Cum vero chorus incipit Canticum Magnificat. Surgit Episcopus cum mitra, omnibus surgentibus; & facto sibi crucis signo à fronte ad pectus, acceptoque sinistra manu baculo pastorali, medius inter Diaconum & Subdiaconum assistentes pluviale hinc inde elevantes pergit ad altare; ante cujus infimum gradum depositis baculo & mitra, & facta cruci super altari positæ, reverentia ascendit ante medium ipsius altaris, & eo osculato, capit de manu Presbyteri assistentis thuribulum, quod ipse assistens de manu thuriferarii acceperat; & thurificat crucem & altare. Qua autem forma dictum thuribulum ad manum Episcopi porrigatur, ac rursus quo ordine, & modo ipsum thuribulum sit ducendum, & altare thurificandum, in dicto capitulo de thurificatione latiùs demonstratur. Thurificato altari, ibique mitra, & baculo receptis, Episcopus redit ad sedem suam, ubi stans cum mitra ab assistente Presbytero thurificatur; & duo Acolythi supradicti velum, seu tobaleam paulo ante plicatam reducunt, prout erat super altare. Ipse vero Episcopus, mitra deposita retento tamen baculo, stat usque ad finem Cantici & Responsorii (*Sicut erat, &c.*) Interim per Subdiaconum seu alterum, qui Antiphonas præintonavit, thurificatur primo Presbyter assistens, deinde Diaconus & Subdiaconus assistentes, mox Canonici, & alii ordine suo, ut in dicto capitulo de thurificatione explicatur. Quod si interim, expleto Cantico, Episcopus inciperet Versiculum (*Dominus vobiscum*) pro oratione dicenda, debet cessare thurificatio.

Cum

Digitized by Google

Cum per chorum repetitur Antiphona Cantici, Episcopus sedet, deponit baculum, & recipit mitram. Interim Cærimoniarius medius inter duos Acolythos ceroferarios eos cum debitis reverentiis ducit ante Episcopum, qui finita Antiphona, & organo silente, depositâ mitra, surgit & stans versus altare, ex libro sibi per assistentem porrecto cantat Versiculum (*Dominus vobiscum*,) deinde (*Oremus*,) & mox orationem competentem manibus junctis omnibus stantibus: qua finita, dum repetit (*Dominus vobiscum*) Cærimoniarius cum ceroferariis, factis debitis reverentiis, discedunt & redeunt ad altare, ubi in suo loco reponunt candelabra. Dicto per chorum (*Benedicamus Domino*) dum respondetur per eundem chorum sive per organum (*Deo gratias*) Episcopus reassumpta mitra, stans in sua sede, si inde à populo commode videri potest, sin minus accepto baculo pastorali, accedit ad altare, & facta ibi profunda reverentia cum mitra benedictionem dat dicens: (*Sit nomen Domini, &c.*) juxta formam in suo capitulo traditam. Si vero sit Archiepiscopus, aut aliàs utens cruce, allata illi per Cappellanum ante se, depositâ mitra, illi caput profundè inclinat, mox benedictionem dat; sed indulgentiæ in Vesperis nunquam publicantur. Si adesset Cardinalis non Legatus vel Metropolitanus, Episcopus mittit ad eundem Cærimoniarium, sive aliquem Cappellanum, ut placeat illi benedictionem dare, quam Cardinalis non Legatus, seu Metropolitanus ex urbanitate remittit ipsi Episcopo celebranti danda. Mox revertitur ad suam sedem, sive ad faldistorium, si eo utatur, ibique exuitur suis paramentis; & pariter Canonici in suis locis deponunt paramenta sacra, quibus induti erant: mox Episcopum saltem extra portam Ecclesiæ comitantur, ut supra dictum fuit, organo interim hilari modulatione continuò personante.

Digitized by Google

CAPUT II.

De Vesperis solemnibus Episcopo in crastinum non celebraturo.

SI Episcopus, vel ob aliquod impedimentum, vel alia de causa in festis præcedenti capitulo enumeratis, vel in aliis festis, & Dominicis solemnibus non sit ipsemet solemniter Missam celebraturus, velit tamen Vesperis sive primis, sive secundis interesse, & officium facere, observabit eadem fere omnia, quoad se, ac si in crastinum esset celebraturus. Nam & eisdem sacris paramentis indutus erit, quibus non in sede sua, ut supra dictum est, sed in sacristia, vel alio loco ad id præparato induetur; & in eadem sede residebit, incipiet, & perficiet Vesperas, prout dictum est. Differentia erit solummodo in infrascriptis; quia hoc casu non omnes Canonici, sed quatuor aut sex tantum cum pluvialibus parantur; assistentes vero Canonici Diaconi hinc inde à lateribus Episcopi erunt in eorum habitu Canonicali, sic & Presbyter assistens. Antiphonæ vero non eodem ordine, nec per Subdiaconum, sed per aliquem ex Canonicis, aut alium, ad quem de consuetudine Ecclesiæ spectet, intonantur; primo ipsi Episcopo, deinde aliis Canonicis, incipiendo à dignioribus, prout Ecclesiarum circa hoc usus observabit. Capitulum autem per aliquem ex cantoribus alta voce recitabitur. Cætera omnia fiunt, & dicuntur, prout in præcedenti capitulo expositum fuit. Quod si Episcopus velit hujusmodi Vesperis interesse cum cappa, tunc minime convenit, ut ipse in tali habitu officium faciat; sed Canonicus hebdomadarius indutus amictu, & pluviali supra cottam, seu Rochettam, si illo utatur, totum officium faciet petita prius ab Episcopo licentia, incipiendo: (*Deus in adjutorium, &c.*) usque ad finem stans à latere Epistolæ, assistentibus sibi quatuor, aut sex beneficiatis pro diversitate festivitatum, prout suo loco dicetur, pariter cum pluvialibus, quibus absque aliis paramentis simpliciter super cottam, vel Rochettum induuntur. Episcopus verò in sua sede tantummodo benedicit incensum: & in fine solemnem benedictionem dabit. Antiphonæ autem

Digitized by Google

autem præintonantur ab aliquo ex beneficiatis paratis antedictis primo ipsi Canonico celebranti, deinde aliis Canonicis dignioribus juxta morem Ecclesiæ. Organi sonus eodem modo poterit intermisceri, prout in proximo præcedenti capitulo declaratum fuit. Ipse celebrans Canonicus una cum quatuor, aut sex beneficiatis assistentibus, dum Psalmi recitantur sedere poterunt, cooperto capite in aliquo sedili seu scamno præparato, & ornato à latere Epistolæ; videlicet, celebrans in medio, assistentes verò hinc inde, vel aliàs prout in Ecclesia usitatum est. Capitulum decantabitur ab aliquo cantore, Hymnus & Antiphona, ad (*Magnificat*) præintonatus ab eodem assistente ipsi celebranti. Dum cantatur per chorum Antiphona ad (*Magnificat*) dignior Canonicus ex Presbyteris, accedente Acolytho thurificario, offert naviculam incensi Episcopo, qui imponit, & benedicit incensum more consueto. Incepto Cantico, (*Magnificat.*) Ipse Canonicus celebrans cum suis assistentibus surgit, & facta reverentia Episcopo, thurificat more solito altare; quo thurificato, ipse stans in cornu Epistolæ, capite detecto, ab altero ex dictis duobus beneficiatis assistentibus pluviali induto thurificatur duplici ductu thuribuli. Mox Episcopus stans capite detecto, à Presbytero Canonico assistente thurificatur apud suam sedem duplici ductu; & demum omnes Canonici, & alii ordine suo thurificantur. Finito Cantico, & repetita per Chorum Antiphona, celebrans cantat orationem stans versus altare à latere Epistolæ, duobus Acolythis ceroferariis candelabra cum cereis accensis afferentibus, & alio inter illos medio librum tenente. Qua finita, & dicto per chorum (*Benedicamus Domino, &c.*) Episcopus stans in sua sede, si inde à populo videri possit, alius apud altare, capite cooperto, nisi sit Archiepiscopus, aut alias utens cruce, quia capite detecto versus crucem, quæ per aliquem ejus Cappellanum genuflexum tenetur, solemniter benedicit: non tamen tunc utitur baculo pastorali, quia non est paratus. Reliqua omnia fiunt, prout proxime præcedenti capitulo dictum fuit.

Digitized by Google

CAPUT III.

De Vesperis in Ecclesiis Cathedralibus, absente Episcopo, vel in Collegiatis solemniter celebrandis.

IN Ecclesiis Cathedralibus, absente Episcopo, & in Collegiatis Canonicus hebdomadarius paratur in Sacristia pluviali coloris tempori convenientis super Rochetto, si ea utatur, aut cotta, & cum eo parantur quatuor; aut sex Presbyteri de gremio ipsius Ecclesiæ, non tamen Canonici; coadjunctisque Canonicis, & aliis de clero in chorum, prædictus Canonicus celebrans procedet à sacristia hoc ordine; præcedunt duo Acolythi deferentes candelabra cum candelis accensis, deinde Cærimoniarius & aliqui ministri cottis induti, mox Presbyteri pluvialibus parati bini, & bini, ultimo loco Canonicus celebrans pluviali indutus medius inter duos ex dictis Presbyteris, qui fimbrias anteriores pluvialis ipsius parumper elevant, parati procedunt manibus junctis, & cooperto capite. Cum perveniunt ante altare, stabunt omnes recta linea: ceroferarii erunt omnium postremi hinc inde à lateribus, in eorum medio Presbyteri pluvialibus parati, & inter ipsos medius Canonicus celebrans paratus, simulque omnes detecto capite genuflectent, genuflexique parumper orabunt, præter Acolythos ceroferarios, & ministros supradictos cottis indutos, qui statim discedunt ad latera altaris, ibique Acolythi candelabra cum cereis extinctis super gradu, vel plano inferiori deponunt. Presbyteri parati cum Canonico celebrante postquam oraverint, surgunt, & profunde altari caput, humerosque inclinant. Si vero sanctissimum Sacramentum in eo asservatur, denuo genuflectunt; deinde salutant ab utraque parte chori Canonicos capitis inclinatione. Canonicus verò paratus celebrans accedit ad stallum, seu primam sedem chori ab ea parte, quæ illi, illa hebdomade obtigerit, in qua sede ponetur pulvinum, & alterum cum tapete super scamno, seu genuflexorio ante se posito; super quo etiam ponitur liber serico coloris cæterorum paramentorum tectus; & ubi non adest tale scamnum, in aliquo legili, quod ponitur ante celebrantem, & removetur, prout opus est, quo casu tapete

Digitized by Google

tapete ſternitur ante ipſum celebrantem. Sedet ibi paululum, Presbyteri vero parati ſtant ante eum in plano ; & cum per Cærimoniarium fit ſignum inchoandi, ipſe Canonicus celebrans ſurgit, ſurgentibus omnibus de choro qui ſecreto dicit : (*Pater noſter, &c.*) & (*Ave Maria, &c.*) integre ; quibus dictis, elevatur ei pars dextera pluvialis aliquantulum per Cæremoniarium, & ipſe ſe ſignat ſigno crucis à fronte ad pectus, dicens clara voce, & in cantu competenti (*Deus in adjutorium, &c.*) prout ſupra celebrante Epiſcopo dictum eſt. Tunc unus ex dictis Presbyteris paratis facta altari reverentia, ac ducente Cærimoniario, accedit ad ipſum Canonicum celebrantem, & illi profunde inclinat, & expleto per chorum Verſiculo (*Sicut erat, &c.*) & (*Alleluja*) vel (*Laus tibi Domine &c.*) ipſe ſtans præintonat illi Antiphonam primi Pſalmi, qua per Canonicum celebrantem repetita, ipſe iterum facta reverentia ante illum, & altare, ut prius, recedit cum Cærimoniario ad ſedilia in plano chori diſpoſita hinc inde, & ornata panno viridi, aut tapetibus, ubi ſedet cum aliis Presbyteris paratis. Expleta per chorum Antiphona, duo cantores cottis induti intonant Pſalmos in medio chori ; & incepto primo verſu Pſalmi, omnes ſedent ; & ſic remanent ſedentes usque ad Capitulum, niſi quatenus pro intonatione Antiphonarum ſurgunt, ut mox dicetur. Cum dicitur Verſiculus (*Gloria Patri, &c.*) in fine cujuslibet Pſalmi, omnes caput detegunt, illudque ſedentes profunde inclinant, eo modo inclinati permanentes usque ad Verſiculum (*Sicut erat, &c.*) Cantores duo prædicti præintonant cæteras Antiphonas Canonicis ab utraque parte chori per ordinem incipiendo à dignioribus ; & cum aliquis ex Canonicis reſumpturus Antiphonam ſurgit, pariter omnes tam Canonici, quam alii de Clero ſurgunt, & illo ſedente ſedent. Finitis Pſalmis duo Acolythi ſimul cum dictis Presbyteris, paratis accedunt ad Canonicum celebrantem eique faciunt reverentiam, & hinc, inde ad ejus latus aſſiſtunt in plano chori ; ipſe verò Canonicus, finita Antiphona, ſeu tono organi, ſurgit capite detecto, junctisque manibus, cantat Capitulum ; & eo finito, aliquis ex dictis Presbyteris paratis accedens propius ante ejus faciem

into-

Digitized by Google

intonat illi Hymnum, quo per eum repetito, prædicti Acolythi, ac Presbyteri parati facta Canonico reverentia, recedunt ad loca sua, ubi parati stant manibus junctis, donec perficiatur Hymnus. Quo expleto duo ex eisdem paratis accedentes ad medium chori ante altare cum debita reverentia æqualiter ibi stantes cantant simul versum voce altiori, quibus chorus respondet: alter verò ex ipsis rediens ante celebrantem cum debita reverentia præintonat illi Antiphonam ad (*Magnificat.*) qua per celebrantem repetita, ipse celebrans, & alii omnes in choro sedent; & cum inchoatur Canticum, (*Magnificat*) quod à duobus Presbyteris paratis pluvialibus intonatur, omnes surgunt, & ipse celebrans salutans hinc, inde Canonicos capitis inclinatione, qui ei assurgere debent, capitibus detectis, vadit ad altare cum dictis Presbyteris paratis ordine, quo venerant, & faciunt altari profundam reverentiam; aut si super eo sit Sacramentum, genuflectunt ante infimum gradum. Celebrans cum duobus ex dictis paratis ascendit ad medium altaris, quod osculatur, mox vertens se versus cornu Epistolæ altaris, ubi thuriferarius ante eum stans inclinatus offert ei thuribulum apertum, cum prunis ardentibus celebrans, ministrante ei Presbytero parato à dextera illius assistente naviculam cum cochleari, imponit thus in thuribulum, & benedicit more consueto; acceptoque thuribulo de manu ejusdem Presbyteri parati thurificat altare debito ritu; mox thuribulum reddit eidem Presbytero parato, quo acceperat, & ille thuriferario: & facta altari reverentia simul cum dictis Presbyteris paratis ordine, quo venerant, recedunt ad loca sua, salutatis item redeundo Canonicis, ab utraque parte chori, ut prius. Canonicus celebrans stans in loco suo, invitato prius ad honorem incensationis proximiori Canonico caput inclinando, aut si adsit, Vicario Episcopi, vel alio digniori, qui immediate post eum debeat incensari, incensatur ab aliquo ex dictis Presbyteris paratis triplici ductu thuribuli cum profunda capitis inclinatione ante, & post incensationem. Thuriferarius accepto de manu ejusdem Presbyteri thuribulo, thurificat omnes Canonicos ordine suo cum reverentiis ante, & post, duplici ductu, deinde cæteros de choro unico ductu, primo tantùm in ordine capite inclinato.

Digitized by Google

nato. Advertant cantores, & organista, ut cantum, & sonum invicem alternatim ita dimetiantur, ut ante repetitionem Antiphonæ incensatio sit expleta. Cum repetitur à choro Antiphona, omnes sedent. Interim Acolythi duo cum candelabris, ac cereis accensis, & Presbyteri parati accedunt ad Canonicum celebrantem assistendo, ut supra, factis solitis reverentiis. Expleta Antiphona, omnes surgunt; Canonicus vero celebrans stans junctis manibus cantat (*Dominus vobiscum. Oremus.*) & orationem competentem cum sua conclusione, vel plures, pro qualitate temporis, secundum regulas, & rubricas Breviarii. Qua, seu quibus finitis, duo ex Presbyteris paratis accedunt ad medium chori ad altare versi, & ibi voce altiori cantant (*Benedicamus Domino.*) & redeunt ad celebrantem, qui dicto (*Fidelium animæ, &c.*) si completorium continuetur, salutatis Canonicis ab utraque parte chori, discedit cum prædictis paratis ordine, quo venerat: si vero non sequatur completorium, dicit Antiphonam Beatæ Mariæ genuflexus pariter omnibus genuflectentibus; quando juxta regulas Breviarii est genuflectendum, & in fine dicit voce summissa versiculum, orationem, & (*Divinum auxilium, &c.*) deinde discedit, ut supra. Supradicto ordine semper diebus Dominicis, & festivis, quæ à populo observantur, [illegible] tam in Collegiatis, quam in Cathedralibus Ecclesiis, absente Episcopo, vel per aram officia celebrantur, ea tamen moderatione adhibita, quod in festis solemnioribus, ut in Natali Domini, Epiphania, Paschate Resurrectionis, Ascensione, Pentecoste, festo Corporis Christi, Apostolorum, Petri & Pauli, Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, omnium Sanctorum, Sancti tituli Ecclesiæ & Patroni Civitatis, vel Ecclesiæ dedicatione, sex pluvialia à Presbyteris, seu clericis totidem hebdomadario assistentibus sumantur. In aliis festis immediate subsequentibus diem Natalis Domini, Paschæ, & Pentecostes; item in festis Circumcisionis Domini, Purificationis & Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, Trinitatis, & Sancti Johannis Baptistæ, quatuor tantum pluvialia sumantur; in Dominicis, & aliis festis duo.

Digitized by Google

CAPUT IV.

De Completorio.

SI Episcopus Completorio interesse, & officium facere voluerit, erit cum sua cappa in choro in suo loco, seu stallo, panno aliquo, vel tapeti cum pulvinaribus parato. Officium verò ipsius erit circa hæc; videlicet, ut dicente cantore (*Jube Domine benedicere.*) Ipse stans respondeat (*Noctem quietam, &c.*) & post lectionem brevem (*Adjutorium nostrum, &c.*) deinde (*Pater noster.*) Tum confessionem, & absolutionem, & alia usque (*Deus in adjutorium, &c.*) inclusivè, & incepto Psalmo sedebit. Cætera omnia dicentur per chorum, & hebdomadarium usque ad orationem, quam ipse Episcopus cantabit, & demum benedictionem dabit dicens: (*Benedicat nos omnipotens Deus, &c.*) Nulla autem fiet altaris thurificatio ad Canticum (*Nunc dimittis, &c.*) nec organum pulsabitur, nisi forte in aliquibus Ecclesiis hujusmodi hora solemnius celebrari aliquando consueverit, quo casu organum adhiberi poterit juxta normam superius traditam. Cum verò Episcopus præsens erit, & officium non faciet, omnia prædicta per hebdomadarium in suo habitu Canonicali fient, observatis tamen debitis reverentiis versus Episcopum; nam ipse Hebdomadarius ad Versiculum (*Indulgentiam, &c.*) in principio, & Versiculum (*Benedicat nos [illegible], &c.*) in fine inclinabit se profunde versus Episcopum. In Collegiatis Ecclesiis, vel absente Episcopo, eadem observantur per hebdomadarium.

CAPUT V.

De matutinis præsente Episcopo.

IN matutinis, quando Episcopo placuerit officium facere, hora competenti veniet cum sua cappa associatus à Canonicis more solito, & factis orationibus ante Sacramentum, & altare majus, accedet ad chorum in loco suo ornato, ut supra, ubi sedebit aliquantulum, cucullo cappæ supra caput reducto, vel etiam cum bireto, prout magis placebit, aptatis in girum fimbriis cappæ per aliquem Cappellanum, vel Cæremoniarium. Apud eum nulli erunt assistentes,

Digitized by Google

tes. Post modicam moram Episcopus surget, surgentibus omnibus, & stans capite detecto versus altare dicet secreto (*Pater noster. Ave Maria, & Credo*) integrè : quibus completis, signans sibi cum pollice dexteræ manus labia parvo signo crucis altiori voce cantando (*Domine labia mea, &c.*) deinde : (*Deus in adjutorium, &c.*) quod cum dicit, facit sibi signum crucis à fronte ad pectus, prout supra in Vesperis dictum est : & sic permanet stans, donec per chorum decantatum sit Invitatorium cum Psalmo (*Venite exultemus, &c.*) ac Hymnus, quem ipse decenter aliquo præintonante, competenti voce incipiet, si erit celebraturus, aliàs non. Incepto primo Psalmo, sedebit, & omnes de choro, ac alii ministri sedebunt. Psalmi decantabuntur cantu plano, pausate ad puncta, & clara voce per Canonicos, & alios de choro cum devotione, & reverentia, & ad Versiculum (*Gloria Patris, &c.*) omnes se inclinabunt, prout supra in Vesperis dictum fuit. Antiphonæ per aliquem Mansionarium, vel eum, cui ex consuetudine Ecclesiæ competit, præintonabuntur Canonicis, incipiendo à dignioribus gradatim. Lectiones autem octo à totidem Canonicis junioribus incipiendo à Juniore, prius à Cæremoniario instructis, competenti voce, & tono recitabuntur, apud legile in medio chori collocatum, quarum septimam, & octavam, cantabunt hi qui futuri sunt assistentes à lateribus Episcopi in Missa : nona verò, & ultima Lectio dicetur ab ipsomet Episcopo stante. Igitur finitis tribus Psalmis primi Nocturni, cum cantatur Versiculus Cæremoniarius ducit juniorem Canonicum, qui est cantaturus primam lectionem, ad legile, paulo ante cum libro lectionum præparatum in medio chori nudum, id est, sine aliquo panno, vel coopertorio ; & ibi facta reverentia altari, Episcopo cum profunda inclinatione, respicit aliquantulum in libro lectionem, quam lecturus est, & sic stans, expectat donec Episcopus stans, detecto capite, inceperit alta voce (*Pater noster &c.*) & illud secreto perfecerit usque ad Versiculum (*& ne nos &c.*) & successive ex libro sibi allato, vel memoriter cantaverit absolutionem videlicet (*Exaudi Domine &c.*) cui responso per chorum (*Amen*) ipse Canonicus stans apud legile inclinat se

Digitized by Google

profundè versus Episcopum, & petit ab eo intelligibili voce benedictionem dicens: (*Jube Domine benedicere*) & non (*Domine*) ad quem sic inclinatum per manentem Episcopus conversus stans respondet benedicens, videlicet: (*Benedictione perpetua &c.*) non tamen manu signans, & responso per chorum (*Amen.*) Episcopus sedet cooperto capite cujus fimbriæ in girum aptantur, ut supra, & pariter omnes sedent. Canonicus verò tunc, & non prius incipit, & prosequitur suam lectionem altiori voce, distincte, & modeste, in tono, prout suo loco, & capitulo demonstratur. Qua finita cum dicturus est, (*Tu autem Domine, &c.*) genuflectit versus altare. Tum surgens, facta solita reverentia Episcopo, qui versus eum facit signum crucis, revertitur, ad locum suum, absque osculo manus Episcopi; sed si forte non essent Canonici, qui cantarent, oscularentur manum. Idem per omnia facit secundus, & tertius Canonicus, ac successivè alii in secundo, & tertio Nocturno Lectiones cantaturi, idemque per Episcopum, & chorum observatur; quo ad absolutiones, benedictiones, & alia, quæ occurrunt, dum Psalmi, & lectiones cantantur; quod in primo Nocturno servatum fuit; hoc tantum excepto, quod ad primam, quartam & septimam benedictiones Episcopus stat, prout stetit cantans absolutiones, ad alias verò sedet. Cum cantatur per Canonicum textus Evangelii pro septima lectione, Episcopus & reliqui omnes stant, donec dicatur per dictum Canonicum. (*Et reliqua.*) & incepta homilia, sedent. Ipse autem Canonicus non debet recitando textum Evangelii librum, nec se ipsum signare, nec manus junctas tenere, sed super libro prout in aliis lectionibus. Ad octavam lectionem Episcopus dat benedictionem sedendo, ut supra. Nonam lectionem cantat ipse Episcopus stans cum cappa, detecto capite, versa facie ad altare, ad quem tunc, & non prius accedunt duo assistentes Diaconi minister de candela, & alius de libro serviens. Episcopus autem, si non aderit in choro major se stans, ut supra, dicit cantando versus altare (*Jube Domine benedicere*) & non (*Domine*) cui absolute respondetur per chorum (*Amen.*) Si verò adesset Legatus, aut aliquis Prælatus major se, Episcopus

versus

Digitized by Google

versus ad illum peteret benedictionem; ille vero stans in loco suo responderet (*Ad societatem civitatis, &c.*) vel (*Per Evangelica dicta, &c.*) factis tamen prius mutuis reverentiis inter Episcopum & Legatum, seu alium superiorem majorem. Et dum Episcopus cantat suam lectionem, omnes pro ejus reverentia stant detecto capite. Qua finita Episcopus profunde caput versus altare inclinans dicit: (*Tu autem Domine, &c.*) & responso per chorum (*Deo gratias.*) Accedit cum debitis reverentiis antedictus præintonator ante Episcopum, & præintonat ei (*Te Deum, &c.*) si est celebraturus. Quo per Episcopum repetito ex libro, vel memoriter, prout magis placuerit; chorus illum prosequitur, cui & organum intermisceri poterit; cum regula superius tradita, dummodo Versiculus (*Te ergo quæsumus*) exprimatur voce clara, alioquin cum suavi harmonia sine organo. Qui Versiculus tum recitatur, Episcopus & omnes genuflectunt in locis suis.

CAPUT VI.

De Matutinis in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis absente Episcopo.

IN Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis absente Episcopo hora competenti congregantur, in sacristia omnes Canonici, ubi induuntur suo consueto habitu Canonicali; Canonicus quoque, seu alius dignior Presbyter Ecclesiæ Missam celebraturus induitur eodem habitu Canonicali, vel alio suæ dignitati convenienti, quo in Ecclesia uti consuevit. Qui sic congregati incipiunt procedere versus chorum. Præcedunt Cæremoniarii; deinde duo Clerici cantores; tertio loco Canonicus, seu Presbyter facturus officium; sequuntur alii Canonici Seniores & Digniores, deinde Juniores, & minus digni. Cum pervenerint ad altare, omnes genuflexi aliquantum orent, Canonicus seu Presbyter facturus officium cum suis Clericis post ipsum in plano chori seu ante altare. Alii hinc inde in eodem plano ab utraque parte Chori. Surgente Canonico,

Digitized by Google

aut Presbytero prædicto cum suis clericis, omnes pariter surgunt. Qui facta hinc inde Canonicis reverentia, ascendit chorum in primo stallo, seu sede ex ea parte, ubi ea hebdomata chorus assignatur. Sistit se, & prope ipsum stat unus cæremoniarius. Sub ipso in plano chori erunt duo cantores, qui simul venerant, alii omnes ad sua scabella ascendunt. Interim Canonicus, facturus officium sedet in pulvinari supra sedem suam posito, habens ante se tapete super scabello cum pulvinari, super quo positus sit liber apertus continens Antiphonas, Hymnum & orationem, quæ legenda sunt, vel super legili, ut dictum est in Vesperis. Postquam omnes venerint ad sua loca, indicante Cærimoniario surgit Canonicus prædictus, dicit secreto: (*Pater noster, Ave Maria, & Credo.*) Deinde signans sibi pollice dexteræ manus os, cantat tono competenti: (*Domine labia mea aperies.*) Et responso à Choro: (*Et os meum annunciabit laudem tuam,*) eadem manu dextera producens sibi crucem à fronte ad pectus eodem tono dicit: (*Deus in adjutorium meum intende.*) Cum dicitur Versiculus: (*Gloria Patri, & Filio, &c.*) tam ipse, quam alii omnes profunde inclinant se. Cum dicitur: (*Sicut erat*) erigunt se: & interim duo illi Cantores accedunt ad medium chori, facta prius altari genuflexione, cantant ex libro super legili ante se posito Invitatorium, quod à choro resumitur, & Psalmum (*Venite*) Interim omnes stant usque ad primum Versiculum primi Psalmi Nocturni. Cum cantatur (*Et procidamus ante Deum*) tam ipsi Cantores, & celebrans, quam alii omnes genuflectunt, postea surgunt, & prosequuntur. (*Ploremus ante Dominum, qui fecit nos, &c.*) Repetito invitatorio, duo illi Cantores accedunt ad Canonicum officium facientem, & stantes in plano ante ipsum, facta ei profunda reverentia, unus ex illis à dexteris præintonat Canonico prædicto Hymnum, quo per Canonicum intonato, chorus prosequitur ab eadem parte, ubi est Canonicus officium faciens, deinde vicissim ex altera parte, donec Hymnus expleatur. Et fine, cum nominatur Sancta Trinitas, omnes profunde inclinant. Expleto hymno, idem Cantor, qui intonavit Hymnum stans ante Canonicum, facta illi profunda reverentia, præintonat ei Antiphonam primi

Digitized by Google

primi Nocturni, quam ille intonat ex libro ante se posito. Quia intonata, duo illi Cantores facta reverentia, accedunt ad librum Antiphonarium in medio chori existentem; & facta primum in plano genuflexione versus altare, expleta Antiphona, excipiunt Psalmos primi Nocturni, cantantes primum versum in thono Antiphonarii assignato. Quo primo versu Psalmi intonato, Canonicus faciens officium, & cæteri omnes sedent; Cantores iterum genu facta reverentia altari, redeunt ad suum locum in plano chori ante Canonicum facientem officium, & ibi faciebus ad altare versis, in scabello parum oblongo, panno viridi cooperto sedent. Et circa finem cujusque Psalmi surgunt, & ambo accedunt ad alteram partem chori: cumque pertranseunt ante altare in medio genuflectentes reverentiam faciunt altari; deinde Canonicum in primo stallo, seu sede ab illa parte chori sedentem adeunt; & repetita prima Antiphona, facta ei debita reverentia, alter ex eis, ut supra, illi intonat secundam Antiphonam, & sic vicissim semper faciunt successive singulis Canonicis Antiphonas præintonantes; & semper post inchoatum Psalmum ad suum scabellum redeunt, ubi sedent, dum Psalmus perficitur. Circa finem tertii Psalmi, cujusque nocturni surgunt, & accedunt ad librum, & factis debitis inclinationibus altari, & choro, cantant Versiculum, quo incepto, omnes surgunt; & responso à choro, Canonicus faciens officium intonat: (*Pater noster*) & reliquum dicit secreto. Interim dum cantatur Versiculus, Cærimoniarius accedit ad Canonicum juniorem, qui lecturus est lectionem, & facta ei reverentia, ipsum ducit ad legile, ubi lectiones legi solent, quod locari debet in medio chori versus altare: quo cum pervenerit, genuflectit cum Cæremoniario versus altare, deinde profunde facit reverentiam Canonicis, primum à parte chori, ubi est Canonicus faciens officium, deinde ab altera parte, & mox proprius accedit, ad legile, & cum tempus erit, petit benedictionem caput profunde versus celebrantem inclinans; cui ille stans benedicit; quod & in aliis benedictionibus servat, hoc est, ut stans semper, detecto capite, benedicat. Lectiones leguntur festis præsertim diebus, à Canonicis, incipiendo

à junio-

Digitized by Google

à junioribus ad seniores ; & quando non adsunt tot Canonici, primas legunt alii Clerici in choro existentes. Legant autem distincte, & devote, in toto consuetoo in Ecclesia Romana, ut suo loco dicetur. Si noctu legantur, Cæremoniarius adhibet parvam candelam, & alia fiunt, ut supra in Matutinis Episcopalibus dictum est, præter osculum manus Canonici facientis officium ; sed lector cum dicit: (*Tu autem Domine, &c.*) in fine lectionis genuflectit, & factis debitis reverentiis iis, qui in Choro existunt, discedit. Circa finem tertii Nocturni Canonicus faciens officium accipit pluviale corporis coloris tempori congruentis, & duo Cantores similiter, cum cantatur octavum responsorium, duo Acolythi sumunt candelabra duo, quæ cum candelis accensis deferunt ante Canonicum paratum ; & ea tenent, donec legerit totam lectionem, & inceperit Hymnum (*Te Deum, &c.*) Hymnum quem alter ex dictis Cantatoribus paratis pluviali, facta illi debita reverentia, præintonat. Cum dicitur (*Te ergo, &c.*) genuflectit in sup loco & alii omnes similiter. Hymno expleto, incipit laudes, in quibus omnia servantur, quæ de Vesperis in Collegiatis superius dicta sunt.

CAPUT VII.

De laudibus, reliquisque horis Canonicis.

EXpleto Hymno (*Te Deum, &c.*) si Episcopus in Matutinis solemne officium peregit, congruum erit, ut etiam Laudes solemniter celebret ; in quibus ea omnia fere servari conveniet, quæ supra dicta sunt de Vesperis solemniter per Episcopum celebrandis, ipso in crastinum Missam non celebraturo, nam statim finito hymno, Episcopus in sua sede Episcopali capiet pluviale, & mitram, & alia paramenta, prout in dictis Vesperis dictum fuit, & cum eo quatuor, aut sex Canonici ex dignioribus capient pariter pluvialia, alii verò Canonici non parantur. Episcopus inchoabit Laudes absolute cantando: (*Deus in adjutorium.*) signando se signo crucis à fronte

Digitized by Google

fronte ad pectus, prout ibi dictum fuit. Antiphonas eodem modo, & iidem præintonabunt Canonicis dignioribus, ut in dictis Vesperis, eademque observabuntur in sessione, surrectione, & reverentiis, dum Psalmi, & Antiphonæ decantantur, quæ ibidem dicta sunt. Sic etiam quoad Capitulum & Hymnum: cum inchoatur canticum (*Benedictus*) Episcopus, posito prius thure in thuribulum, dum per chorum cantatur Antiphona, surget cum mitra & baculo, associatur à prædictis Canonicis paratis, & thurificabit altare, & deinde thurificabitur ipse apud suam sedem stans cum mitra, à digniori ex dictis Canonicis paratis, vel alio, cui competat, prout ibidem expositum fuit. Organum quoque ad Hymnum, & Canticum (*Benedictus, &c.*) & in fine Psalmorum poterit adhiberi, cum eadem norma, & regula superius tradita. Denique dum repetitur Antiphona per Chorum finito Cantico: (*Benedictus*) Cæremoniarius cum ceroferariis accedit ante Episcopum, qui cantabit orationem, & mox dabit benedictionem, & denique omnia alia fient, prout ibi latius enarratum fuit. Pariter absente Episcopo, & in Ecclesiis Collegiatis eadem omnia servabuntur, prout in dictis Vesperis continetur. Ad reliquas horas Canonicas Episcopus non solet intervenire; si tamen volet interesse, erit in choro cum cappa, & nullum officium faciet, sed omnia fient per Canonicos, & per hebdomadarios juxta stylum Ecclesiarum. Excipitur tantummodo hora tertia, quam, si Episcopus est solemniter Missam celebraturus, pariter & ab illo celebrari convenit, prout latius sequenti Capitulo declarabitur.

Digitized by Google

CAPUT VIII.

De Missa solemni Episcopo celebrante.

QUo ordine, quove comitatu Episcopus ad Ecclesiam sive pro Vesperis, sive pro Missa aliisque officiis accedere debeat, superius explicatum fuit. Nunc videnda sunt ea, quæ ad Missam solemnem, ipso Episcopo celebrante, spectant, explicaturi postmodum suis locis in singulis festivitatibus, si quid attendendum, minuendum, vel immutandum erit. Diximus jam valde convenire, atque antiquæ Ecclesiasticæ disciplinæ consonum esse, ut in Ecclesiis Cathedralibus locus aliquis, sive sacellum, ab antiquis Secretarium appellatum, deputetur, ad quem Episcopus solemniter celebraturus Missam, postquam sua cappa indutus ingressus fuerit Ecclesiam, sacrasque preces ad altaria superius memorata effuderit, cum suis Canonicis, & choro conveniat. Qui locus præparatus ornatusque esse debet altari condecenti cum cruce & candelabris, ac cereis accensis, super quo erunt reposita sacra Missalia indumenta pro Episcopo suo ordine. Aderunt etiam ibi sedes pro Episcopo versus cornu dexterum, vel sinistrum altaris pro situatione, & commoditate loci, & sedilia pro Canonicis, & aliis circum circa. In eum locum ingressus Episcopus, factaque reverentia cruci super altari prædicto existenti, sedebit aliquantulum super dicta sede sibi præparata, donec Canonici extra illum locum, capiant sacra indumenta; remanentibus duobus Diaconis assistentibus apud Episcopum, dum alii parantur, qui & ipsi postea accipiunt paramenta: quibus paratis, atque in eundem locum ingressis cum debitis reverentiis altari, & Episcopo, ac apud eorum sedilia stantibus, Episcopus surget, & stans capite detecto versus altare dicet secreto totum (*Pater noster*,) & (*Ave Maria.*) Tum faciens sibi signum crucis à fronte ad pectus, ea forma, quæ superius expressa fuit, altiori voce incipit horam Tertiam dicens: (*Deus*

in

Digitized by Google

in adjutorium, &c.) Choro prosequente: (*Domine ad adjuvandum, &c.*) & Hymnum: (*Nunc sancte nobis Spiritus,*) cui organum intermisceri poterit, secundum regulam superius traditam. Quo hymno finito, cantor dicit Antiphonam atque incepto Psalmo: (*Legem pone, &c.*) Episcopus sedebit, sedentibus etiam Canonicis, exceptis his, qui Episcopo ministraturi sunt; chorus autem prosequetur Psalmos. Tunc Minister de libro serviens cotta indutus, unà cum altero candelam accensam tenente, accedent cum libro ante Episcopum, qui poterunt esse aliqui ex suis Cappellanis: & qui de libro serviet, genuflexus manebit, dum Episcopus legit sedens. Episcopus vero sedens legit Antiphonam: (*Ne reminiscaris, &c.*) & Psalmos consuetos, duobus Canonicis sibi à lateribus assistentibus, qui debent per totam Missam deservire, alternatim respondentibus. Interim Subdiaconus cantaturus Epistolam, qui simul cum Diacono Evangelium cantaturo, ac aliis Canonicis erit jam Subdiaconalibus paramentis indutus, dempto manipulo, ut in capitulo de eorum officio dicitur, affert ex altari sandalia, & caligas manibus velo coopertis, alio velo cooperta, ambabus manibus elevata, ante Episcopum, illaque adjuvantibus duobus Episcopi scutiferis, qui ad abacum solent assistere, genuflexus induit primo in dexrero, deinde in sinistro pede Episcopi, detractis prius ordinariis calceis: eodemque tempore sex, vel octo Acolythi cum cottis genuflexi, fimbrias cappæ circumcirca elevant, & dilatant cooperiendo dictum Subdiaconum, & scutiferos, quo commodius, & decentius officium suum peragere possint. Quibus expeditis, Subdiacono, & scutiferi prædicti recedunt ad loca sua. Acolythi, aptatis in girum cappæ pontificalis fimbriis, ad altare redeunt, ut præsto sint pro paramentis Episcopo deferendis. Episcopus prosequitur lectionem Psalmorum, quibus dictis usque ad (*Kyrie eleison*) surgens detecto, capite, versus altare dicit orationes, chorus autem admoneatur, ut Psalmos tertiæ lentè prosequantur, interposito etiam, si opus videbitur, post quemlibet Psalmum Organo, ita ut eodem tempore

Digitized by Google

illos perficiant, quo Episcopus suos Psalmos cum suis Versiculis legerit, & paratus fuerit, ut infra. Lectis Psalmis, & Orationibus usque ad Orationem, quæ pro lotione manuum dicitur exclusivè, Episcopus, deposita cappa, incipit legere, vel memoriter dicere orationes, quæ pro paramentis induendis ordinatæ sunt, dicendo singulas orationes ad singula paramenta, cum illis induitus; excepta oratione, quæ dicitur ad manipulum, quæ statim post alias dicenda erit, cum dici non possit eo tempore, quo accipit manipulum. Cum Episcopus exuit cappam dicet orationem: (*Exue me Domine, &c.*) & dicta per eundem oratione (*Da Domine, &c.*) pro lotione manuum, extractisque ei per assistentes Diaconos annulis, lavat manus; & tunc laici tantum, & clerici omnes præter Canonicos & Prælatos, debent genuflectere, nisi adesset Legatus, aut alter dignior Episcopo, quo casu non debet permittere, ut genuflectant. Cum verò sumitur aqua, ex abaco pro lotione manuum Episcopi ab aliquo nobili viro, poterit fieri prægustatio illius à ministris, vel scutiferis illum suggerentibus, ut superius dictum fuit. Sed si ipsi portantes aquam non sint ex nobilibus civitatis, sed ex ipsius scutiferis, seu familiaribus Episcopi, non utique ea forma portabunt, prout dicti nobiles, sed dextera manu urceum cum aqua, sinistra vero lancem; & cum fuerint ante Episcopum genuflexi, infundunt pauculum aquæ super labio illius lancis, eamque præsente Episcopo degustant, tum aquam suppositæ lance super manus Episcopi infundunt: duo autem Cappellani genuflexi hinc inde tenent mappam, extensam sub lance pro tergendis manibus ipsius Episcopi; quibus tersis, reponuntur ei annuli ab eodem Diacono assistente; & hæc forma lotionis manuum servatur semper, quando Episcopus intra Missarum solemnia, & in aliis quibusdam sacris actibus publice lavat manus. Statim lotis manibus adsint Acolythi præfati, qui offerant ex altari paramenta Episcopi per ordinem, unus post alium; videlicet, amictum, albam, cingulum, crucem pectoralem, stolam, pluviale, & mitram, quibus induitur Episcopus per Diaconum à dexteris,

& Sub-

Digitized by Google

& Subdiaconum à ſiniſtris paratos, ut ſupra, hoc modo videlicet: Diaconus & Subdiaconus capientes ſingula hujuſmodi paramenta de manibus Acolythorum, quiſque eorum à latere ſuo adjuvat veſtiendo Epiſcopum, ſed principaliter Diaconus omnia operatur. Subdiaconus verò ſolummodo coadjuvat, ubi opus eſt; & primo offerunt Epiſcopo amictum oſculandum in medio, ubi eſt deſignata parva crux, mox illum diligenter aptant circa collum Epiſcopi, ita ut veſtium ſummitates, quæ vulgò collaria vocantur, omnino tegat, deinde cordulas ex eo pendentes poſt tergum ductas, ante pectus reductas ſtrictè collum colligant. Accipiunt deinde albam, eamque circa collum, humeros, & brachia diſtendunt, & aptant: tertio loco cingulum, quo albam conſtringunt, incipientes à tergo, & ante corpus illam religantes, tum albæ extremitates circumcirca Acolythi ſublevant & aptant, ita ut æqualiter defluat, & feſtes contegat. Diaconus poſtea ſumpta cruce pectorali, eam ab Epiſcopo oſculatam ejus collo imponit, ita ut ante pectus pendeat; offert deinde Epiſcopo ſtolam deoſculandam, eamque ſuper ejus humeros applicat, ita ut nec ejus collum tegat, nec transverſa ſit in modum crucis ſed æqualiter ante pectus pendeat; commodius fiet, ſi ei cordulæ retro, & ante ſint annexæ, quibus firmari poſſit, nec huc, illuc vagetur. Demum Diaconus & Subdiaconus imponunt Epiſcopo pluviale, & mitram, & ſi Pſalmi Tertiæ non ſint perfecti, ſedet Epiſcopus expectans, donec perficiantur, quibus finitis, & repetita Antiphona, Subdiaconus vel alter, cui ex conſuetudine Eccleſiæ competat in habitu, in quo reperitur, Capitulum cantabit in loco, ubi legi ſolet Epiſtola, ſibi ipſi librum tenens; dummodo nec altari, nec Epiſcopo humeros vertat. Tunc Epiſcopus ſurgit cum mitra, ſurgentibus omnibus, verſa facie ad ipſum Subdiaconum cantantem Capitulum: & ſic ſtat, donec Cantores cantent reſponſorium ultimi verſiculi. Finito capitulo, Subdiaconus reddit librum Cæremoniario, & vadit ad locum ſuum. Interea verò duo Acolythi, acceptis duobus candelabris, cum cereis accenſis, verſis invicem facibus, dummodo nec altari, nec Epiſcopo renes vertant, accedunt. Presbyter vero

Digitized by Google

assistens paratus in eorum medio tenebit librum supra caput ; & finito Responsorio, Episcopus, deposita tunc mitra, stans ut erat, cantat in tono festivo : (*Dominus vobiscum*,) & orationem : & dicto per chorum (*Benedicamus Domino*,) ipse Episcopus, depositis pluviali, & mitra, à Diacono & Subdiacono induitur tunicella, qui constringunt cordulas hinc inde super humeros positas, & deinde eodem modo dalmaticant. Tum Episcopus sedet, & imponuntur ei chirothecæ per Diaconum in dextera, & per Subdiaconum in sinistra, manibus illi prius, & mox chirothecis propter easdem deosculatis. Mox surgit Episcopus, & induitur ab eisdem planeta, quæ hinc inde super brachia aptatur, & revolvitur diligenter, ne illum impediat.

Si Episcopus pallio uti possit, & eo die uti conveniat, affertur per aliquem Subdiaconum ex altari ambabus manibus, velo aliquo supposito, quod Diaconus capiens Episcopo offert osculandum in cruce posteriori : & advertat dum illud capit, ut partem duplicem pallii capiat sinistra manu, simplicem vero dextra, & dum illud imponit, Subdiaconus manu dextera elevat partem, quæ à tergo pendere debet, illudque aptant, ut humeros Episcopi æqualiter ambiat, & pars duplex pallii ponatur super sinistro humero Episcopi. Quo facto, idem Diaconus capit unam ex tribus spinulis per aliquem Acolythum allatis ; videlicet pulchriorem, eamque infigit cruci anteriori pallii ante pectus existenti, aliam in cruce sinistri humeri, tertiam Subdiaconus infigit cruci posteriori, quæ omnia ita infigantur, ut tertiò transeant per crucem ; non tamen pallium perforent, neque planetam tangat ; & gemmæ spinulis appositæ remaneant ad dexteram infigentis. Tum sedenti Episcopo imponitur per Diaconum mitra pretiosa sumpta de manibus Cappellani de illa servientis, Subdiacono vittas elevante. Demum imponitur per Presbyterum assistentem annulus Pontificalis annulari digito dexteræ manus Episcopi, annulo & manu prius deosculatis. Episcopo parato, accedunt ad eum Archidiaconus, & alter Diaconus, seu duo digniores Canonici Diaconi, parati Dalmaticis, qui ei à lateribus assistunt à principio. Diaconus verò, & Subdiaconus capiunt suos manipulos ; & accedente Acolytho thurifera-

Digitized by Google

riferario cum thuribulo, & navicula, miniſtranteque Presbytero aſſiſtente naviculam, Epiſcopus imponit, & benedicit thus, ut ſupra in Veſperis dictum fuit. Deinde Epiſcopus cum ſuis miniſtris facta reverentia cruci ſuper altari in dicto Sacello, ſeu Secretario exiſtenti, proceſſionali ritu procedunt ad altare, in quo Miſſa eſt celebranda, hoc ordine. Thuriferarius cum thuribulo, deinde ceroferarii cum candelis accenſis medium habentes Cappellanum crucem deferentem, deinde clerici, & beneficiati Eccleſiæ cum ſuis cottis bini, incipiendo à junioribus, ſi eſt celebrans Archiepiſcopus, vel major, aut habeat Privilegium crucem ante ſe deferri faciendi; aliàs crux non portatur. Hos ſequuntur Canonici parati bini, incipiendo à junioribus, ſeu minus dignis, & poſt illos Subdiaconus Epiſtolam cantaturus, gerens librum Evangeliorum clauſum ante pectus, in quo includitur manipulus Epiſcopi, deinde Diaconus ad ſiniſtram Presbyteri aſſiſtentis pluviali induti, demum Epiſcopus cum baculo paſtorali in manu ſiniſtra, parte curva baculi ad populum verſa, ac dextera benedicens, ſi ſit in ſua civitate, vel diœceſi, medius inter Archidiaconum, & Diaconum aſſiſtentes paratos. Poſt Epiſcopum ſequitur Cappellanus ſerviens de mitra, & alii Cappellani cum cottis bini incedentes. Cum Epiſcopus fuerit propè altare, ſalutat exigua capitis inclinatione Canonicos paratos apud eorum ſedilia ſtantes, ipſi verò Canonici faciunt ei profundam reverentiam. Si forte adeſſet Legatus Apoſtolicus, vel aliquis Cardinalis, aut Archiepiſcopus, vel alii Prælati, vel magnus Princeps loci, illos prius debet Epiſcopus cum mitra ſalutare, & illi Epiſcopo aliquantulum aſſurgentes, denudato capite, reſpondere, præter Cardinales, qui non debent aſſurgere, ſed tantum diſcooperire caput. Cum verò Epiſcopus pervenerit ante infimum gradum altaris, reddito baculo paſtorali miniſtro, qui de eo ſervit, & depoſita ei per Diaconum mitra, facit profundam reverentiam cruci ſuper altari poſitæ ſimul cum ſuis miniſtris. Interim recedunt alii Miniſtri qui eum illuc usque ſecuti fuerant, excepto eo, qui de baculo, & altero, qui de thuribulo ſerviunt, duobusque Diaconis aſſiſtentibus, qui remanent. Epiſcopus verò habens

Digitized by Google

habens à dexteris Presbyterum assistentem, & à sinistris Diaconum, & apud eum modicum retrò Subdiaconum qui tunc relinquit librum Evangeliorum in manibus Cærimoniarii facit cum eis confessionem, junctis manibus stans aliquantulum inclinatus. Interim cessat sonitus organorum, & chorus incipit introitum. Dum facit confessionem Episcopus, præfert verba erga dictos ejus ministros stantes apud eum capite inclinato in plurali dicens: (*Vobis fratres, &c.*) & (*Misereatur Vestri, &c.*) Illi verò erga Episcopum in singulari, id est, (*Tibi Pater*) & (*Te Pater*) & (*Misereatur tui.*) Quæ dum dicunt, caput versus Episcopum profundius inclinant. Cum Episcopus dixerit (*Indulgentiam & remissionem, &c.*) Subdiaconus capit manipulum, qui fuerat inclusus in libro Evangeliorum, & illum applicat sinistro Episcopi brachio cum osculis manus, & manipuli, & strictè religat. Canonici parati stantes in suis locis faciunt simul confessionem bini, similiter alii si qui erunt parati, aliàs genuflexi, prout etiam laici omnes tunc genuflectunt. Finita confessione, Episcopus inclinatus dicit summissa voce orationem (*Aufer à nobis &c.*) & deinde ascendens apud altare aliam, videlicet: (*Oramus te Domine, &c.*) adhuc junctas manus retinens, & alias, prout habetur in rubricis Missalis sub titulo de introitu &c. & cum dicit: (*Quorum reliquiæ hic sunt &c.*) positis hinc inde super altari manibus extensis, osculatur illud in medio, nullam tamen ibi designans crucem; & statim ambabus manibus tangens librum Evangeliorum sibi à Subdiacono à sinistris stante oblatum, in folio Evangelii currentis, illum osculatur, adjuvante Presbytero assistente. Tùnc accedit ad altare thuriferarius cum thuribulo, & navicula, quam porrigit Diacono, & ille Episcopo, qui imponit, & benedicit thus more solito; & accepto thuribulo de manu Diaconi thurificat altare, prout suo loco explicatur. Reddit deinde thuribulum Diacono, & accepta mitra pretiosa ab Archidiacono, seu alio digniori Diacono in officio assistentis ferviente, stans in Cornu Epistolæ manibus junctis incensatur à Diacono triplici ductu thuribuli; dum facta cruci reverentia in medio altaris, acceptoque baculo in manu sinistra, medius inter Archidiaconum, & alium

Diaco-

Digitized by Google

Diaconum assistentes (nam Diaconus, & Subdiaconus remanent apud altare) vadit ad sedem suam, ubi stans, depositâ mitrâ, & facto sibi signo crucis à fronte ad pectus, legit Introitum ex libro, quem sustinet Cappellanus de eo serviens supra caput, altero candelam accensam tenente. Assistentes verò hinc inde ostendunt digito, quæ sunt legenda, & vertunt folia. Deinde dicit cum suis ministris [*Kyrie eleison*] novies repetendo. Diaconus & Subdiaconus idem dicant inter se apud altare. Quo dicto, sedet, acceptâ mitrâ auri phrygiata simplici si placet, & gremiale, & pariter omnes sedent. Presbyter assistens sedet in scabello, non ad dexteram Episcopi: Archidiaconus & Diaconus sedent hinc, inde à latetibus Episcopi in scabellis nudis: Diaconus verò, & Subdiaconus in Missa administrantes apud altare super aliquo scamno apud cornu Epistolæ sedent. Cum cantatur à choro ultimum [*Kyrie eleison*] surgunt omnes Ministri circumstantes Episcopum: auferetur Episcopo per diaconum à dexteris assistentem gremiale, & per alterum à sinistris mitra, biretum verò ab eodem assistente à dexteris, complanatis cum eo capillis, quod penes se retinet; sed mitra, & gremiale ministris ea servantibus traduntur: & finito à choro cantu [*Kyrie eleison*] surgit Episcopus adjuvantibus eum ministris assistentibus versa facie ad altare, illi capite inclinato reverentiam faciens, & allato ante eum libro, & candela, si ea uti velit, cantat ex eo alta voce [*Gloria in excelsis Deo*] disjunctis, elevatisque manibus ad altitudinem humerorum; ita ut vola unius manus respiciat alteram: quod semper in hujusmodi manuum elevatione observatur: & cum dicit [*Deo*] jungit manus, & caput inclinat: librum verò sustinet supra caput Presbyter assistens paratus pluviali, quem regulariter sustinere eo modo debet, quoties Episcopus aliquid alta voce cantat: quo casu ministret, qui aliàs servit de libro, adjuvat ad sustinendum illum, secus, quando Episcopus summissa voce legit; Diaconi verò assistentes hinc, inde indicant digito, quæ sunt legenda, & vertunt folia. Postquam Episcopus incepit cantando præfatum Hymnum, prosequitur illum summissa voce cum suis ministris. Diaconus, & Subdiaconus, ac Prælati, & Canonici in suis locis idem bini simul faciunt;

Digitized by Google

ciunt; & in fine Episcopus sedet; accepta mitra simplici, & gremiali; & similiter sedent omnes usquequo per chorum perficiatur Hymnus cum organo; quo finito, & organo cessante, surgit Episcopus, deposita mitra, & gremiali, surgentibus omnibus, ut prius; & stans versus populum elevatis, & statim junctis manibus cantat [*Pax vobis*] deinde conversus ad altare extensis & statim junctis manibus [*Oremus.*) & iterum extensis manibus, orationem & cum dicit conclusionem ultimæ orationis, id est [*per dominum Nostrum*] denuo jungit manus, prout plenius circa hujusmodi junctionem, & disjunctionem manuum in rubricis Missalis declaratur. Sedet deinde Episcopus, sedentibus omnibus. Subdiaconus autem accipiens librum, factisque debitis reverentiis altari, & Episcopo, comitante ad ejus sinistram Cæremoniario, & sibi ipsi tenens librum, & extra Presbyterium à latere sinistro altaris, vel, ubi ita consuetum sit, in ambone cantat Epistolam alta voce. Qua finita, & factis debitis reverentiis, portat eodem modo, quo supra, ante Episcopum librum clausum, quem inclinatus porrigit illi super ejus genibus, & manum dexteram illius super libro positam reverenter osculatur, & habito signo crucis ab Episcopo, redit ad altare, & ibi expectat, donec fuerit tempus eundi ad Evangelium. Interim accedunt duo ministri servientes de libro, & candela ante Episcopum, qui sedens ex libro Missali legit Tractum, vel Graduale, vel Alleluja, vel Sequentia, & alta usque ad finem Evangelii, quod antequam incipiat, dicit [*Munda cor meum*] & [*Jube domine, &c.*] & [*Dominus sit in corde meo, &c.*] & [*Dominus vobiscum*] cui diaconi assistentes respondent [*Et cum spiritu tuo.*] & legens titulum Evangelii, signat pollice dextero textum Evangelii, deinde seipsum in fronte, ore, & pectore, mox junctis manibus prosequitur Evangelium. Quo finito, assistentes respondent ei [*Laus tibi Christe.*] Sed si Episcopus non sit in sua Ecclesia, Subdiaconus, osculata manu Episcopi, tenet ante eum librum Missale apertum, ex quo Episcopus legit, ut supra, & interim omnes sedent. Cum cantatur ultimus versus Gradualis, sive Tractatus, seu Alleluja, vel sequentia Diaconus, sumpto libro Evangeliorum, factaque reverentia Episcopo, illum clausum con-

Digitized by Google

congruenti mora affert ad altare, prius genu flectens in primo illius gradu, tam ascendit & collocat illum in medio altaris; deinde, facta altari reverentia, vadit ad Episcopum, cujus manum reverenter deosculatur; tum reversus ad altare in ejus inferiori gradu genuflexus dicit secrete [*Munda cor meum, &c.*] & deinde capit librum, & illum portat ante pectus, & apud altare in cornu Epistolæ expectat. Interim accedit Acolythus ad Episcopum cum thuribulo, & navicula, & ministrante illam Presbytero assistente, Episcopus imponit, & benedicit incensum. Tum Acolithus recepta navicula de manu presbyteri assistentis, redit ad altare, & ibidem cum duobus aliis Acolythis ceroferariis, Diacono, & Subdiacono expectat, donec tempus sit eundi ad cantandum Evangelium. Circa finem ultimi versus Gradualis, sive Tractus, vel Sequentia, thuriferarius, ceroferarii, Subdiaconus, & Diaconus, portans librum Evangeliorum clausum ante pectus, facta prius altari reverentia, veniunt ante Episcopum, ubi Diaconus inclinatus petit benedictionem dicens intelligibili voce [*Jube Domine, &c.*] Cui Episcopus respondet, [*Dominus sit in corde tuo, &c.*] & facit super eum signum crucis. Tum Diaconus facit Episcopo profundam reverentiam; ministri verò, qui cum eo sunt, permanent genuflexi, donec Episcopus benedixerit; & statim procedunt ad Evangelium cantandum, hoc ordine. Præcedit Cærimoniarius, mox thuriferarius cum thuribulo, & navicula, sequuntur duo Ceroferarii cum candelabris, ac cereis accensis, deinde Subdiaconus manibus junctis, ultimo Diaconus librum Evangeliorum clausum ante pectus portans. Et transeuntes ante altare, faciunt illi reverentiam cum genuflexione. Cum pervenerint ad locum, ubi solet Evangelium decantari, Subdiaconus medius inter dictos ceroferarios tenet librum Evangeliorum apertum ante pectus, vertens renes non quidem altari, sed versus ipsam partem dexteram, quæ pro Aquilone figuratur. Si vero in Ecclesia fuerint legilia, vel ambones, in illis poterit cantari Evangelium; videlicet, si cantabitur in legili, seu pulpito, Subdiaconus stabit post illum, qui panno aureo, vel serico coloris cæterorum paramentorum coopertur, & ornatus esse debet, amplectens ipsum legile, & manibus hinc inde

Digitized by Google

librum tangens. Quod si cantabitur in àmbone lapideo, ad quod per gradus ascenditur, prout adhuc in pluribus Ecclesiis, juxta antiquam consuetudinem, hujusmodi ambones reperiuntur; tunc Subdiaconus assistet, & ministrabit Diacono opportuna stans â latere ejus dextero; videlicet, porrigens thuribulum, & vertens folia libri Evangeliorum, cum opus erit Diaconus, cum tempus est, junctis manibus àntè pectus incipit Evangelium, & cum dicit [*Dominus vobiscum*] Episcopus, depositis gremiali, & mitra, surgit cum Diaconus dicit [*Initium*] vel [*sequentia Sancti Evangelii &c.*] signat librum, ubi est textus Evangelii, deinde se ipsum in fronte, ore, & pectore: Episcopus autem, accepto baculo pastorali, eodem modo signat se in fronte, ore, & pectore; idem faciunt & omnes alii: tum ipse Episcopus retinet baculum inter ambas ejus manus junctas, stans versus Diaconum cantantem: & cum respondetur â choro [*Gloria tibi Domine*] Cæremoniarius, accepto thuribulo ac manu thuriferarii ibi prope adstantis, illud offert Diacono, qui thurificat librum, primo in medio, deinde â parte dextera libri, mox â sinistra triplici ductu, & reddit thuribulum Cæremoniario: tum manibus junctis prosequitur Evangelium, & cum profert nomen Jesu, vel Mariæ, inclinat se, sed profundius, cum dicit, JESUS; quod & omnes faciunt. Subdiaconus autem, & ceroferarii perstant, velut immobiles. Finito Evangelio, Subdiaconus, nulla facta reverentia, portat librum apertum in folio, ubi est principium Evangelii cantati, & illum offert osculandum Episcopo, nulla facta ei reverentia, nisi postea libro clauso. Diaconus, & alii cum debitis reverentiis eodem ordine revertuntur. & Presbyteri assistentes, accepto thuribulo de manu Cæremoniarii, vel thuriferarii, stans thurificat Episcopum stantem. Si erit habendus Sermo (quem, Episcopo celebrante, ab eo fieri consuevit, vel ab aliquo Canonico Presbytero) si quidem Episcopus erit concionaturus, id faciet in propria sua sede, quando est versa ad populum, vel quando altare adhæret parieti, apud ipsum altare, sedens ibi super faldistorio, aut sede ad id parata, versis altari renibus: Sedebunt ad ejus dexteram Presbyter assistens, & modicum post eum Diaconus Evangelii, &

Archi-

Digitized by Google

Archidiaconus; â siniſtris verò ſedebunt Subdiaconus, & alter Diaconus aſſiſtens. Expletoque ſermone, Diaconus, qui cantavit Evangelium, ſtans ad siniſtram Epiſcopi aliquantulum inclinatus, faciet confeſſionem ante Epiſcopum; ut in capitulo de Officio Diaconi explicatur: qua finita, Presbyter aſſiſtens pronuntiat indulgentias, & Epiſcopus ſtans ſine mitra in eodem loco legit abſolutionem; videlicet [*precibus & meritis, &c.*] & dat benedictionem: &, ſi eſt Archiepiſcopus, vel aliàs utens cruce, portatur ante eùm crux per Cappellanum, qui eam tenet genuflexus, ſpatio congruenti, imagine Crucifixi ad Archiepiſcopum verſa, cui ille caput inclinat: & ſtatim, ſi Epiſcopus ante altare ſermonem habuit, revertitur ad ſedem ſuam, ubi dicit [*Credo*] vel [*Dominus vobiſcum*] prout convenit. Si verò ſermo habendus ſit per Canonicum (qui eo caſu debet eſſe in habitu ordinis, ſeu dignitatis ſuæ) ſuo tempore ibit ad oſculum manus Epiſcopi, & ab eo profunde inclinatus petet benedictionem, & Indulgentias in forma, prout ſuo loco explicatur, & ſic paratus habitu ſuæ dignitati convenienti aſcendit pulpitum, ſive ambonem, & faciet ſermonem: ac deinde, finita per Diaconum confeſſione, in eodem loco publicabit Indulgentias in forma, prout ſuo loco dicitur. Epiſcopus verò legit abſolutionem, & dat benedictionem, ut ſupra. Quod ſi ſermo habendus non ſit, ipſe Epiſcopus ſtatim incenſatus poſt Evangelium, converſus ad altare incipit cantando ex libro per Presbyterum aſſiſtentem, aliis coadjuvantibus, ut ſupra ſuſtentato [*Credo in unum Deum.*] Quod cum ſuis miniſtris ſummiſſa voce proſequitur; pariter & Diaconus, & Subdiaconus apud altare, & Canonici illud inter ſe dicunt, & ad Verſiculum [*& in carnatus eſt, &c.*] Epiſcopus genuflectit, & pariter omnes de Choro genuflectunt. Quo finito, ſedet Epiſcopus cum mitra, & omnes ſedent: & cum prædictus Verſiculus cantatur â choro, pariter Canonici ſedentes capite detecto, & Epiſcopus cum mitra profunde inclinant caput verſus altare; aliigenuflectunt, donec perficiatur dictus Verſiculus. In nocte verò & die Nativitatis Domini noſtri JEſu Chriſti, ac in die Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis Epiſcopus cum mitra apud ſedem ſuam, & Ca-

Digitized by Google

nonici, ac omnes alii in suis locis genuflectunt, quando cantatur dictus Versiculus â choro, & eo finito, omnes sedent. Diaconus tunc accedit ad abacum, & capit bursam corporalibus, quam ambabus manibus elevatis usque ad oculos, cum decenti mora, & gressu, ac cum debitis reverentiis portat ad altare, ubi extrahit corporalia, eaque explicata ponit super altari in medio, bursam verò seorsum in eodem altari collocat; ita ut non præbeat impedimentum, & statim redit ad locum suum, & sedet. Circa finem Symboli surgunt omnes ministri, eo verò prorsus â choro cantato, surgit Episcopus, depositis gremiali, & mitra; & stans in sua sede cantat versus populum [*Dominus vobiscum*] & [*Oremus.*] manibus prius parum per extensis, & mox statim junctis, ut supra de oratione dictum est. Quod si sederet in faldistorio, & quia Legatus vel Cardinalis adesset, ob cujus præsentiam abstineret à sua sede Episcopali, tunc servabit regulam vertendo se ad populum vel ad altare, prout suo loco explicatur. Legit mox offertorium summissa, sed intelligibili voce ex libro, quem tenet Cappellanus ac ei serviens. Quo lecto, assistens portat librum cum pulvino ad altare cum debitis reverentiis, comitante Cæremoniario, illumque reponit super dicto altari in cornu Evangelii apertum in folio, ubi sunt ea, quæ celebrans est lecturus, suppositio pulvino; ibique extra dictum cornu expectat celebrantem; qui statim lecto offertorio sedet, & accipit mitram pretiosam, denique annulum, & chirothecas, quæ omnia extrahuntur ab assistentibus Diaconis, & accedente scutifero, vel alio nobili, lavat manus, & tergit juxta formam, & regulam, quæ suo loco exponitur. Interim Organum tangitur, si erit, prout etiam suo loco dicitur. Episcopus statim lotis manibus, reassumit annulum, & surgit accipiens manu sinistra baculum pastoralem, & medius inter duos Diaconos assistentes, ac subsequente ministro de mitra serviente, procedit ante infimum gradum altaris in medio, ubi depositis baculo, & mitra, factaque profunda reverentia cruci, ascendit ad altare, auxiliantibus ipsi ascendenti gradus Presbytero assistente à sinistris, Diacono vero Evangelii â dexteris; & cum fuerit ante altare, illud in medio osculatur, positis hinc inde manibus,

Digitized by Google

bus. Subdiaconus, postquam Episcopus lavit, & tersit manus accedit ad abacum, ubi velum illud sericeum, quo calix, patena & alia super ipsa mensa cooperiebantur, circumcirca humeros accipit adjuvantibus Acolythis, ita ut longius pendeat â parte dextera; deinde caput manu dextera calicem cum patena, super qua duæ hostiæ mundæ palla coopertæ, ac dictam partem longiorem veli super ea extendit, sinistramque supra ipsum velum, & calicem leviter apponit, ne aliquid decidat, & sic ad altare procedit, quem sequitur Acolythus urceolos vini, & aquæ portans, sumptos ex eodem abaco, & prægustatos â credentiariis, ita ut eodem tempore cum Episcopo ad altare perveniant, ubi Subdiaconus calicem cum patena ponit in cornu Epistolæ, remoto velo. Diaconus verò capit de manu Subdiaconi patenam cum hostiis, ex quibus unam accipiens, & cum ea tangens alteram, ac patenam, & calicem intus, & extra, eandem Sacristæ ibi præsenti prægustandam præbet: mox patenam cum altera hostia ad manus Episcopi cum osculo porrigit, qui illam ambabus manibus ante pectus elevatam tenens, & oculos sursum dirigens dicit [*Suscipe Sancte Pater, &c.*] & in fine faciens cum ea signum crucis collocat hostiam super corporali versus se; patenam verò ponit ad dexteram sub corporali. Interim Diaconus parum vini, & aquæ ex ambullis, quas ibidem Acolythus tenet, in aliquem cyathum infundit, ex quo Sacrista illud bibit, mox calicem tergit purificatorio, & accepto de manu Subdiaconi urceolo vini, quem illi Acolythus ministrat, imponit vinum in calicem, quantum sufficiat, Episcopo inspiciente: Subdiaconus verò urceolum aquæ parumper versus Episcopum elevans dicit [*Benedicite Pater Reverendissime, &c.*] Episcopus autem facto versus eum signo crucis, dum infundit pauculum aquæ in calicem, dicit orationem [*Deus qui humanæ substantiæ, &c.*] Diaconus deinde porrigat ad manus Episcopi celebrantis calicem, cum osculo calicis, & manus; quem ille ambabus capit, dextera scilicet nodum, sinistra pedem illius tenens, illumque offert dicens simul cum Diacono Orationem [*Offerimus tibi Domine calicem, &c. tangente, & ipso calicem.*] Qua dicta, eundem calicem, facto cum eo signo crucis,

ponit

Digitized by Google

ponit super corporali in medio retro hostiam, ita ut hostia sit inter ipsum celebrantem, & calicem, quem Diaconus palla cooperit. Tum idem Diaconus capiens patenam ponit illam in manu dextera Subdiaconi ac extremitate veli ab ea parte pendentis contegit, quam Subdiaconus stans post Episcopum, & Diaconum spatio congruenti elevatam sustinet usque ad [*Pater noster*] prosequitur interim Episcopus cum cærimoniis, pro ut in Missali ordinario, orationes, videlicet [*In spiritu humilitatis, &c.*] & [*Veni sanctificator*] & cum dixerit [*Benedic hoc Sacrificium tuo sancto nomini præparatum*] ministrante Diacono naviculam, & dicente [*Benedicite Pater, &c.*] Acolytho vero thuribulum sustinente, dicit [*per intercessionem, &c.*] & alia, prout in ordinario; & accipiens thuribulum de manu Diaconi thurificat oblata, & altare juxta formam suo particulari capitulo traditam, dicens interim Versiculos [*Dirigatur oratio mea, &c.*] Quo thurificato, reddit thuribulum Diacono in cornu Epistolæ, dicens [*Accendat in nobis Dominus, &c.*] & accepta mitra pretiosa ab assistentibus, vel ipsis deficientibus, de manu cæremoniarii, vel alterius, thurificatur in eodem loco stans à Diacono triplici ductu, & statim lavat manus more solito, dicens psalm: [*Lavabo, &c.*] ministrantibus mappulam pro illis tergendis assistentibus, vel illis deficientibus, cæremoniario cum aliquo Acolytho, cum Diaconus, & assistens tunc reperiantur impediti: Diaconus vero interim thurificat prælatos, dignitates, Canonicos, Magistratus, & alios de choro ordine, prout late suo loco explicatur. Postquam Episcopus laverit, & absterserit manus, auferatur ei mitra à præfatis assistentibus, vel illis absentibus, à Cæremoniario, vel altero, qui eam illi proxime imposuit, quam Minister de ea servions reportat ad abacum. Episcopus vero rediens ad medium altaris, inclinatus, & junctis manibus dicit orationem [*Suscipe Sancta Trinitas, &c.*] Qua dicta osculatur altare, deinde erectus, convertit se junctis manibus ad populum per latus suum sinistrum dicens voce intelligibili, ac manibus parumper extensis [*Orate fratres, &c.*] & statim eas jungens perficit circulum, prosequendo [*Ut meum, ac vestrum, &c.*] Tunc extensis manibus,

bus, ſtans dicit orationes ſecretas ſummiſſa voce; & cum pervenerit ad concluſionem, id eſt, ad [*per omnia ſæcula*] poſitis hinc inde ſuper altari manibus, clara voce cantando profert, deinde [*Dominus vobiſcum.*] cum præfatione competenti, & dicens [*Surſum corda*] manus aliquantulum elevat; ac dicens [*Gratias agamus, &c.*] manus elevatas jungit in Verbo [*Deo noſtro*] oculos elevans, & ſtatim caput aliquantulum inclinans; mox diſjungit manus, easque expanſas tenet usque ad finem præfationis; & iterum cum dicit [*Sanctus, Sanctus, &c.*] illas jungit capite aliquantulum inclinato, proſequens cætera cum miniſtris, ſummiſſa voce videlicet, aſſiſtente Presbytero, & Diacono, qui tunc ad eum accedit. Et cum dicit (Benedictus, &c.) erigens ſe facit ſibi ſignum crucis à fronte ad pectus, ſiniſtram ſuper altari tenens extra corporalia: tum manibus junctis, & ſuper altari poſitis, devote inclinatus extollit ad crucem oculos, & eos ſtatim dimittit, & incipit ac proſequitur ſecrete totum Canonem, quem adjuvat Diaconus elevando dalmaticam ad brachium, & diſcooperiendo ac cooperiendo calicem dum ſignat, & alios actus facit, prout in ordinario, attente, & devote usque ad elevationem, advertens ad illa verba [*Una cum famulo tuo, &c.*] & (Antiſte noſtro, &c.) ut ea proferat ſecundum regulas in rubricis Miſſalis poſitas; videlicet [*Me indigno ſervo tuo, &c.*] Interim quatuor, ſex, aut ad ſummum octo miniſtri cottis induti afferant totidem funalia cereæ albæ accenſa, & factis debitis reverentiis collocant ſe genuflexi hinc inde à lateribus Subdiaconi tenentis patenam, vel ſi magis commodum, ad latera altaris. Tunc vero omnes tam in choro, quam extra genuflectunt, præter aſſiſtentem, & Diaconum, ac Subdiaconum, qui non niſi cum celebrante genuflectunt: & dum elevatur Sanctiſſimum Sacramentum, cum celebrans profert verba Canonis [*Quam oblationem, &c.*] Diaconus accedit ad ejus dexteram advertens ad diſcooperiendum, & cooperiendum calicem, cum Epiſcopus ſuper eo ſignat; & cum Sanctiſſimum Sacramentum elevatur, genuflexus ſublevat extremitatem planetæ Epiſcopi celebrantis, prout de his plenius in capitulo de officio Diaconi dictum fuit. Interim Cæremonia-

Digitized by Google

niarius, seu aliquis Acolythus, impositô â seipso, vel ab alio thure absque benedictione in thuribulum, thurificat Sacramentum Corporis & Sanguinis Domini, dum elevatur, ter pro unoquoque ducens thuribulum. Chorus prosequitur cantum usque ad [*Benedictus*] exclusive, quo finito, & non prius, elevatur Sacramentum. Tunc silet chorus, & adorat cum aliis. Organum vero si habetur, cum omni tunc melodia, & gravitate pulsandum est. Elevato Sacramento, chorus prosequitur cantum [*Benedictus, qui venit, &c.*] ministri funalia habentes surgunt, & factis debitis reverentiis discedunt, ac funalia extra Presbyterium extinguunt, (nisi facienda sit communio, quia tunc remanent cum funalibus accensis usque ad finitam communionem) & pariter tunc omnes surgunt. Celebrans continuat Canonem Missæ cum signis, & cæremoniis, prout in ordinario: Diaconus verò advertit ad detegendum calicem, cum opus est, aliaque faciendum, quæ latius in capitulo de officio Diaconi in Missa explicantur. Cum celebrans pervenerit ad Versiculum [*per omnia sæcula, &c.*] manibus super altare positis, dicit intelligibili voce [*per omnia sæcula sæculorum.*] cum dicit [*Oremus*] Jungit manus caput Sacramento inclinans [*Pater noster*] elevat illas ante pectus, easque sic elevatas, extensasque tenet usque ad finem dictæ orationis Dominicæ: cum dicitur [*Et dimitte nobis, &c.*] Subdiaconus facta altari reverentia cum genuflexione, accedit cum patena cooperta ad cornu Epistolæ altaris, ubi Diaconus, remoto velo ex patena, illam capit de manu Subdiaconi, quam cum manus osculo porrigit Episcopo celebranti, statim finita oratione dominica, qui illam inter digitum medium, & alios dexteræ manus capiens absque eo, ut indicem â pollice disjungat, incepta oratione [*Libera nos, quæsumus Domine, &c.*] antequam dicat verba [*Da propitius pacem, &c.*] signat se cum ea â fronte ad pectus, & reliqua dicit, & facit, quæ in ordinario Missæ ponuntur. Subdiaconus statim reddita patena Diacono, deponit velum ad manus Cæremoniarii, vel alicujus Acolythi, qui illud ad abacum reportat, ipse verò ad locum suum retro celebrantem redit: cum celebrans dixerit [*Hæc commixtio, &c.*] dicit [*Agnus Dei, &c.*] simul cum

assi-

Digitized by Google

assistente, & Diacono: quibus dictis Presbyter assistens, accedit ad dexterum latus celebrantis, Diaconus vero ad sinistram ubi supplet ad librum loco assistentis; ipse vero assistens, dicta per celebrantem oratione [*Domine JEsu Christe, qui dixisti &c.*] genuflectit, & statim surgit, osculatur altare simul cum celebrante, à quo dicente ei [*Pax tecum.*] accipit panem, cui ipse respondet (& cum spiritu tuo) dumque pacem accipit, appropinquat sinistram genam suam sinistræ celebrantis, ita ut invicem leviter tangant; & iterum ante Sacramentum genuflectens, ac statim surgens recedit, & comitante cæremoniario, pacem in choro distribuit, prout in Capitulo, de ordine dandi pacem plene demonstratur. Quo facto, revertitur ad locum, & officium suum. Interim Diaconus supplet librum loco Presbyteri assistentis à sinistris, & Subdiaconus à dexteris servit discooperiendo calicem, & alia faciendo, quæ erunt opportuna, donec Episcopus communicet. Celebrans prosequitur Missam prout in ordinario; & cum sacram communionem Corporis, & Sanguinis Domini sumpserit, ac se purificaverit, digitosque abluerit, accedit Acolythus de mitra serviens, illamque porrigit Diacono, & Diaconus eam imponit celebranti; qui stans in cornu Epistolæ lavat manus, afferente lances scutifero, seu nobili ordine superius dicto. Interim Presbyter assistens transfert librum ex latere Evangelii ad latus Epistolæ, nisi jam translatus erit à Diacono. Subdiaconus verò complicat corporale, tergit, & mundat calicem, & omnia, quæ prius attulerat, colligit, & componit, bursam super calicem reponendo, eamque ad abacum reportat, per gradus anteriores altaris, facta illi reverentia. Episcopus verò tersis manibus, deponit mitram, legitque communionem ex libro, quæ etiam cantatur à choro immediate post [*Agnus Dei*] dum Episcopus capit communionem; & ea cantata, Episcopus accedit ad medium altaris, quod osculatur more solito, & vertens se ad populum per latus suum dexterum cantat [*Dominus vobiscum*] & reversus ad librum per eandem partem [*Oremus.*] versa facie ad crucem altaris; deinde orationem, seu orationes competentes; quibus cum sua conclusione finitis, redit iterum ante medium altaris, quod, ut prius, osculatur, & rursus ad

Digitized by Google

populum versus [*Dominus vobiscum*] & responso per chorum [*Et cum Spiritu tuo.*] Diaconus faciem ad populum, renes autem celebranti, vel aliàs juxta dispositionem altaris, & regulariter stat versus prout celebrans, & cantat (*Ite Missa est*] in tono festivo; quo dicto, ipse, & celebrans simul vertunt se per latus Epistolæ ad altare, & celebrans dicit [*placeat tibi, sancta Trinitas, &c.*] Quo dicto, si adsit Cardinalis non Legatus, seu Archiepiscopus suus, aut alius ejus superior, retrocedit paulum ad latus Epistolæ, quasi benedictionem superiori dandam remittens: ipse tamen superior omninò illam ipsi Episcopo relinquat. Sed præsente Legato de latere, convenit, ut ipse Legatus benedicat, etiamsi Episcopus sit Cardinalis. Cum verò Episcopus benedictionem daturus est, sumpta mitra, in medio altaris benedicit more solito, prout in Vesperis dictum fuit. Et si indulgentia non fuit publicata post sermonem, publicabitur ibi tunc per Presbyterum assistentem versus populum, qua publicata, Episcopus, deposita mitra, dicit [*Dominus vobiscum.*] summissa voce & facto signo crucis super altari dicit [*Initium sancti Evangelii secundum Joannem*] quod prosequitur, procedendo ad locum, ubi à principio accepit paramenta associatus à Canonicis; ibique per eosdem ministros exuitur sacris paramentis. Canonici verò deponunt sua paramenta in locis suis. Si celebrans sit Archiepiscopus, dat benedictionem sine mitra versus ad suam crucem, & deponit pallium super altari. Quod si in hujusmodi Missa esset facienda communio generalis: vel particularis aliquorum, observabuntur ea, quæ in capitulo de Missa solemni in die Paschæ dicuntur.

CA-

Digitized by Google

CAPUT IX.

De Missa solemni, quæ coram Episcopo celebratur.

QUemadmodum superius de Vesperis solemnibus coram Episcopo celebrandis, diximus, Episcopum pluviali, ac aliis paramentis ibidem expressis indutum convenienter interesse, & officium facere; sic etiam, cum ipsemet non erit celebraturus, sed Missæ per alium celebrandæ interierit, eisdem sacris indumentis vestitus esse poterit, eodemque modo, ordine, & loco ea sumere, prout ibidem demonstratum fuit. Quo casu debent ei assistere duo antiquiores Diaconi, sive ex dignitatibus, sive his deficientibus, ex Canonicis, & his deficientibus juniores Presbyteri in eorum habitu Canonicali, sed sine sacris paramentis. Ordo autem, quo ad accessum ad Ecclesiam, deductionem, & obviationem Canonicorum, ac reditum in fine idem erit prout supra in Capitulo, de habitu Ecclesiastico, declaratur. In solemnioribus festivitatibus Episcopus erit semper cum pluviali, ut supradictum est. Poterit tamen, si magis placebit, hujusmodi Missæ in festis minus solemnibus cum sua cappa pontificali interesse. Quæ autem ab ipso Episcopo agenda, exercendave erunt, in hujusmodi Missa diverso modo statuuntur. Nam aut Missa celebrabitur per aliquem alium Episcopum, seu Suffraganeum, & tunc Episcopus proprius interesse debet cum cappa, & omnia deferre Episcopo celebranti, præter absolutionem & benedictionem post sermonem, ac indulgentiarum concessionem, quæ omnino ab ipso proprio Episcopo peragenda sunt, Cætera in Missa occurrentia, ut benedictionem incensi, & aquæ benedictionem Diaconi ante Evangelium, deosculationem manus, quæ fit ab eodem Diacono, & Subdiacono, benedictionem in fine Missæ, & similia relinquit Episcopo celebranti, qui in benedictione solemni in fine Missæ vertens se versus Episcopum quasi veniam petet, & ipse nutu annuet. Circuli tamen Canonicorum fient ante ipsum Episcopum proprium, quamvis cappa indutum. Sed si Episcopus proprius

Digitized by Google

forte vellet esse paratus in hujusmodi Missa ab alio Episcopo celebrata, quod non convenit, nisi celebrans sit suffraganeus, vel alias ...bditus Episcopo, deberet omnia prædicta ipse facere. Si vero Epi...opus intererit Missæ celebratæ, per aliquem inferiorem Episcopo, ...e cum pluviali & mitra, sive cum cappa, omnes præeminentiæ, honores, & actus præfati conveniunt ipsi soli Episcopo, excepto quoad thurificationem; quia quando non est paratus, ut supra, non debet thurificari, nisi post thurificationem ablatorum tantum. An autem, quomodo, & à quibus Episcopo non celebranti fiat assistentia tam Presbyteralis, quam Diaconalis, suis locis explicatum fuit, quod superfluum est hic repetere.

CAPUT X.

De Vesperis, & matutinis pro defunctis.

QUia in officiis defunctorum diversæ ab aliis Cærimoniæ in multis observantur, ideo de eis est subjungendum: Et primo de Vesperis, & Matutinis, quæ celebrantur quotannis pro commemoratione, & suffragiis omnium fidelium Defunctorum immediate post secundas Vesperas festivitatis omnium Sanctorum, quæ simul, & junctim in multis Ecclesiis recitari solent; hoc est, statim post Vesperas omnium Sanctorum Vesperæ, & Matutinæ Defunctorum; ad hoc, ut populi commodius, & frequentius illis interesse possint. Et tunc, si Episcopus ipsemet erit in crastinum celebraturus Missam solemnem pro defunctis, debebit etiam & in his Vesperis, & Matutinis officium facere: & quidem hoc pacto. Postquam enim in secundis Vesperis omnium Sanctorum observaverit ea omnia, quæ supra expressa sunt in capitulis de Vesperis solemnibus: & ipsis secundis Vesperis expletis, si eis Episcopus interfuit cum pluviali, & mitra, ea deponit, & assumit cappam pontificalem laneam, & parumper sedebit in sua sede, nullis tamen tunc ei Canonicis à lateribus assistentibus; sed tantummodo aliquibus Cappellanis, seu ministris cum cottis, præsertim qui de libro serviunt, & cum eis Cæremo-

Digitized by Google

remoniario indicante quid, & quomodo agendum ſit: & cum opus eſt, cappæ fimbrias aptant, atque interim mutari poterit pallium altaris, & candelæ; videlicet, remotis albis, apponi ex cera communi. Poſt pauculum moræ ſurget Epiſcopus, & detecto capite, verſus altare dicit ſecreto [*Pater noſter*] usque in finem, & chorus incipit Antiphonam [*Placebo Domino, &c.*] illam integre recitando; qua finita, & incepto pſalmo [*Dilexi &c.*] Epiſcopus caput cooperit, & ſedet; & ſic ſedens manet, quouſque inchoetur à choro [*Magnificat, &c.*] Tunc ſurgit, & ſtat detecto capite usque in finem: cum repetitur per chorum Antiphona poſt Magnificat, ſedet; & ea finita ſurgit, detecto capite, & competenti voce dicit [*Pater noſter*] quod ſecrete complet. Interim duo Acolythi ceroferarii accedunt ante Epiſcopum cum candelabris, & cereis accenſis, qui ſolent fieri ex cera communi, & inter eos erit medius Cappellanus de libro ſerviens. Epiſcopus alte pronunciat ea verba orationis Dominicæ, videlicet [*Et ne nos inducas*] cum aliis Verſiculis, reſpondente choro, quæ habentur in Breviario poſt Veſperas defunctorum, & orationem [*Fidelium Deus, &c.*] qua finita Verſiculum [*Requiem æternam, &c.*] choro reſpondente [*Et lux perpetua, &c.*] deinde chorus [*Requieſcant in pace.*] Quo dicto, ſedet Epiſcopus, cooperto capite, & poſt modicam moram ſurgit, capite detecto, dicit ſecreto [*Pater noſter*] quo dicto, adhuc ſtans capite aperto, chorus incipit Invitatorium [*Regem cui omnia vivunt*] pro Matutinis cum Pſalmo (Venite exultemus, &c.) Cum chorus incipit Pſalmum primi nocturni, Epiſcopus ſedet cooperto capite, & ſic manet, quousque dicatur per chorum Reſponſorium Verſiculi ante primam lectionem primi nocturni; tunc ſurgit, & detecto capite, dicit ſecrete, [*Pater noſter, &c.*] usque in finem, mox ſedet capite cooperto, quousque dictum fuerit Reſponſorium Verſiculi ante quartam lectionem ſecundi nocturni; tunc pariter ſurgit, detecto capite, dicens (Pater noſter) mox ſedens, prout in primo nocturno, idem facit poſt Reſponſorium Verſiculi tertii nocturni ante ſeptimam lectionem. Lectiones ipſæ cantantur per cantores, vel per Canonicos, juxta conſuetudinem loci, in tono conſueto lectionum

Digitized by Google

num, & responsoria lectionum per chorum. Deinde dicuntur Psalmi cum suis Antiphonis pro Laudibus; & cum inchoatur Canticum [*Benedictus*] Episcopus surgit, detecto capite usque in finem, & cum repetitur Antiphona, sedet cooperiens caput. Interim accedunt duo ceroferarii cum Cappellano librum tenente ante Episcopum, & omnia fiunt, prout supra proxime dictum fuit in fine Vesperarum hujusmodi. Quibus finitis, Episcopus discedit cum aliis ad suas mansiones, nec datur benedictio, nec Indulgentiæ. Cum verò Vesperæ & Matutinæ hujusmodi recitandæ erunt aliis temporibus, quam prædicta die anniversaria omnium defunctorum, tunc servandæ erunt rubricæ positæ in Breviario, in ipso officio defunctorum, nisi essent celebrandæ pro anniversario Episcopi prædecessoris, vel pro aliquo summo viro Principe, vel Prælato proximè defuncto, quo casu quædam specialia observantur, quæ suo loco explicantur. Hæc ut dixi, servantur, si ipse Episcopus sit in his Vesperis & matutinis officium facturus: sin minus, posset manere cum cappa in choro in suo loco, & Canonicus hebdomadarius paratus pluviali nigro supra Rochettum, vel cottam, aut saltem stola nigra faceret, aut diceret omnia prædicta. Neque hoc casu requiritur, ut aliqui Canonici, vel Beneficiati cum eo parentur, prout in aliis Vesperis solemnibus. Et idem in Collegiatis, vel Cathedralibus, absente Episcopo.

CAPUT XI.

De Missa pontificali pro defunctis, per Episcopum celebranda, & de sermone, & absolutionibus post Missam.

SI velit Episcopus celebrare die anniversaria omnium defunctorum, vel alias quandocunque pro defunctis, hæc præparentur, & fiant; videlicet, altare nullo ornatu festivo, sed simpliciter, & nullis imaginibus; sed sola cruce; & sex candelabris paretur, & duo super credentia cum candelis ex cera communi; super ea nulla ornamenta ponatur, sed tantum, quæ sunt necessaria; videlicet, bacile

Digitized by Google

cilo, & puccale ſimplex, Miſſale, vas aquæ benedictæ cum aſperſorio, thuribulum, cum navicella; item pannus niger extendendus pro abſolutione facienda. Finita Miſſa, niſi adeſſet Lectus, ſeu lectica mortuorum, aut caſtrum doloris; gradus altaris, & totum Presbyterium ſit nudum, excepto quod unum tapete ſub faldiſtorio, & aliud ſuper primo gradu ſuppedaneo apud altare ponetur. Omnia paramenta tam altaris, quam celebrantis, & miniſtrorum, librorum, & faldiſtorii ſint nigra, & in his nullæ imagines mortuorum, vel cruces albæ ponantur. Canonici non parentur paramentis ſacris, prout in aliis Miſſis, celebrante Epiſcopo. Epiſcopus ipſe non utatur in hac Miſſa ſandaliis, & chyrothecis nec baculo paſtorali; non dicet Antiphonam [*Ne reminiſcaris*] nec leget Pſalmos [*Quam dilecta, &c.*] nec orationes, quæ in aliis Miſſis dicenda ſunt, antequam induatur; ſed dicet tantummodo orationes pro paramentis, incipiendo ab ea [*Exue me Domine, &c.*] & tunc deponit cappam, & lavabit manus, ac parabitur, dicendo ad aquam, & inducnenta conſuetas orationes, exceptis, quæ dicuntur pro ſandaliis, & chyrothecis. Diaconus, & Subdiaconus utentur tunicella, & dalmatica, & aſſiſtens pluviali, & aderunt Cappellani ſoliti cum Cottis, & ſcutiferi pro lotione manuum apud abacum, prout in aliis Miſſis. Cum Epiſcopus accedet ad altare, finita confeſſione, non oſculabitur librum, ſed altare tantum, & ſtatim redit ad ſedem ſuam; nec altare, nec ipſe thurificabit, ſed apud ſedem verſus altare leget introitum. Miniſtri aliquid dantes, vel miniſtrantes Epiſcopo in tota Miſſa nunquam ejus manum, aut rem oſculentur. Cum dicuntur orationes tam ante Epiſtolam, quam poſt communionem, omnes genuflectant, præter celebrantem, & miniſtros: videlicet Diaconum, & Subdiaconum, ac aſſiſtentes Epiſtola, & Evangelium non legantur in ambone, ſed in Presbyterio in loco convenienti. Subdiaconus cantata Epiſtola, non oſculetur manum Epiſcopi. Si diſtribuendæ ſunt candelæ tunc poſt Epiſtolam, dum cantatur proſa, id eſt ſequentia, diſtribuantur, quæ accendantur ad Evangelium ad elevationem Sacramenti, ac finita Miſſa, dum fit abſolutio. Lecta Epiſtola, Diaconus non petat benedictionem pro

Digitized by Google

Evangelio, nec deferantur luminaria, nec incensum. Diaconus dicet tantummodo [*Munda cor meum*] & procedet ad cantandum Evangelium cum ministris ordine infra scripto, videlicet, primo, ipse Diaconus, tum Subdiaconus, ultimo loco duo Cappellani. Finito Evangelio, Episcopus non osculabitur librum, sed statim dicet [*Dominus vobiscum*] & [*Oremus*] pro offertorio, deinde lavabit manus more solito, & ad altare accedet. Non benedicet aquam ponendam in calice pro ablatione; nec Subdiaconus sustinebit patenam; imponet tamen post offertorium Episcopus thus in thuribulum, more solito, cum benedictione [*per intercessionem, &c.*] & thurificabit oblata, & altare; & demum ipse solus thurificabit â Diacono. Dum dicitur [*Sanctus, Sanctus, &c.*] quatuor Cappellani cum quatuor funalibus ex eadem cera communi accensis, pro elevatione Sacramenti accedunt, & genuflectunt, more solito, & similiter omnes genuflectunt sic permanentes usque ad [*per omnia sæcula*] ante [*pax Domini*) Cappellani vero cum funalibus usque post Communionem. Subdiaconus ad elevationem imposito per aliquem Acolythum thure in thuribulum, thurificabit Sanctissimum Sacramentum genuflexus in cornu Epistolæ. Non datur pax, nec percutitur pectus ad (*Agnus Dei*) In fine Missæ non datur per celebrantem benedictio, nec publicantur Indulgentiæ, sed Diaconus dicat (*Requiescant in pace*) & Episcopus dicto in altari (*placeat, &c.*) redit in suam sedem, & interim dicet (*Initium Evangelii Sancti Ioannis, &c.*) & ibidem deposita planeta, ac etiam dalmatica, & tunicella; capiet pluviale nigrum, Diacono & Subdiacono paratis remanentibus, & Episcopum ad exuendum planeta, & induendum pluviali adjuvantibus. Si sermo habendus erit in laudem defuncti, pro quo Missa celebrata erit, tunc eâ finita ante absolutionem accedet sermonizaturus vestibus nigris indutus, & facta oratione ante medium altaris, nulla petita benedictione ab Episcopo; sed facta ei profunda reverentia, vel genuflexione pro qualitate personæ, ascendet pulpitum panno nigro coopertum, ubi facta iterum Episcopo reverentia, signans se signo crucis, faciet sermonem. Quo finito, vel si sermo non sit habendus, statim finita Missa, accepto pluviali per Episcopum, ut supra, ante

infimum gradum ſolii extendetur pannus niger, vel portabitur lectica mortuorum pro abſolutione facienda ante infimum gradum Presbyterii, niſi alias lectus mortuorum, vel caſtrum doloris adſit in medio Eccleſiæ. Quo caſu Epiſcopus pluviali paratus ibidem vel ſolus, vel cum aliis quatuor abſolventibus, ut infra dicetur, accedere deberet. Si vero Epiſcopus erit in faldiſtorio; tunc pannus niger ante infimum gradum altaris extendetur, vel ibidem portabitur lectica mortuorum pro abſolutione facienda. Interim dum extenditur pannus, vel portatur lectica, Epiſcopus ſeder, & cantores incipient Reſponſorium [*Libera me Domine, &c.*] & dum repetitur dictum reſponſorium, accedunt ad Epiſcopum duo Acolythi, unus cum thuribulo, & navicula, alius cum aſperſorio, & vaſa aquæ benedictæ. Tunc Epiſcopus, miniſtrante naviculam Diacono à dexteris ſine oſculis, imponet thus in thuribulum, & ſtatim, ſi eſt in faldiſtorio, accedit ad altare, ubi cum à choro dicitur (*Kyrie eleiſon*) deponet mitram, & ſtans verſus altare dicit intelligibili voce [*Pater noſter.*] Si vero erit in ſede, ſurget, & depoſita mitra, dicto ultimo [*Kyrie eleiſon*] verſus altare dicet ſimiliter [*Pater noſter*] Quod ſecrete complendo, miniſtrante Diacono aſſiſtente aſperſorium, & elevantibus hinc inde Diacono, & Subdiacono, oras pluvialis, Epiſcopus ſtans aſpergit tertio ſuper pannum nigrum, vel lecticam mortuorum; & reddito aſperſorio Diacono, & ab eodem accepto thuribulo, thurificabit eodem modo tertio thuribulum ducens ſuper pannum vel lecticam, miniſtris oras pluvialis ſimiliter elevantibus. Tunc accedent duo Acolythi cum duobus candelabris, & candelis accenſis, & ſiſtent ante pedes Epiſcopi, qui ex libro ſibi per miniſtrum ſolitum in capite poſito leget Verſiculum [*Et ne nos, &c.*] & alios Verſiculos, & orationem Miſſæ, pro qua nullus tunc genuflectet, & in fine repetit Verſiculum [*Requiem æternam*] & Cantores dicent [*Requieſcant in pace*] Et Epiſcopus, depoſitis paramentis facta oratione, diſcedit. Si aderit in Eccleſia lectus mortuorum, ſeu caſtrum doloris, & ſi Miſſa celebrata ſit pro anima alicujus Summi Pontificis, vel Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis; ſeu Metropolitani, aut Epiſcopi proprii; ſeu Imperatoris,

Digitized by Google

Regis, vel Ducis magni, aut Domini loci, conveniens est, ut fiant absolutiones apud castrum doloris, tam ab Episcopo celebrante, quam ab aliis quatuor Episcopis, vel Prælatis si adsunt; & in defectum Episcoporum, â quatuor primis dignitatibus, vel Canonicis, ordine infrascripto; videlicet, finita Missa, & sermone, si habitus sit, quatuor Prælati, seu Dignitates, vel Canonici præfati accedant ad Sacristiam, vel alium locum convenientem, & propinquum, ubi quilibet eorum accipiat super Rochettum, vel super cottam, si sit Religiosus, amictum, stolam, & pluviale nigrum, ac mitram simplicem, si ea uti possunt; sin minus, biretum, & omnes sic parati conveniant apud Episcopum celebrantem paratum, ut supra, cum quo ibunt ad feretrum, seu castrum doloris, hoc ordine. Præcedent duo Acolythi, unus cum thuribulo, & navicula, & alius cum vase aquæ benedictæ, & aspersorio; tum duo alii Acolythi cum duobus aliis candelabris, & candelis accensis, in quorum medio erit Subdiaconus, qui in Missa cantabit Epistolam, paratus, deferens crucem; post eum duo juniores Prælati, deinde duo seniores, & quilibet eorum habebit penes se unum Cappellanum superpelliceo indutum, qui de mitra serviet, & unum scutiferum, qui cereum accensum portet; ultimo loco incedet Episcopus celebrans habens ad sinistram Diaconum paratum, qui eum comitetur, & post eum Cappellani cum cottis. Cum pervenerint ad castrum doloris, seu locum destinatum pro absolutionibus faciendis, thuriferarius cum alio Acolytho deferente aquam benedictam firmabunt se in capite loci â parte dextera; Acolythi verò ceroferarii, ac Subdiaconus cum cruce ibunt ad pedes loci, & Subdiaconus cum cruce collocabit se in medio eorum. Junior Prælatus sedebit in scabello in angulo castri doloris ad pedem dexterum, alios post eum in angulo ad humerum sinistrum, tertius in angulo ad pedem sinistrum, quartus, qui erit senior, in angulo ad humerum dexterum. Celebrans verò sedebit in faldistorio in capite loci in medio, ita ut crucem directe respiciat. Omnibus sic ordinatis, surget celebrans, detecto capite, omnibus similiter surgentibus, & incipiet in tono lectionis absolutæ oratione. [*Non intres in judicio, &c.*] qua finita, omnes sedebunt cooper-

Digitized by Google

coopertis capitibus, & cantores incipient Responsorium [*Subvenite Sancti Dei, &c.*] tunc duo Acolythi cum thuribulo, & aspersorio accedent ad angulum dexterum capitis, ubi est dignior Prælatus, & se ad ejus dexteram collocabunt. Incepto Versiculo [*Requiem æternam, &c.*] Acolythus dabit naviculam Diacono, & ipse accedet cum thuribulo ante dictum digniorem Prælatum, qui ministrante Diacono naviculam, imponet thus in thuribulum. Cum per chorum dicetur primum [*Kyrie eleison*] surgent omnes, detectis capitibus; & prædictus dignior Prælatus voce intelligibili dicet [*Pater noster*] quod secretè complebit: & interim accepto aspersorio cum aquâ benedicta de manu Diaconi, asperget lectum circumcirca ambulans, incipiens â sua parte dextera, tertio aspergens quamlibet lecti partem; Diacono â sinistris comitante, & fimbrias pluvialis sublevante, & dum transibit ante alios Prælatos, illos salutabit, & similiter cruci reverentiam faciet transiens ante illam ad pedes lecti. Postquam cum aspersorio circumierit lectum, & ad locum suum redierit, ibidem ab eodem Diacono capiet thuribulum, & lectum similiter circumcirca thurificabit, tertio in qualibet parte thuribulum ducens. Cum redierit post thurificationem ad locum suum, ante scabellum stans dicet Versiculos, *Et ne nos &c.*] & alios Versiculos, & orationem (Deus, cui omnia vivunt, &c.) prout in Pontificali. Qua finita, omnes sedent cum mitra, & cantores incipient Responsorium [*Qui Lazarum &c.*] dum dicent Versiculum [*Requiem æternam*] ut supra, ministri accedent ad secundum digniorem Prælatum sedentem in angulo ad sinistrum pedem, qui impositio thure, ut de primo dictum est, dicto ultimo (Kyrie eleison.) â choro, surget, omnibus similiter surgentibus dicet [*Pater noster*] asperget, & thurificabit lectum ut supra, & demum dicet Versiculos, & Orationem [*Fac quæsumus, &c.*] Qua finita, omnes similiter sedebunt, & Cantores cantabunt Responsorium [*Domine, quando venies, &c.*] & tertius dignior Prælatus sedens ad sinistrum humerum servabit omnia, quæ superius primus, & secundus servaverunt, & demum dicit Orationem [*Inclina Domine aurem tuam, &c.*] Qua similiter finita, quartus, & junior Prælatus sedens in angulo ad dexterum pedem

Digitized by Google

faciet similiter, & in fine dicet orationem [*Absolve, quæsumus, ut in resurrectionis, &c.*] Demum cantato à choro responsorio [*Libera me, Domine, de morte æterna, &c.*] celebrans ipse imposito thure in thuribulo, ut supra; dicto [*Pater noster*] asperget, & thurificabit lectum, prout de primo, & aliis dictum est; & in fine dictis Versiculis, dicet orationem, [*Absolve quæsumus, &c. ut defunctus sæculo, &c.*] & responso per chorum [*Amen.*] ipse Episcopus dicet [*Requiem æternam.*] & demum duo Cantores dicent [*Requiescant in pace.*] Quo dicto, receptis ab omnibus Prælatis mitris, seu biretis, si mitris non utantur, omnes eo ordine, quo venerant, revertuntur ad sacristiam, vel alium locum deputatum, & ibidem depositis paramentis, quilibet recedit ad propria. Quatuor, seu quinque istas absolutiones non semper in omnibus exequiis fieri convenit; sed tantum in primis exequiis, quæ solent fieri post obitum, ut sunt exequiæ novemdiales, quæ in Romana curia fiunt pro anima Pontificis defuncti. In exequiis vero anniversariis non debent fieri hujusmodi, quatuor absolutiones, sed una tantum per celebrantem, ut supra dictum est, post Missam: vel, si adesset castrum doloris, vel alius locus, ubi eundum esset ad absolvendum. Celebrans solus paratus, ut supra, præcedente cruce cum omnibus ministris superius narratis, & sequentibus cum suis Cappellanis, accedet ad castrum doloris, & ibidem dispositis ministris, ut supra dictum est, stans ante suum faldistorium, in capite lecti dicet orationem (Non intres, &c.) qua finita sedet, & cantato per chorum Responsorio [*Libera, &c.*] impositio thure in thuribulo, ut supra asperget, & thurificabit lectum ordine, quo supra dictum est: & demum dicet unam ex quinque præfatis orationibus, quam maluerit, & revertetur ordine, quo venit. Quod similiter servari poterit, etiam in primis exequiis, ubi commode quatuor Prælati, qui post Missam, ut supra dictum est, absolvant, haberi non poterunt.

CAPUT XLI.

De Missa pro defunctis, quæ coram Episcopo celebratur.

SI Episcopus noluerit celebrare, sed hujusmodi Missæ pro defunctis per alium celebratæ interesse, eadem norma in omnibus servabitur quæ superius expressa est in capitulo præcedenti: ipse verò Episcopus, cum cappa facta confessione cum celebrante, ibit cum suis assistentibus ad sedem suam, quæ debet esse parata ex panno violaceo, non autem ex serico, Cum celebrans dicit [*Dominus vobiscum*] ante orationem, Episcopus veniet ad faldistorium ante altare, & ibi genuflectet, capite detecto, sic manens usque ad finem Orationis. Qua finita, redibit ad sedem suam, & tunc, & non prius Presbyter assistens ibit ad scabellum assistentiæ. Ad pectorium Episcopus, more solito ministrante navicularij Presbytero assistente, imponet thus in thuribulum, dicens [*Per intercessionem, &c.*] & thurificatis oblatis, & altare thurificabitur, celebrante à Diacono, & Episcopus à Presbytero assistente more solito. Dicto [*Sanctus*] Episcopus ibit ad faldistorium, ubi genuflexus permanebit usque ad [*Agnus Dei*] exclusive, & tunc redibit ad sedem, & dicet [*Agnus Dei*] cum suis assistentibus, non percutiendo pectus; nec fiunt in hac Missa circuli, & iterum ad orationem post Communionem redibit ad faldistorium, & genuflectet, similiter omnibus genuflectentibus, quoties Episcopus genuflectet. Finita oratione, Episcopus redibit ad sedem; & non dabit benedictionem, nec publicabuntur Indulgentiæ. Finita Missa si sermo habendus sit, sermocinator accedet, & absque aliqua benedictionis petitione facta tantummodo altari reverentia cum genuflexione, & Episcopo cum profunda capitis inclinatione, ibit ad pulpitum, ubi sermonem suum recitabit. Quo finito, si Episcopus voluerit ipse absolvere, depositâ cappa apud sedem, capiet amictum supra Rochettum, & stolam, & demum pluviale nigrum, & mitram simplicem, & omnia fient, quæ superius in proximo præcedenti capitulo dicta sunt.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XIII.

De Vesperis, & Missis in Dominicis Adventus sive ab Episcopo, sive ab alio, præsente Episcopo, celebrandis.

IN Vesperis, & Missis solemnibus in singulis Dominicis Adventus eadem omnia servabuntur Episcopo celebrante, vel non celebrante, quæ superius expressa fuerunt, dum generaliter de his disseruimus, exceptis tamen infrascriptis. Quia primo Ecclesia, altare, & chorus simpliciori apparatu ornantur. Item celebrante Episcopo Missam solemnem, non erit opus paramenta sacra pro Missa sumere in sacello, seu secretario supra memorato, sed apud suam sedem, ubi cappa indutus incipit Tertiam; & incepto primo psalmo, sedet, accipit sandalia, legit psalmos, & versiculos, ac orationes consuetas, & in fine cantat orationem pro Tertia, Canonico Presbytero assistente librum supra caput tenente in suo habitu Canonicali. Subdiaconus cantaturus Epistolam, paulo ante, quam Episcopus in chorum veniat, capiet omnia paramenta sibi convenientia, præter manipulum, & planetam, ante plicatam, quæ capiet postea. Diaconi assistentes capiunt sua paramenta, id est planetam ante plicatam super cottam, vel Rochettum circa finem Tertiæ, antequam Episcopus cantet orationem, & cum eis Diaconus cantaturus Evangelium, qui accipit amictum, albam, cingulum, & stolam. Dum prædicti Diaconi assistentes parantur, assistunt Episcopo duo alii Diaconi illis proximi in suo habitu Canonicali, & in eorum defectum duo ultimi Presbyteri. Finita Tertia, præfati duo Diaconi assistentes cum Diacono cantaturo Evangelium jam parati revertantur ad Episcopum, dum lavat manus, ministrante Presbytero assistente. Episcopus, postquam laverit manus, more solito accipit paramenta consueta, quæ esse debent violacei coloris. Subdiaconus, & Diaconus capiunt, planetas ante pectus plicatas, & tunc pariter omnes Canonici capiunt in suis locis paramenta ipsis convenientia, ejusdem coloris. Episcopus ante orationes dicit [*Dominus*

Digitized by Google

minus vobiscum.] non autem [*pax vobis.*] Subdiaconus, dum Episcopus celebrans cantat ultimam orationem depositâ planetâ, accipit librum Epistolarum, & cantatâ Epistolâ, osculatâque manu Episcopi planetam reassumit. Diaconus ante primum Alleluja post Graduale deponit & ipse suam planetam, quæ convolvitur, vel alia jam convoluta, & complicata super ejus sinistrum humerum, & super stolem ponitur sub ejus brachio, strictè cordulis ad id aptatis colligatur, ne decidat, & sic permanet, quousque Episcopus sumpserit Sacram Communionem. Tunc reassumit planetam ante pectus plicatam, depositâ alia, quæ erat super humerum sinistrum. Cætera omnia fiunt, prout suis locis explicatum fuit. Si vero Episcopus non celebret, sed interfit Missæ solemni, eadem observantur, quæ in capitulo de Missa solemni præsente Episcopo dicta sunt. In tertia Dominica eadem observantur, nisi quod paramenta altaris, & celebrantis adhiberi solent aliquanto sumptuosiora, sed coloris violacei; & ministri videlicet, Diaconus, & Subdiaconus utuntur dalmatica, & tunicella, & idem in Vigilia Nativitatis Domini, si venerit in Dominica, & etiam in Vigilia, quæ non venerit in Dominica, ut capitulo sequenti in collegiatis pariter idem observatur.

CAPUT XIV.

De vigilia Nativitatis Domini Nostri JEsu Christi & de Matutinis, & Missa in nocte celebranda.

IN die Vigiliæ Nativitatis Domini Nostri JEsu Christi, sive venerit in Dominica, sive alio die, celebrari solet Missa solemnis in paramentis violaceis, juxta regulas præcedenti capitulo de Dominicis Adventus traditas, hoc tantum excepto, quod Diaconus, & Subdiaconus utuntur dalmatica, & tunicella prout in tertia Dominica Adventus. Horâ Vesperarum cantantur Vesperæ solemnes pariter secundum regulas superius in capitulis de Vesperis positas, quas hic repetere superfluum est. Nocte sequenti horâ competenti, prout ab Episcopo fuerit præordinatum, celebrantur Maturinæ, prout

Digitized by Google

in Capitulo de Matutinis dictum fuit. Hæc tamen particularius in his Matutinis observanda erunt. Primo ultra luminaria solita altaris, & abaci præparanda erunt sex, vel octo funalia ceræ albæ, vel quot erunt necessaria pro consuetudine, & dispositione loci ad illuminandum chorum, & tribunam, seu Presbyterium, quæ super totidem candelabris ferreis magnis spatiis æqualibus inter se distantibus collocabuntur. Præparabuntur etiam aliquod parvæ candelæ albæ pro Episcopo, & Canonicis cantaturis lectiones. Super aliqua mensa separata ab abaco, collocari poterunt paramenta omnia pro Episcopo Missam celebraturo, & pluviale album pulchrum pro eodem cantaturo orationem in fine nocturnorum; Sed si Episcopus non erit celebraturus primam Missam, non erunt ibi præparanda Missalia indumenta, sed tantum pluviale; nam alius celebraturus Missam, sive Prælatus sive Canonicus capiet paramenta in sacristia una cum suis ministris: sed celebraturo Episcopo ipsi Ministri, id est, Diaconus, & Subdiaconus utique in sacristia parari poterunt; Presbyter autem assistens in loco suo una cum cæteris Canonicis. Item celebraturo primam Missam Episcopo præintonatur hymnus [*Christe Redemptor, &c.*] quem dum Episcopus repetit, elevat, & jungit manus, caput versus altare inclinans, ob reverentiam divinæ invocationis. Cæremoniarius, quoties ducit aliquem Canonicum ante pulpitum, seu legile, ubi cantare debet lectionem, gerat manibus parvam candelam, nec ab ipso legili longius discedat donec cujusque nocturni lectiones recitatæ sint. In tertio nocturno, cum dicitur â choro psalmus [*Misericordias Domini, &c.*] Si Episcopus est primam Missam celebraturus, duo ex suis scutiferis clericali habitu indutis, subeuntes fimbrias cappæ Episcopalis imponent, & caligas, & sandalia sublevantibus fimbrias in girum Cappellanis; seu Acolythis cottis superindutis, ac genuflexis: interim accedunt duo Canonici assistentes ed Episcopum, nec non duo Cappellani, alter de libro, alter dè candela serviens: ac librum apertum ante Episcopum sustinent, ex quo ipse Episcopus legit Antiphonam [*Nereminiscaris, &c.*] & Psalmum [*Quadilectam, &c.*] cum cæteris Psalmis, Versiculis, & orationibus, prout suprà in capitu-

pitulo de Missa Episcopo celebrante, explicatum fuit. Quibus per Episcopum lectis, duo illi Canonici assistentes, ac alii ministri recedunt: Diaconus, & Subdiaconus ministraturi in Missa, (nisi quis eorum, vel ambo sint cantaturi lectiones ultimi nocturni) perveniunt ad Sacristiam, ubi capiunt sua paramenta. Advertatur tamen, ut tempus commode dispensetur, hoc est, ut finitis tribus Psalmis ultimi nocturni à choro, pariter Episcopus expediat lectionem Psalmorum, & orationum prædictarum, ut præsto sit ad absolutionem [*de vinculis*] dicendam, benedictionemque dandam Canonico cantaturo primam lectionem tertii nocturni. Cantata nona lectione per Episcopum, & Hymno [*Te Deum, &c.*] per eundem in choro, eo ordine, quo in dicto capitulo de Matutinis dictum fuit, Episcopus descendens è sede in plano solii Pontificalis deponit cappam, & stans lavat manus, accedentibus tunc, & adjuvantibus Diacono, & Subdiacono paratis; & ab eisdem induitur omnibus paramentis Missalibus, aliquanto celerius solitò, præter chirothecas, & annulum, & tunicellam, ad dalmaticam, & planetam, cujus loco induitur pluvialis, denuo sedem ascendit, ubi stans sine mitra expectat finem Hymni prædicti, qui decantari poterit prolixioni nota, & cum organi interpositione, ut commodè interim Episcopus, & omnes Canonici indui possint suis paramentis. Quo finito, accedunt duo Acolythi cum candelabris, & cereis accensis, & medius inter eos alter de libro serviens ad Episcopum, adhærente alio cum candela parva, qui versus populum cantat [*Dominus vobiscum*] deinde versus altare [*Oremus*] junctis manibus, deinde orationem [*Concede quæsumus, &c.*] cum sua conclusione, & iterum repetito [*Dominus vobiscum. &c.*] dum chorus cum organo prosequitur lentè [*Benedicamus Domino*] & [*Deo gratias*] ipso deposito pluviali stans, accipit tunicellam, & dalmaticam, & sedens chirothecas, deinde stans planetam, & rursus sedens mitram pretiosam; demum accedit ad infimum gradum altaris pro Missa inchoanda. Quæ in omnibus, & per omnia celebratur, prout in capitulo de Missa solemni per Episcopum celebranda explicatum fuit, excepto, quod dum in Missa cantatur à choro Versiculus Symboli [*& incarnatus*

Digitized by Google

rit, &c.] Episcopus, & omnes genuflectere debent usque ad terram, hac nocte, & die sequenti in Missa majori, prout etiam in die Annunciationis, Episcopus verò non sumet purificationem, & in fine post benedictionem non dabit indulgentiam, quia in tertia Missa, quam omnino cantabit Episcopus, in die, erit indulgentia publicanda. Cætera omnia, ut in supradictis capitulis, tam celebrante, quam non celebrante Episcopo, respective erunt observanda.

CAPUT XV.

De Festis, quæ occurrunt usque ad diem purificationis solemniter celebrandis.

FEsta, quæ occurrunt post diem Nativitatis Domini nostri JEsu Christi usque ad diem purificationis Beatæ Mariæ Virginis, celebrabuntur solemniùs, vel minus solemniter, prout Episcopo videbitur juxta qualitatem festi, & consuetudinem loci. In die tamen Circumcisionis Domini Episcopus deberet interesse Missæ paratus cum pluviali. In die verò Epiphaniæ deberet ipse celebrare si poterit. Quo die cantato Evangelio, aliquis Canonicus, vel beneficiatus, aut alius, juxta consuetudinem loci, paratus pluviali ascendet ambonem, vel pulpitum, & ibidem populo publicabit festa mobilia anni currentis in forma, prout in Pontificali. In aliis verò festivitatibus prædictis potest Episcopus interesse cum cappa, vel prout ipsi melius videbitur, & omnia servabuntur, quæ superius expressa sunt in præcedentibus capitulis. De Missa solemni per Episcopum celebranda, & de Missa, quæ coram Episcopo celebratur.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XVI.

De Festo Purificationis Beatæ Virginis, & benedictione, & distributione candelarum.

QUia à Vigilia Nativitatis Domini nullæ occurrunt festivitates, quæ in Vesperis, & Missis, quo ad Cæremonias, indigeat speciali declaratione, cum ex regulis in superioribus capitulis traditis, & aliis generalibus, quæ libro superiori abunde explicata fuerunt, sumi possint; videndum est de festo purificationis Beatæ Mariæ Virginis, in quo plura adhuc, neque in Missali, aut Pontificali declarata recensenda veniunt. Præparanda igitur imprimis erit candelarum cerarum albarum ea copia, quæ sufficiens videbitur pro Ecclesiæ qualitate, ac Canonicorum, aliorumque de gremio Ecclesiæ numero, necnon & pro laicis, quibus juxta consuetudinem Ecclesiæ distribui soleant. Hæ omnes collocari poterunt super aliquam mensam, inter altare, & sedem Episcopi, ita ut Episcopus in sua sede stans commode possit eas aspergere, & thurificare post illarum benedictionem. Paretur etiam abacus, juxta consuetum, à latere Epistolæ, super quo ponentur ultra duo candelabra cum luminaribus, & alia consueta, & ordinaria, quæ superioribus capitulis demonstrata fuerunt, vas aquæ benedictæ cum aspersorio, thuribulum cum navicula, vasa ad abluendum manus cum medulla panis, mantile ad extergendum, mappa altera linea pulchre laborata, apponenda super gremio Episcopi, cum incipit Candelas distribuere. Super altari ponentur propter Sacristam paramenta pro Episcopo suo ordine coloris violacei, videlicet, amictus, alba, cingulum, stola, pluviale, & mitra simplex: ipsum verò altare habeat duo pallia, videlicet alterum album, & supra illud alterum violaceum removendum post processionem, nisi festum venerit in Dominicis Septuagesimæ, vel Septuagesimæ, ut infra dicemus. Deputentur custodes, qui populum arceant, si forte tumultuosus irrueret, ne indecenter Episcopum opprimat. His prærordinatis, hora competenti

Digitized by Google

Episcopus in sua cappa â Canonicis associatus venit ad Ecclesiam, & facta oratione; accedit ad sedem suam, ubi deposita cappa, accipit paramenta supradicta suo ordine, afferentibus ea ab altari Acolythis, seu ministris cottis indutis, acceptoque pluviali, & mitra, sedet. Interim Canonici omnes in locis suis stantes, seu in Sacristia, si prope est, accipiunt sacra paramenta eis convenientia, prout superius declaratum fuit; eo excepto, quod Diaconi, & Subdiaconi non quidem dalmaticis, & tunicellis, sed planetis ante pectus plicatis in hujusmodi officio utuntur, cum sit feriale; & si commode paramenta haberi nequant pro omnibus Canonicis, quatuor, aut sex dignioribus saltem induantur, pluvialibus, ut ibidem dictum fuit. Quibus paratis, salutatisque Canonicis modica capitis inclinatione Episcopus in dicta sua sede stans benedictionem candelarum faciet, Cappellano, qui de eo servit, librum sustinente, manibus extensis hinc inde, incipiens manibus junctis competenti voce ili tono feriali benedictionem dicens [*Dominus vobiscum*] cum orationibus, prout in ordinario; & respiciens aliquantulum versus candelas, cum incipit quintam orationem, videlicet [*Domine Jesu Christe, qui hodierna die, &c.*] Accedunt ad eum duo Acolythi, unus cum thuribulo, & navicula, alius vero cum vase aquæ benedictæ, & aspersorio. Finita benedictione, Episcopus, ministrante naviculam Presbytero assistente parato, imponit incensum in thuribulum, & benedicit more solito: deinde accepto aspersorio de manu ejusdem assistentis, aspergit in medio â dextris, & â sinistris ter candelas; & ab eodem accipiens thuribulum, simili modo ter illas thurificat. Tum sedet, accepta mitra, & dignior Canonicus paratus, accipit de manu Sacristæ, sive Camerarii candelam pulchre ornatam, & cum debita reverentia illam osculatam dat in manu Episcopi, quam pariter osculatur; Episcopus verò illam tradit alicui ex suis Cappellanis tenendam prope altare. Tum elevatis hinc inde fimbriis pluvialis Episcopi per Diaconos assistentes, ponitur super ejus gremio per duos Cappellanos mappa prædicta, & statim per Cappellanos, sive Acolythos capiuntur de mensa, sive de manu Camerarii, aut Sacristæ, aut alterius ad eam curam deputati can-

dela

Digitized by Google

delæ grandiores pro Canonicis, & porriguntur ad manus Diaconi assistentis ad sinistram Episcopi, qui illas continuo ministrat Episcopo, eodemque tempore dignior ille Canonicus pluviali indutus facit reverentiam, primo altari, deinde Episcopo, ascendit ad eum, & accipit ab eo candelam osculando illam, & manum Episcopi reverenter, & tunc Cantores incipiunt cantare Antiphonam [*Lumen &c.*] Similiter & alii Canonici parati ordine suo accipiunt candelas, post eos Magistratus, & officiales Majores civitatis, deinde alii Presbyteri, Acolythi, & clerici de gremio Ecclesiæ, & Cappellani Episcopi cottis induti, demum alii nobiles civitatis; nisi adesset laudabilis consuetudo, ut clerici omnes, tam parati, quam cum cottis acciperent candelas ante laicos, quæ servanda esset, & familiares ipsius Episcopi, & alii de populo, quibus, & quot Episcopo placuerit dare, non tamen mulieribus, quæ à seniori dignitate, vel Canonico cum cotta, & stola parato septum accipient. Sed Canonici parati non genuflectunt ante Episcopum, quando capiunt candelas, sed tantum profundè inclinant: alii verò Ecclesiastici cum cottis genuflexi capiunt, & manum Episcopi cum candela osculantur. Interim aliquis de Capitulo, ad quem spectat, si Episcopo placet, & sit consuetudo Ecclesiæ, seorsum distribuit candelas minutiores populo utriusque sexus. Finita distributione, Episcopus portante lances nobili, vel scutifero, lavát manus more solito prout supra in Missa dictum fuit, & amovetur de ejus gremio mappa prædicta; ipse verò surgit, & deposita mitra, versus altare cantat [*Oremus*] & si est tempus infra septuagesimam, Diaconus assistens à dexteris dicit alta voce [*Flectamus genua*] & omnes genuflectunt, alter verò à sinistris [*Levate*] & omnes surgunt, & Episcopus cantat orationem [*Exaudi, &c.*] cum sua conclusione, prout in ordinario, accedentibus Acolythis cum candelabris, ut aliàs. Qua finita, sedet, & accipit mitram, & iterum imponit, incensum in thuribulum, ministrantibus Presbytero assistente & Acolytho, ut supra, & pariter omnium aliorum, maximè de clero, nisi à principio fuissent accensæ, prout in Missali, & ordinatur per Ceremoniarium processio circumcirca Ecclesiam, vel aliàs juxta ritum

Digitized by Google

tum Ecclesiarum, in qua ante crucem præcedit thuriferarius, & ante thuriferarium Cantores; post thuriferarium duo Acolythi cum candelabris, & cereis ardentibus, & inter eos medius Subdiaconus paratus planeta ante pectus plicata, portans crucem; post crucem beneficiati, & alii de clero cum cottis bini, & post eos Canonici parati pariter bini, & mox Episcopus cum mitra medius inter duos Diaconos assistentes paratos, pluvialis latera elevantes, omnesque suas candelas accensas manibus propriis deferentes; Episcopus suam candelam sinistra gerit, & dextera benedicit. Quod si Archiepiscopus erit, crux portabitur solummodo ante Canonicos tantum. Interea, dum fit processio, Canonicus, aut alius Missam celebraturus cum Diacono, & Subdiacono capiunt sua paramenta convenientia, id est, albi coloris; & Diaconus, & Subdiaconus accipiunt dalmaticam, & tunicellam; pariter mutantur paramenta altaris, & sedis Episcopalis, & amovetur abacus, & loco illius ponitur parva mensula, ut supra suo loco dictum fuit, esse faciendum, non celebrante Episcopo. Sed si hujusmodi festum veniret in Dominica Septuagesimæ vel Sexagesimæ, non mutantur paramenta altaris, nec Episcopi, sed remanent eadem violacea; & Diaconus, & Subdiaconus utuntur dalmatica, & tunicella, quia fit Missa de Dominica, secundum regulam in rubricis Missalis, sub hoc festo positam, nisi festum hujusmodi ageretur in aliqua Ecclesia Beatissimæ Virgini dicata: quia tunc fieret Missa de festo cum commemoratione Dominicæ, & paramenta essent alba. Finita processione, Canonici chorum ingressi deponunt paramenta, & candelas extinguunt, quæ conservantur accendendæ, ut infra: Episcopus verò, cum pervenerit ad altare ante infimum gradum, si Missa sit de Festo, deponit pluviale, & paramenta violacea, & accipit alba, quod decentius esset, vel cappam, & incipit confessionem stans à dexteris celebrantis. Missa vero continuatur, prout in Capitulo de Missa, quæ coram Episcopo celebratur: Excepto, quod dum inchoatur Evangelium, Episcopus, & omnes capiunt suas candelas accensas in manibus usque ad finem Evangelii: & iterum ad elevationem Sanctissimi Sacramenti eas tenent accensas usque

que post Communionem. Sed si Episcopus vellet etiam Missam celebrare, quod convenit, si festum Purificationis sit titulus Ecclesiæ, non removetur abacus: & Episcopus stans incipit tertiam, ut aliàs, deinde accipit caligas, & sandalia, & legit Psalmos [*Quam dilecta, &c.*] & omnes orationes sequentes: dum lavat manus, & deposito pluviali, cingulum & stolam albam accipit, depositis violaceis, dum crucem pectoralem, & dalmaticam, tunicellam, chirothecas, planetam, mitram, annulum, & baculum pastoralem, ut aliàs. Canonici etiam in reditu à processione debent eo casu, depositis paramentis violaceis, accipere alba, & illa retinere ad totam Missam. In reliquis, ut supra, & Missa celebratur cum Cæremoniis, & solemnitatibus, prout in Capitulo de Missa solemni, celebrante Episcopo.

CAPUT XVII.

De Festo Purificationis in Cathedralibus, absente Episcopo, & in Collegiatis.

ABsente Episcopo, & in Collegiatis paretur altare; ut supra præcedenti capitulo dictum est: candelæ vero benedicendæ collocentur in cornu Epistolæ super aliqua parva mensa, & ibidem ponatur vas cum aqua benedicta, & aspersorio, & thuribulum cum navicula, & incenso: & hora competenti, id est, dicta Tertia Canonicus hebdomadarius, sive dignitas, vel alius, ad quem de consuetudine Ecclesiæ celebrare spectat, paretur in Sacristia amictu, alba, cingulo, stola, & pluviali violaceo, una cum duobus aliis Canonicis habitu Diaconali, & Subdiaconali ejusdem coloris indutis, excepto manipulo; videlicet, cum planetis plicatis ante pectus; & considentibus omnibus aliis Canonicis eorum habitu Canonicali indutis hinc inde in locis suis, una cum beneficiatis, seu mansionariis & clericis, accedet dictus Canonicus celebraturus cum ministris, & facta reverentia altari cum genuflexione, si ibi aderit Sanctissimum Sacramentum, sin minus, cum profunda capitis inclinatione,

& deinde salutatis hinc inde Canonicis, ascendet ad altare, & ibidem in cornu Epistolæ stans benedicet candelas, prout in Missali, & finita ultima lectione, videlicet [*Domine Jesu Christe*] celebrans, ministrante Diacono, imponit thus in thuribulum; quo imposito, accipiet de manu ejusdem Diaconi aspersorium cum aqua benedicta, & candelas asperget; & mox accepto thuribulo, triplici ductu illas thurificabit. Quo facto, retrahat se ante medium altaris, renes eidem vertens, & stabit medius inter Diaconum, & Subdiaconum. Tunc primus Sacerdos de choro, sive Vicarius, sive dignitas, vel Canonicus, accepta una ex Candelis benedictis, illam cum debita reverentia deosculatam dabit in manu celebrantis, qui illam tradit alicui Cappellano tenendam; & statim ministrante Diacono, ipse celebrans incipiet distribuere candelas, primo eidem digniori, deinde Diacono, & Subdiacono paratis, si sunt Canonici: mox alius omnibus Canonicis per ordinem habitu Canonicali indutis, qui bini accedent ad celebrantem, & inclinati ab eo candelas accipient, quas acceptas deosculabuntur. Beneficiati vero, seu Mansionarii, & clerici, & cæteri omnes similiter bini accedent, & genuflexi candelas accipient, illas, ac etiam manus celebrantis deosculantes. Cum inchoatur distributio candelarum, Cantores incipient Antiphonam [*Lumen ad revelationem, &c.*] Circa finem distributionis Cæremoniarius curet, ut accendantur Candelæ processione, quæ fiat per Ecclesiam, ut præcedenti capitulo dictum est, & interim, dum fit processio, paramentum removeatur violaceum ab altari, & remaneat album, nisi hujusmodi festum venerit in Dominica Septuagesimæ, vel Sexagesimæ, quo casu fiat, ut dictum est in præcedenti capitulo. Finita processione, Canonici chorum ingressi extinguent candelas, & celebrans, deposito pluviali, capiet planetam albam, seu violaceam, juxta regulam superius traditam, similiter & ministri dalmaticam, & tunicellam ejusdem coloris, & inchoabitur Missa, quæ juxta solitum perficietur, in qua hoc solum erit speciale, quod Canonici & cæteri de choro, dum cantatur Evangelium, accendent Candelas, & illas accensas tenent usque ad finem Evangelii, & iterum ad elevationem usque post communionem.

Digitized by Google

CAPUT XVIII.

De officio, & Missa feria quarta Cinerum, Episcopo celebrante vel non celebrante, sed præsente.

QUarta feria ante primam Dominicam Quadragesimæ, quæ â Cinerum aspersione Cinerum appellatur, quia officium, & Missa est de feria, altare, & tribuna, & omnia simplicius parantur, quam in festis solemnioribus. Et, si Episcopus non sit Missam celebraturus, nulla paratur mensa, sive abacus â cornu Epistolæ, ut aliàs, sed tantum parva mensula â latere Evangelii, ubi ponuntur vasa pro abluendis manibus, cum mica panis, mappa pro abstersione manuum, & altera ponenda super genibus Episcopi in distributione Cinerum; vas autem aquæ benedictæ cum aspersorio, & thuribulum cum navicula poterunt poni super angulo altaris, & super eodem altari in medio ponitur parvum vas argenteum cum Cineribus mundis ex ramis olivarum benedictis anni præteriti combustis. Item paramenta pro Episcopo suo ordine, coloris violacei, prout in die purificationis, ita ut dictum vas non cooperiant, nec impediant. In Ecclesiis ubi viget consuetudo reconciliandi solemniter pœnitentes, servetur forma in pontificali posita præsertim in casibus gravioribus. Hora competenti Canonicus celebraturus Missam cum Diacono, & Subdiacono capiunt paramenta violacea. Diaconus, & Subdiaconus utuntur planetis ante pectus plicatis, quas induunt distributione Cinerum, expectantes Adventum Episcopi, sedentesque in aliquo scamno pro ipsis parato, ac viridi panno cooperto, â latere Epistolæ; & Episcopo advenienti assurgunt, & faciunt reverentiam: Canonicus celebrans, videlicet caput profunde inclinando, ministri verò genuflectentes, si non sunt Canonici, Episcopus associatus more solito ad Ecclesiam, factisque consuetis orationibus, stans apud suam sedem accipit paramenta eodem ordine, quo in die Purificationis dictum fuit. Quibus paratis, Subdiaconus qui est cantaturus Epistolam in Missam, sive alius ex

Digitized by Google

beneficiatis Ecclesiæ paratus, planeta violacea, ante pectus plicata, accedit ad altare cum debitis reverentiis; & capit vas illud cum Cineribus ambabus manibus, quod elevatum portat ante Episcopum, ubi genuflexus illud retinet, usque in finem distributionis ad dexteram Episcopi. Tum Episcopus accedente Cappellano cum libro, & altero cum candela, assistentibus Diaconis hinc inde, legit sedens Antiphonam [*Exaudi nos, &c.*] Qua cum Psalmo repetita, deposita mitra, surgit, & dicit [*Dominus vobiscum*] & [*Oremus*] ac orationes benedictionis Cinerum, quæ sunt quatuor, prout in Missali. Quibus finitis, & jam ante cum stantibus Presbytero assistente parato, & Acolythis cum thuribulo, navicula, & aspersorio cum aqua benedicta, imponit incensum in thuribulum, more solito aspergit, & thurificat Cineres triplici ductu. Tum sedet sine mitra, & sine bireto; & Canonicus celebraturus Missam solus accedit ad eum, facta altari, & Episcopo reverentia, & imponit Cineres in caput ipsius sedentis dicens [*Memento homo, quia pulvis, &c.*] Quo facto, Episcopus accipit mitram, & extenditur super ejus gremio mappa munda per duos Acolythos, & imponit Cineres eidem Canonico celebranti ante se inclinato dicens [*Memento, &c.*] ut supra. Celebrans, acceptis Cineribus sine osculo manus Episcopi, revertitur ad suum locum. Tunc incipiunt venire omnes Canonici parati ad capiendos Cineres, eodem modo incipiendo à dignioribus cum debitis reverentiis altari, & Episcopo; & chorus incipit [*Immutemur habitu, &c.*] cum sequentibus. Si quis prælatus adesset, qui aliàs supra Canonicos stare, vel sedere soleat ei dabit Episcopus Cineres stanti; si aliquis Princeps, vel Oratores Regum, vel Principum maximorum, aut rerum publicarum liberarum laici adessent, capiunt hoc die Cineres post Canonicos paratos: Magistratus verò, & officiales, nec alii Laici post omnes de Clero. Quod sic observatur hac die, & feria sexta in parasceve in adoratione Crucis, ut ibi dicetur, ex antiqua laudabili Ecclesiastica disciplina, propter humilitatem, quæ in hoc actu repræsentatur iis diebus. Ideoque promptiùs, libentiusque laici in his cedere debent omnino Ecclesiasticis, prout etiam respectivè observatur per Impera-

Digitized by Google

ratores, Reges, & Principes, quando sunt præsentes in Cappella Sanctissimi Domini Nostri Papæ. Prælati, & Canonici parati capiunt Cineres inclinati; reliqui verò tam Clerici, quam laici genuflexi, & omnes sine osculo manus, cum commode osculum exhiberi nequeat in hoc actu. Datis Cineribus, Episcopus sedens in eodem loco lavat manus more solito; mox deposita mitra, surgit, & cantat [*Dominus vobiscum Oremus*] & manibus junctis orationem [*Concede nobis Domine, &c.*] ad quam, more solito, veniunt duo Acolythi cum candelabris, & cereis accensis, & finita oratione discedunt. Quibus expeditis, si Episcopus non est celebraturus Missam, prout regulariter hac die non solet, Canonici omnes deponunt sua paramenta; Episcopus retinebit sua paramenta, vel illa deponet, & accipiet cappam, prout magis libuerit, observans tamen regulam superius traditam; & descendens de sua sede faciet confessionem cum celebrante, qua finita, revertitur ad suam sedem, ubi statim ministris, & Cæremoniis solitis imponit incensum in thuribulum, & thurificatur altare per celebrantem. Et mox ipse celebrans. Tum Episcopus legit Introitum ex libro, & dicit [*Kyrie eleison*] Cum Canonicis in circulo stantibus. Et celebrans in Missa dicit tres orationes, prout in Missali in æquali cantu feriali, & cum dicitur [*Dominus vobiscum*] ante primam orationem, Episcopus descendet è solio ad faldistorium, in quo simul, ac eò pervenerit, genuflectet, omnibus pariter cum eo genuflectentibus, exceptis celebrante, Diacono, & Subdiacono, qui in hac Missa non genuflectunt, nisi ad Versiculum [*Adjuva nos Dominus, &c.*] ut infra dicetur. Dicta ultima oratione, Episcopus surgit redit ad sedem suam, & iterum antequam inchoetur Versiculus [*Adjuva nos Deus, &c.*] descendit ad faldistorium, & genuflectit, ut prius, sic manens usque ad finem Versus, genuflectentibus etiam celebrante, ac ministris altaris. Quo versu dicto, & non prius Diaconus cum solitis ministris, deposita jam planeta plicata, & eadem, vel alia jam involuta, & complicata super sinistrum humerum, & super stolam posita, & sub ejus brachio strictè cordulis colligata, ne decidat, accedit ante ultimum gradum sedis Episcopi, & ab ipso sedente petit bene-

Digitized by Google

benedictionem pro Evangelio recitando; quo finito, Episcopus deosculatur textum Evangelii sibi à Diacono delatum, & adhuc stans sine mitra à Presbytero assistente thurificatur. Tunc accedit, qui sermonem, vel concionem habiturus est, & petit benedictionem, & indulgentias ab Episcopo; & alia fiunt, & prosequitur missa, prout in Capitulo de concionibus, & sermonibus, & aliis locis opportunis explicatum fuit. Finita præfatione, & dicto per Episcopum cum Canonicis ad circulum venientibus [*Sanctus, &c.*] iterum Episcopus descendit ad faldistorium, & ibidem genuflectit, sic manens usque ad [*per omnia secula*] ante (Pax Domini) & tunc revertitur ad sedem suam & dicit [*Agnus Dei*] cum Canonicis, qui similiter veniunt ad circulos. Subdiaconus in hac Missa sustinet patenam, prout in aliis Missis; & Diaconus, & Subdiaconus cantaturi Evangelium, & Epistolam respectivè deponunt planetam, & osculantur manum Episcopi, prout in Dominicis Adventus. Post Communionem, antequam celebrans dicat [*Dominus vobiscum.* Episcopus iterum descendit ad faldistorium, per manens genuflexus ad omnes orationes, quæ post communionem dicuntur. Diaconus vertit se ad populum, & dicit Versiculum [*Humilitate capita vestra Deo*] Episcopo, & aliis genuflexis manentibus, & capita inclinantibus: finita ultima oratione, Episcopus revertitur ad sedem suam, & ibidem dat benedictionem solemnem more solito. Quæ dicta sunt superius circa genuflexiones ad orationes, & præfationem servabuntur in omnibus aliis Missis ferialibus tempore Quadragesimæ, & Vigiliarum præsente Episcopo. Si Episcopus vellet hac die solemniter celebrare, finita oratione post Cinerum asporsionem, sedet aliquantulum, & mox surgens sine mitra incipiet [*Deus in adjutorium*] pro Nona; & cum inchoatur psalmus, [*Mirabilia, &c.*] sedet, & leget psalmum (Quam dilecta &c.) & interim imponentur eidem Sandalia, Canonicis, & aliis omnibus remanentibus paratis. Finita Nona, Episcopus lavabit manus cum cæremoniis consuetis prout finita Tertia in aliis Missis per ipsum celebrandis; & dum lavat manus, accedet Presbyter assistens cum pluviali, & adjuvabit incipiendo servire Episcopo in Officio assistentiæ, lotis manibus, Diaconus

Digitized by Google

conus Evangelii & Subdiaconus parati usque ad planetam exclusivè absque manipulis induent Episcopum paramentis Missalibus, adjuvantibus duobus Diaconis assistentibus cum planetis plicatis ante pectus. Parato Episcopo, Diaconus, & Subdiaconus capient planetas plicatas, & manipulos pro Missa, & fiet processio ad altare, & inchoatur Missa, in qua omnia servantur, quæ in capitulo de Missa solemni per Episcopum celebranda, explicata sunt, exceptis his, quæ hac die particulariter facienda sunt, ut supra narratum est, ante primam orationem Episcopus non dicet [*Pax vobis.*] sed [*Dominus vobiscum.*] & cum dicitur Versiculus, [*Adjuva nos Deus*] Episcopus genuflectet non in faldistorio, sed apud sedem suam. In reliquis omnia fient; ut supra explicatum est, & prout dicitur in dicto capitulo de Missa solemni, Episcopo celebrante.

CAPUT XIX.

De eadem feria quarta Cinerum, Episcopo absente, & in Collegiatis.

EAdem omnia, quæ superius in præcedenti capitulo expressa sunt, exceptis his quæ ad Episcopum pertinent, præparentur, & serventur, absente Episcopo, & in Ecclesiis Collegiatis, paucis infrascriptis mutatis. Nam celebrans parabitur cum ministris in sacristia, & accedet ad altare cum debitis reverentiis, ut dictum fuit in capitulo de Festo Purificationis, absente Episcopo. Ministri verò erunt hac die tàm in benedictione Cinerum, quam in Missa cum planetis plicatis, quæ, quando tempus erit, in Missa deponent, & reassument, juxta regulas traditas in capitulis de Dominicis Adventus, & de Dominicis Quadragesimæ. Vas cum cineribus collocabitur super altare â latere Epistolæ: Vas autem cum aqua benedicta, & aspersorio, ac thuribulum cum navicula, & incenso ponentur in angulo altaris. Celebrans stans in cornu Epistolæ benedicit Cineres, prout in Missali, & imponet incensum, & illos aspergit aqua benedicta, & thurificabit, prout de candelis dictum fuit. Et similiter

liter, finita benedictione, medius inter Diaconum, & Subdiaconum stabit, & Diaconus tenet vas cum Cineribus. Tunc accedit dignior Sacerdos de choro, & Cineres celebranti, capte inclinato, imponit, dicens [*Memento homo, quia pulvis es, &c.*] & statim celebrans eidem digniori stanti; capite similiter inclinato, ante ipsum celebrantem, cineres imponet; mox Diacono, & Subdiacono, & cæteris Canonicis per ordinem, qui omnes in habitu Canonicali capite inclinato stantes, à celebrante Cineres accipient; beneficiati, seu mansionarii, & clerici, & cæteri omnes genuflexi. Finita distributione, celebrans, deposito pluviali, lavabit manus privatè in angulo altaris, & statim, accepta planeta, incipiet, & prosequetur Missam, prout in ordinario hujus diei, servatis circa genuflexiones, & ad Versiculum [*Adjuva nos Deus*] omnibus, quæ in præcedenti capitulo expressa sunt. Post Evangelium fiet sermo, seu habebitur concio, nulla tamen petita sermocinaturum benedictione.

CAPUT XX.

De Dominicis Quadragesimæ usque ad Dominicam Palmarum.

IN Dominicis Quadragesimæ eadem omnia servantur, tam circa ornatum Ecclesiæ, & paramenta altaris, ac ministrorum, quam circa Cæremonias in Missa, quæ superius expressa sunt in capitulo de Vesperis, & Missis in Dominicis Adventus, sive ab Episcopo, sive ab alio, præsente Episcopo, celebrandis. Quæ autem ibidem dicta sunt, de Dominica tertia Adventus, circa paramenta altaris, ministrorum; observantur eodem modo in quarta Dominica Quadragesimæ. In quinta verò Dominica, quæ de Passione dicitur, cooperiantur, antequam officium inchoetur, omnes, cruces, & imagines Salvatoris per Ecclesiam, & super altare nullæ ponantur imagines Sanctorum, Cantores verò ab hac Dominica quinta Quadragesimæ usque ad Pascha, exceptæ feria quinta in Cœna Domini, non utantur cantu figurato, sed Gregoriano.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XXI.

De Officio, & Missa in Dominica Palmarum.

OFficium in Dominica Palmarum, hoc est, benedictio, & distributio illarum, ac deinde processio, simile est fere in omnibus officio, quod fit in die Purificationis Beatæ Mariæ Virginis in benedictione, & distributione candelarum, & demum in processione. Remissius tamen aliquanto hac die paratur altare, & tribuna quam illa, præparantur igitur in mensa, apud altare, & sedem Episcopi, ut de candelis dictum fuit, palmæ seu rami olivarum benedicendi, inter quos si palmæ haberi non possent, ornentur, & aptentur ex dictis ramis aliquot flosculis, & parvis crucibus ex palmarum foliis compositis, ut speciosiores cæteris appareant pro Episcopo, Canonicis, & Magistratibus; & saltem palmæ perquirantur pro Episcopo, Prælatis, & majoribus Magistratibus, aut aliquis magnis viris, si aderunt. Abacus quoque à latere Epistolæ ea omnia, quæ in dicta die Purificationis enumeravimus, continens accomodetur. Super altari etiam ponentur eadem paramenta, pro Episcopo, eodem ordine, ut ibi dictum fuit, ante altare pallium violaceum. Custodes etiam, si opus erit, adhibeantur, qui populi pressuram cohibeant. Episcopus hora competenti eodem modo, & ordine cum cappa veniet ad Ecclesiam, orabit, ascendet ad sedem suam, capiet paramenta, & pariter Canonici, prout ibidem latius explicatum fuit. Quibus expeditis, dictis Epistola, & Evangelio prout in Missali, Episcopus stans in sua sede sine mitra, incipiet benedictionem palmarum, manibus junctis dicens [*Dominus vobiscum.*] Cappellano librum sustinente, deinde cantans Orationes, in tono feriali incipiens ab ea, videlicet [*Auge fidem, &c.*] Tum præfationem, & alias quinque orationes sequentes. Cum dicitur quinta Oratio, videlicet [*Deus qui per olivæ ramum, &c.*] accedunt duo Acolythi; unus cum thuribulo, & navicella; alter cum vase aquæ benedictæ, & aspersorio ad Episcopum cum debitis reverentiis; qui

Digitized by Google

dicta per eum sexta oratione, videlicet [*Benedic quæsumus Domine, &c.*] imponit thus in thuribulum: cum solita benedictione aspergit palmas & thurificat, ministrante Presbytero assistente parato, ut ibi: tum adhuc stans eodem vocis tono dicit [*Dominus vobiscum*] & septimam orationem, videlicet [*Deus qui filium tuum &c.*] qua completa, sedet, & accipit mitram. Tunc dignior ex Canonicis præbet ei palmam pulchriorem acceptam de manibus Sacristæ, vel alterius ad id deputati, osculando palmam, & manum; quam Episcopus tradit tenendam alicui suo Cappellano; nec refert, an dicta palma pro commoditate Episcopi sit brevior, vel longior cæteris; dummodo sit pulchrior ornatu. Ponitur eidem mappa per Acolythos ex abaco allata super gremio Episcopi, quam ipse hinc inde genuflexi tenent usque ad finem distributionis palmarum: & elevantur hinc inde fimbriæ pluvialis ipsius per Diaconos assistentes, Episcopus tunc incipit palmas distribuere Canonicis & aliis eodem ordine, prout de Candelis dictum fuit; & chorus tunc incipit Antiphonam [*Pueri hebræorum, &c.*] Finita distributione, Episcopus more consueto lavat manus; accedunt ad eum duo Acolythi ceroferarii cum candelabris, ac cereis accensis: ipse verò, deposita mitra, surgit, & cantat ex libro [*Dominus vobiscum*] deinde orationem ultimam, videlicet [*Omnipotens sempiterne Deus, &c.*] Qua finita, sedet, accipit mitram, ponit thus in thuribulum, ministrantibus Presbytero assistente, & Acolytho; ordinatur per Cæremoniarium processio circum Ecclesiam eodem ordine, prout ibi dictum fuit, & omnes gerunt suas palmas in manibus. Episcopus autem illam sinistra defert, & dextera benedicit. Exire debet processio extra portam Ecclesiæ, & antequam crux processionis ingrediatur dictam portam, prævenient aliqui Cantores illam ingredientes, & mox claudentes, & versus ipsam processionem cantantes Versiculum [*Gloria, Laus, & honor, &c.*] respondentibus aliis Cantoribus extra portam, prout traditur in Missali ordinario. Cantatis omnibus versiculis, vel eorum parte, prout tempus, & occasio expostulabit. Subdiaconus portans crucem tangit cum illius hasta portam, quæ statim aperitur, & processio ingreditur, choro cantante Antiphonam [*Ingrediente Domino, &c.*] Interim Canonicus

Digitized by Google

nicus Missam celebraturus cum Diacono, & Subdiacono debent esse parati, & remota mensa, Canonici ingressi chorum deponunt paramenta, & palmas; quas resumunt, dum cantatur Passio & Evangelium. Proceditur ad Missam, & omnia observantur, prout in die Purificationis dicitur: sive celebraturus sit Episcopus, sive non, ut ibi. Differentia erit tantum, quod Diaconus, & Subdiaconus hac die utantur planetis anteplicatis, & observant regulam, illas deponendo, & accipiendo, prout supra in Capitulo de Dominicis Adventus dictum fuit. Cum Subdiaconus in Epistola pronuntiabit verba illa [*Ut in nomine JEsu omne genuflectatur.*] Episcopus, & omnes usque ad terram genuflectent, & permanent genuflexi usque ad illa verba [*Et infernorum*] inclusive. Tres, qui passionem sunt cantaturi, dum cantatur Epistola, & Tractus, parantur amictu, alba, cingulo, stola ab humero sinistro pendente, coloris violacei, in Sacristia, & circa finem tractus, procedunt à Sacristia, hoc ordine. Antecedit Cæremoniarius, tum illi, qui Evangelistæ personam agit, portans sibi librum, deinde, qui turbarum, ultimo qui Christi, sequentibus tribus Cappellanis cum cottis sine candelabris, & sine incenso: & factis altari, & Episcopo debitis reverentiis, accedunt ipsi tres ad osculum manus Episcopi eodem ordine; nullam tamen petunt benedictionem: deinde descendunt ad locum, ubi cantant passionem versus cornu Evangelii, seu in pulpito, secundum consuetudinem Ecclesiarum, & Cappellani tres antedicti stant contra illos, quorum qui est medius, tenet librum, quem inter se mutuant æquali spatio, & dum recitatur Passio, prout Cæremoniarius eos prius admonuit, & in ipso actu, cum tempus est, eisdem significat nutu. Cum Passio inchoatur, celebrans cum suis assistentibus legit Passionem tenens palmam in manibus, & stans in cornu Epistolæ: & Episcopus & omnes surgunt, detecto capite, palmas manibus tenentes usque ad finem Passionis, in qua dum recitatur [*JEsus autem exclamans voce magna emisit Spiritum.*] Episcopus in sua sede, & omnes in suis locis genuflectunt, etiam ipsi Cantores, & Cappellani. Deinde surgunt, & is qui Evangelistam agit, perficit suam lectionem, iisdem comministris

stris adstantibus, ut prius: qua finita, Episcopus sedet, & accipit mitram, deposita palma. Tunc Diaconus Evangelii, deposita planeta, eaque, sive alia duplicata, super humerum sinistrum posita, & sub brachio dextero colligata, portat librum ad altare, mox vadit ad osculum manus Episcopi, ducente Cæremoniario, & revertitur ad altare, dicens genuflexus [*Munda cor meum, &c.*] Interim Episcopus ministrante Acolytho, vel Cæremoniario, ac Presbytero assistente, imponit incensum more consueto. Diaconus cum libro ante pectus, præcedentibus thuriferario, & duobus Acolythis sine candelabris subsequente Subdiacono, petit benedictionem, incensat librum, & cantat Evangelium [*Altera autem die, &c.*] Ad elevationem solus tenet Episcopus palmam; cætera ut in aliis Missis.

CAPUT XXII.

De Matutinis Tenebrarum quartæ, quintæ, & sextæ Feriæ majoris hebdomadæ.

POst dominicam palmarum nullæ occurrunt solemnitates, quæ indigeant speciali declaratione, ante officium Tenebrarum: nam licet Tertia, & quarta feria celebrari solet Missa solemnis, & infra eam decantari passio Domini Nostri Jesu Christi, celebrabitur secundum ritum, & Cæremonias, quæ observari solent in diebus ferialibus, prout superius declaratum fuit, præsente vel absente Episcopo. Passio autem recitabitur, prout præcedenti Dominica dictum fuit, tam quoad habitum, & numerum ministrorum, quam quoad alias cæremonias. Ipsa verò quarta feria hora 21, vel circa, Episcopus veniet cum cappa ad Ecclesiam, sequentibus Canonicis: & ingrediens Ecclesiam cooperit sibi caput caputio cappæ; &, si erit Archiepiscopus, non defertur crux ante eum in Matutinis horum trium dierum. Ecclesia autem, tribuna, altare, & sedes Episcopi poterunt remanere parata, prout fuerunt Dominica præterita, seu aliquanto parcius, vel remissius: & à latere Epistolæ ponitur candelabrum triangulare accommodatum ad sustinendos quindecim

Digitized by Google

decim cereos ceræ communis ponderis unius libræ vel circa singulos, qui paulo ante Adventum Episcopi accenduntur simul cum cereis altaris ex eadem cera communi. Episcopus factis solitis orationibus, sibi ipsi trahens cappæ caudam per terram, accedit ad suam sedem, nullo sibi tunc Canonico assistente, sed tantummodo aliquibus Cappellanis cum cottis circa eum stantibus. Quod si magis placeret accedere ad chorum apud Canonicos, esset laudabile. Postquam Episcopus aliquantulum quieverit in sua sede, surgit, surgentibus omnibus, & detecto capite, dicit versus altare secretè [*Pater noster Ave Maria & Credo.*] usque ad finem, tum sibi, ipse caput tegit eodem caputio, & sic stat, quousque chorus dixerit Antiphonam. [*Zelus domus tuæ. &c.*] qua finita, & incepto psalmo, sedet, & Cappellani aptant fimbrias cappæ: similiter Canonici, & alii omnes sedent. Finito quolibet psalmo, Cæremoniarius vel aliquis Cappellanus accedit cum debitis reverentiis cum instrumento apto ad extinguendum ad candelabrum triangulare, & extinguit cereum in illius extremitate positum à latere Evangelii; deinde in fine alterius Psalmi alterum ab alio latere, & sic successive alternatim ab utroque latere singulos cereos extinguit in fine cujuslibet Psalmi, tam primi quam sequentium Nocturnorum & Laudum. Finita Antiphona tertii Psalmi, in quolibet Nocturno, cum dicuntur versiculi, Episcopus surgit, surgentibus omnibus; caput detegit, & finito Responsorio dicit secretè totum [*Pater noster*] ut prius; quo finito, recto capite, sedet, sedentibus omnibus. Tunc cantores accedunt cum debitis reverentiis altari & Episcopo ad legile præparatum in medio chori, seu ad locum consuetum, secundum consuetudines Ecclesiarum: & ibi cantant lamentationes; quibus finitis, ac factis reverentiis altari, & Episcopo, recedunt. Lectiones secundi & tertii nocturni cantant vel ipsi cantores, vel Canonici pro more Ecclesiarum, incipiendo a Junioribus singuli singulas. At Benedictus Episcopus surgit, detecto capite surgentibus omnibus. Cum dicitur Versiculus [*ut sine timore, &c.*] Cæremoniarius, seu aliquis Cappellanus cum instrumento apto extinguit singulatim ad quemlibet Versiculum singulos cereos altaris, incipiendo

Digitized by Google

à cornu Evangelii, & pariter omnia alia lumina, si qua sint per Ecclesiam, extinguuntur, præterquam ante Sanctissimum Sacramentum, ita ut in fine Benedictus reperiantur omnia extincta. Cum repetitur Antiphona post [*Benedictus*] Cæremoniarius, sive alius Cappellanus, removet ex candelabro triangulari unicum cereum accensum, in cuspide trianguli positum, eumque accensum elevata manu sustinet super cornu Epistolæ altaris, vel super parvula mensa, & cum inchoatur [*Christus factus est pro nobis*] illum sic accensum abscondit retro altare, vel alio modo. Interim Episcopus descendit à sede, & genuflectit super faldistorio præparato ante altare, omnibus genuflectentibus: & statim chorus incipit sub silentio [*Pater noster*] mox psalmum [*Miserere*] modulata, sed horribili voce. Quo finito, Episcopus genuflexus, ac capite aliquantulum inclinato, vel ex libro, vel memoriter recitat clara voce orationem [*Respice quæsumus, &c.*] usque ad [*qui tecum*] quod secrete complet. Qua oratione finita, Cæremoniarius manu scabellum, seu librum percutiens per breve spatium strepitum, fragoremque facit, & à cæteris fit, donec Cæremoniarius cereum prædictum accensum, qui fuerat absconditus, in medium profert, quo prolato, omnes cessare debent à strepitu. Finito strepitu, Episcopus, & omnes surgunt, & recedunt eodem modo, & ordine quo venerant. Eadem servantur in duobus sequentibus Matutinis tenebrosis, hoc tantum excepto, quod altare, sedes Episcopalis, & tota tribuna, ac pavimentum penitus denudetur: poterit tamen in sede Episcopi adhiberi pulvinar, pro ejus commoditate, si volet; & advertatur ut officium perficiatur hora tarda, hoc est, sole occidente.

CAPUT XXIII.

De Officio & Missa feriæ quintæ in Cœna Domini.

QUia hac die plura occurrunt officia in Ecclesia Dei peragenda, scilicet, pœnitentium reconciliatio, Olearum consecratio, Missa, processio, ac repositio Sanctissimi Sacramenti, ac demum mandatum; subjungemus ea tantum, quæ ad Missam, processionem Sacramenti, & Mandatum pertinent. Cætera namque in pontifi-

cali

cali libro late explicantur, unde sumi possunt. Præparandum igitur, ornandumque erit aliquod scabellum intra Ecclesiam, quo pulchrius, magnificentiusque poterit, multis luminibus ornatum, in quo post Missam illius diei recondendum sit Sanctissimum Sacramentum; & in eo altare cum sex candelabris, ac cereis. Præparetur etiam baldachinum album perpulchrum, thuribula duo cum navicula, velum unum parvum pro Sacramento, alterum magnum, & amplum, quod circum humerum Episcopi ponetur, dum Sacramentum portabit; & ambo hæc vela sint sericea, vel aurata, aut pulcherrime ornata; calix amplior, & pulchrior cæteris, ubi Sacratissima Hostia reponetur; funalia, seu candelæ ceræ albæ in numero sufficienti pro Canonicis, & Clericis; una inter eas picta, & ornata pro Episcopo, quam unus ex suis Cappellanis, vel Scutiferis deferet, in processione accendenda; item duæ hostiæ consecrandæ; item vas argenteum, seu aureum cum multis particularis consecrandis pro communicandis Canonicis, & clero. Summo mane Episcopus, si ipsemet erit celebraturus, veniet ad Ecclesiam ordine consueto cum cappa, associatus â Canonicis; parabitur in Sacristia, vel Secretario, ut aliàs; & interim dum dicetur Nona, capiet Sandalia, leget Psalmos sine gloria Patri; & in fine cum dicitur â choro [*Christus factus est, &c.*] genuflectit ante altare; & finito Psalmo [*Miserere, &c.*] genuflexus dicet orationem [*Respice, &c.*] mox redibit ad sedem; deponet cappam; lavabit manus; accipiet sandalia & paramenta alba, ut aliàs; & cum eo parabuntur Canonici, & perficiet, si volet ea, quæ supra dicta sunt, secundum rubricas libri Pontificalis circa reconciliationem pœnitentium, & oleorum consecrationem; procedetque in Missa cum solitis Cæremoniis, & prout in Missali Romano, & ut supra dictum est in cap. de Missa solemni. Paulo ante Communionem Cæremoniarius, vel alius Cappellanus, portat ex abaco ad altare supradictum calicem magnum vacuum, & dicta duo vela; sumptaque communione Corporis, & sanguinis, antequam se purificet Episcopus, reponet Sacramentum in calice, quem Diaconus palla, & patena desuper posita, ac demum velo serico cooperit, & in medio altaris reverenter collocat: deinde, antequam se purificet, communicat

Digitized by Google

nicat primum Diaconum, & Subdiaconum, deinde omnes Canonicos paratos, & alios Sacerdotes de Ecclesia, qui stolam à collo pendentem, supra cottam habere debent, & denique omnes de clero eo modo, & forma prout latius explicatur in Capitulo de Missa in die Paschæ per Episcopum celebranda, & communione generali. Sed hodie Diaconus, & Subdiaconus assistentes, & cæteri Canonici parati faciem Episcopi celebrantis non osculantur. Finita communione, Episcopus se purificat, & abluit digitos, & facta reverentia cum genuflexione Sanctissimo Sacramento, retrahit se extra cornu Epistolæ, versa facie ad populum, ubi lavat manus sine mitra: & eundo, & redeundo ad altare semper usque ad terram genuflectit ante Sacramentum: & dum vertit se ad populum dicturus [*Dominе vobiscum*] non utique in medio altaris vertit renes Sacramento, sed versus latus Epistolæ, dicto [*Ite Missa est*] Episcopus sine mitra stans in latere Epistolæ dabit benedictionem solemnem, sed Indulgentiæ publicabuntur in loco, ubi reponitur Sacramentum. Cum Episcopus post Missam dicturus erit Evangelium [*In principio, &c.*] nullum signum faciet super altari, ut aliàs; quo finito, retrahens se ad suam sedem deponit sacras vestes usque ad stolam exclusivè; & accipit pluviale album. Interim Canonici parati accipiunt cereos accensos: & digniores ex beneficiatis, sive ex mansionariis parati pluvialibus capiunt hastas baldachini. Episcopus accepto pluviali, & mitra, stans ponit incensum in duo thuribula absque benedictione; & non osculata manu Episcopi, ministrante Presbytero assistente, ut aliàs. Quo facto, redit ad altare, ubi nudo capite genuflexus super pulvino, accepto altero ex dictis duobus thuribulis ab assistente Presbytero, incensat Sacramentum triplici ductu: tum imponitur super ejus humeros velum, & firmatur spinulis; & Diaconus assistens, & non alius cum debitis reverentiis capit Sacramentum de altari, & illud stans offert Episcopo genuflexo sine reverentia, & sine osculo, versus Episcopum. Sed postquam illud in manibus Episcopi reliquit, genuflectit; Episcopus verò cum Sacramento surgit, & statim Cantores incipiunt Hymnum [*Pange lingua, &c.*] Ministri assistentes hinc inde elevant fimbrias anterio-

ros

Digitized by Google

res pluvialis. Cæremoniarius verò, vel aliquis Cappellanus, dum Episcopus ascendit vel descendit per gradus, elevat extremitatem vestis anterioris à parte anteriori, & nobilior laicus, vel alius juxta consuetudinem loci, quid adest, sublevat pluviale à posteriori parte. Episcopus intrat subbaldachino portans Sacramentum devotè. Canonici parati cum candelis præcedunt ordine solito. Cum pervenerint ad Sacellum, ubi Sacramentum deponi debet, relinquitur extra illud baldachinum, & Cantores in cantu pio, & devoto cantant [*O salutaris hostia, &c.*] vel [*Tantum ergo Sacramentum, &c.*] donec Sacramentum fuerit per Episcopum repositum, & incensatum. Cum Episcopus erit ante supremum gradum altaris, Diaconus accipiet de manu ipsius stantis Sacramentum genuflexus, fine osculo manus, quod deponet super altari in loco præparato, cooperiens velo undique calicem. Et interim Episcopus paulo retrocedens, stans imponet incensum in altero ex thuribulis, & rursus genuflexus Sacramentum incensabit triplici ductu, & ascendens altare, eodemque cum genuflexione deosculato, dabit benedictionem solemnem, stans sine mitra in lævere Epistolæ, accepto baculo pastorali, dum dicit [*Pater noster, &c.*] & Presbyter assistens tum publicabit Indulgentias quadraginta dierum more solito: & Canonici deponunt paramenta, & revertuntur in chorum ad Vesperas; quibus finitis, denudentur altaria, & omnia, & deinde fit mandatum, ut in sequenti capitulo. Quod si Episcopus necessario impedimento præpeditus non celebraret hanc Missam, sed illi per alterum celebratæ interesset paratus, ut aliàs, saltem non omittat portare Sacramentum in processione, quo casu Canonici accipient paramenta in fine Missæ, & demum, reposito Sacramento, accedere ad mandatum & lavare pedes pauperum, vel Canonicorum, ut infra.

CAPUT XXIV.

De Mandato, seu lotione pedum.

EXpletis Vesperis in Ecclesia, Episcopus descendit ante altare, ubi facta oratione, surgit, & deponit pluviale, stolam, & cingulum albi coloris, & accipit eadem coloris violacei cum mitra simplici; Diaconus autem, & Subdiaconus, qui in Missa ministrarunt,

Digitized by Google

retinent eadem paramenta, prout est in missa, & præcedentibus Canonicis, & cruce Archiepiscopali, si sit Archiepiscopus, procedit ad locum, ubi parati sunt pauperes, quibus lavandi sunt pedes. Sed quia circa hoc diversi sunt ritus Ecclesiarum; alicubi enim est in usu vestire sumptibus Episcopi, vel Capituli tredecim pauperes, eosdemque cibo, & potu reficere, & mox suo tempore eisdem pedes lavare, & eleemosynam præbere; alibi Episcopi lavant pedes tredecim ex suis Canonicis; ideo relinquetur hoc faciendum juxta consuetudinem Ecclesiarum, vel arbitrio Episcopi, si majuerit pauperibus lavare, etiam in locis, ubi sit consuetudo lavandi Canonicos; videtur enim pacto majorem humilitatem, & charitatem præ se ferre, quam lavare pedes Canonicis. Si igitur lavandi erunt pedes tredecim pauperibus, præparabuntur in Ecclesia ubi magis conveniet, seu in aula capitulari, vel alio loco consueto & idoneo, infrascripta; videlicet, Faldistorium seu sedes pro Episcopo in capite aulæ, abacus, seu mensa capax, mappa nitida superposita cum duobus candelabris, & cereis albis ardentibus; Erunt super ea plures pelues, seu lances argentei, si haberi poterunt, cum urceis aqua aliquantulum calida implendis, & ad minus duo; alia Lanx similis cum tredecim mappulis ad extergendos pedes, & alia cum pecuniis pro eleemosyna pauperibus donandis, pro unoquoque æquali portione divisis, item linteum, quo Episcopus præcingi debet; vas cum aqua calida, & aliud cum frigida; vasa etiam cum mantili pro lavandis manibus Episcopi post lotionem pedum; thuribulum cum navicula, & incenso per Acolythum tenendum; vas cum carbonibus ardentibus; ipsa mensa jam dicta, ac vasa, & totus ille locus floribus, & herbis odoriferis aspergatur. Præparetur etiam pulpitum, seu legile pallio serico, seu auriphrygiato coopertum super quo liber Evangelii ponatur, cum illud cantandum erit, à latere sinistro Episcopi, & aliud nudum pro cantoribus; liber Evangeliorum, liber pro Episcopo, repagula pro Episcopo ne opprimatur; scamnum oblongum, & præaltum à dexteris panno viridi coopertum, super quo sedebunt pauperes tredecim jam dicti, novis vestibus albi coloris indueti, dexterum pedem denudatum habentes. His omnibus præparatis,

Digitized by Google

tis, Episcopus, ut dictum est, finitis Vesperis, vel â prandio, prout Episcopo commodius videbitur, paratus, ut dictum est, cum suis ministris illuc accedit; sedet in sua sede, vel faldistorio sibi parato. Tunc Acolythus cum thuribulo, & navicula ad eum accedet; & Episcopus, ministrante Presbytero assistente naviculam, imponit incensum in thuribulum, & benedicit more solito. Quo facto, Diaconus, ut supra, gerens ante pectus librum Evangeliorum, accedit cum Subdiacono, & duobus ceroferariis ante Episcopum, â quo genuflexus simul cum aliis jam dictis petit benedictionem dicens [*Jube Domine, &c.*] cui Episcopus respondet [*Dominus sit in corde tuo, &c.*] Diaconus, benedictione accepta, surgit cum ministris suis; accedit ad locum Evangelii cantandi, & libro posito Evangeliorum super legili, quem Subdiaconus â tergo ambabus manibus retinet; & si erit Archiepiscopus, Cappellanus crucem tenens stabit prope ipsum Diaconum, facie crucifixi versa ad Archiepiscopum: Duo ceroferarii stabunt hinc inde â lateribus legilis, faciebus ad Diaconum cantantem versis. Tunc Diaconus dicit cantando [*Dominus vobiscum*] Signat, incensat, & cantat Evangelium more solito; videlicet [*Ante diem festum Paschæ, &c.*] Quo finito Subdiaconus portat librum Evangeliorum apertum osculandum Episcopo, nullam ei reverentiam faciens, nisi post Evangelium deosculatum. Acolythi ceroferarii, factis debitis reverentiis, reportant tunc candelabra ad abacum; & amovetur legile. Diacon', capto thuribulo de manu thuriferarii incensat Episcopum stantem in sua sede cum solitis suis assistentibus hinc inde triplici ductu; mox recedit cum Subdiacono ad partem; & Cantores tunc incipiunt, & prosequuntur Antiphonam [*Mandatum novum do vobis, &c.*] prout in Missali: Episcopus deponit pluviale, & accipit linteum ex abaco allatum per aliquem Cappellanum, quo præcingitur; & retinens in capite mitram simplicem, accedit ante primum pauperem, & genuflexus super pulvino, quem Cæremoniarius, sive aliquis Cappellanus, continuo trahit, afferentibus pelues, & urceos scutiferis clericali habitu indutis, lavat illi pedem dexterum, quem totum tergit, & osculatur, tradens ei eleemosynam: item facit successivè singulis. Scutiferi autem, si tot erunt, singu-

Digitized by Google

li pro singulis pauperibus serviunt, si pauciores, mutantur per vices. Lotis manibus, revertitur Episcopus ad sedem suam, ubi lavat manus, scutifero altro, seu nobili ante eum Lancem cum urceo portante cum solitis Cæremoniis & illico adsunt duo ceroferarii cum candelabris, & cereis accensis Cæremoniario eos ducente ante Episcopum, qui depósito linteo, & accepto pluviali, ac depósita mitra surgit, & dicit voce intelligibili]*Pater noster*] quod secrete complet usque ad Versiculum [*Et ne nos*] quem altè pronuntiat, respondentibus Cantoribus, [*Sed libera nos à malo*] deinde Versículos, & orationem, prout in Missali. Quibus finitis, Episcopus altè elevans manum, facit signum crucis versus omnes existentes, in dicta aula, nihil dicens, & statim deponit sua paramenta, & pariter ejus ministri, & recedunt. Si Canonici erunt, quibus lavandi sunt pedes, sedebunt in dicto scamno in eorum habitu Canonicali, denudatis pedibus dexteris, & Episcopus eodem ordine lavabit illis pedes, terget, & osculabitur, prout de pauperibus dictum est, incipiendo à digniori, sed non datur eleemosyna. In cæteris servantur omnia supradicta: absente Episcopo, & in Collegiatis serventur rubricæ Missalis.

CAPUT XXV.

De officio feriæ sextæ in Parasceve Episcopo celebrante.

SI Episcopus velit ipsemet celebrare in die parasceves, serventur infrascripta: videlicet, altare, sedes Episcopi, sedilia Canonicorum, & aliorum, ac tota tribuna sint penitus denudata, in abaco mappa superponatur, sed à nulla parte pendeat; ubi erit tantum pelvis cum urceo ad lavandas manus, & alia ad recipiendum pecunias, quæ cruci offeruntur, in ipso, & in altári candelæ ex cera communi extinctæ super candelabris sint, sed nullæ imagines, aut alia ornamenta super altari collocentur, præter crucem, & candelabra.

Digitized by Google

delabra. Præparetur pannus, vel tapete oblongum, seu pannus violaceus extendendus suo tempore pro adoratione crucis, magnus item pulvinus ex serico villoso violaceo, auroque; factus, ubi crux erit ponenda, & velum album serico violaceo intertextum, super eo explicandum; scabellum, seu faldistorium nudum, super quo Episcopus ante altare genuflectat. Paramenta autem Missalia erunt nigri coloris, & pro Diacono, & Subdiacono planetæ ante plicatæ, & pluviale ejusdem coloris pro Presbytero assistente. Hora competenti Episcopus veniet ad Ecclesiam cum sua cappa, associatus more solito, ut in Matutinis hujus hebdomadæ, orat, ante Sanctissimum Sacramentum, & altare majus, & intrat secretarium, ubi pariter altare, & omnia nudata, præter crucem velatam, & cerei extincti super eo: ibi cum cappa ascendet ad sedem suam nudam ibidem præparatam, & stans, detecto capite, versus altare dicit secrete [*Pater noster*] Quo finito, chorus recitat Nonam. Incepto primo psalmo, Episcopus sedet. Interim Canonici Evangelium, & Epistolam cantaturi capiunt sua paramenta, præter manipulum, & planetam, & sic in albis remanent, donec erit tempus parandi Episcopum. Cum dicitur in fine Nonæ [*Christus factus est &c.*] Episcopus genuflectit ante altare super scabello, vel faldistorio nudo, capite detecto, & finito Psalmo [*Miserere*] dicit genuflexus orationem [*Respice quæsumus Domine, &c.*] mox revertitur ad dictam sedem; deponit cappam, & sedens lavat manus more solito. Deinde per Diaconum, & Subdiaconum paratur solitis paramentis, exceptis sandaliis, & chirothecis, quibus hodie non utitur; dicit orationes solitas ad paramenta, non tamen Psalmum [*Quam dilecta, &c.*] cum aliis Episcopus, & omnes utuntur paramentis nigris si haberi possunt, & deficientibus nigris, coloris violacei. Cum Episcopus incipit parari, Canonici pariter capiunt paramenta convenientia prout suo loco dictum est. Diaconi habeant planetas ante pectus plicatas, & Canonicus Presbyter digniori Presbytero proximus serviet hac die Episcopo in assistentia cum pluviali nigro. Episcopus paratus sedet aliquantulum, Dia-

Digitized by Google

conus, & Subdiaconus capient manipulos, & planetas ante plicatas. Si erit Archiepiscopus, præcedet Cappellanus cum cruce velata inter duos ceroferarios cum candelis extinctis, & sine incenso, præcedentibus Clero, & Canonicis paratis, procedet ad altare more solito. Si non erit Archiepiscopus, non portatur crux. Episcopus ante altare procumbit, & genuflexus super nudo genuflexorio depositâ mitrâ diutius orat, quod & omnes alii faciunt: & interim extenditur per Acolythos, aut Cæremoniarios mappa super altari. Postquam Episcopus oravit, surgit, osculatur altare, & resumpta mitra sedet super nuda cathedra, seu faldistorio posito in cornu Epistolæ altaris, ita ut faciem vertat, ad cornu Evangelii. Neque hac die unquam sedet in sua sede Episcopali in hoc officio, nisi in fine, ut infra. Presbyter assistens sedet super primum gradum ad pedes Episcopi, & post eum in eodem gradu Diaconus, & Subdiaconus, & prope ipsos duo alii Diaconi assistentes, ubi solent assistere. Tunc unus ex beneficiatis cotta indutus, comitante Cærimoniario, cum debitis reverentiis, sibi ipsi librum tenens, dicit primam Prophetiam sine titulo in loco, ubi legitur Epistola, & sine osculo manus Episcopi. Qua finita, relinquit librum in manu Cæremoniarii, & factis debitis reverentiis, revertitur ad locum suum: Episcopus vero, dum Tractus cantatur, legit ex libro dictam prophetiam sine candela accensâ, ministris tamen assistentibus circa eum stantibus. Finito Tractu, Episcopus surgit, & omnes surgunt, amovetur faldistorium, & stans ibidem versus altare dicit [*Oremus*] Diaconus â dexteris [*Flectamus genua.*] & omnes genuflectunt. Subdiaconus â sinistris [*Levate*] & omnes surgunt; Episcopus dicit orationem. Interim Subdiaconus deponit planetam, & portans, & tenens librum cantat Epistolam, sive alteram prophetiam in loco jam dicto, qua finita, absque osculo manus resumit planetam, & redit ad locum suum. Episcopus sedet, & dum cantatur Tractus legit eandem, & Tractum, servientibus sibi solitis ministris, dum per chorum cantatur Tractus, tres Cappellani, seu Cantores, qui passionem sunt cantaturi, parantur in sacri-

Digitized by Google

ſacriſtia habitu Canonicali, præter dalmaticam, prout Dominica præterita dictum fuit, coloris tamen nigri; & circa finem Tractus procedunt eodem ordine cum tribus Cappellanis ſine candelabris, & ſine incenſo, & cantant paſſionem, prout ibi dictum fuit, ſed non oſculantur manum Epiſcopi. Epiſcopus, & omnes cum inchoatur Paſſio, ſurgunt, & ſtant, detecto capite, usque ad ejus finem; & Epiſcopus apud altare in Cornu Epiſtolæ legat ſecrete ex libro ſuper altare poſito paſſionem usque ad finem, verſus aliquantulum ad ipſos cantantes. Cum Cantores pervenerint ad ea verba [*Et inclinato capite, &c.*] Epiſcopus & omnes in ſuis locis genuflectunt, ſic parumper manentes, vel orantes, & ſurgente Diacono, ſeu cantore, qui Evangeliſtæ perſonam gerit, omnes ſurgunt, ſtantes, & audientes reliquum paſſionis, uſquequo legendum ſit in tono Evangelii. Tunc Epiſcopus, & omnes ſedent, & Cantores qui cantaverunt paſſionem, cum debitis reverentiis diſcedunt. Tunc Diaconus Evangelii, depoſita planeta & accepta altera complicata ſuper humerum ſiniſtrum, portat librum ad altare, dicit genuflexus [*Munda cor meum, &c.*] reaſſumit librum, & vadit cum Subdiacono, & duobus Acolythis ſine luminibus, & ſine incenſo, & nulla petita benedictione, cantat reliquum Paſſionis in tono Evangelii. Quo finito, Diaconus cum aliis, qui ſecum erunt, factis debitis reverentiis, revertuntur ad loca ſua. Tunc, ſi ſermo eſt habendus, ducitur Sermocinator in habitu convenienti ante Epiſcopum per Cæremoniarium, qui genuflexus petit Indulgentias abſque benedictione, & cum debitis reverentiis vadit ad pulpitum, & habet ſermonem. Epiſcopus tunc ſedet in eodem cornu Epiſtolæ, ſed verſus ad ſermocinantem: alii omnes, ſedente Epiſcopo, ſedent. Statim finito ſermone, ſermocinator pronuntiat Indulgentias ab Epiſcopo conceſſas. Non fit confeſſio, nec abſolutio, nec datur benedictio, ſed ſtatim Epiſcopus ſurgit, depoſita mitra, & remota cathedra, & ſtans in eodem loco cantat ex libro orationes, ut in ordinario. Diaconus dicit [*Flectamus genua*] Subdiaconus vero [*Levate*] advertendo ubi dicendum erit, prout in ordinario. Finitis

Digitized by Google

nitis orationibus, Episcopus deponit planetam apud faldistorium: & interim dum dicuntur ultimæ orationes, ministri extendunt tapete magnum, vel pannum violaceum ante gradus altaris, vel Presbyterii, & super primos ejus gradus ponunt pulvinar amplum, & super eo velum, seu mappam sericeam, ut supra, ubi ponenda erit crux: Episcopus, deposita planeta, redit ad angulum posteriorem cornu Epistolæ, facie ad populum versa. Tunc Sacrista capiens crucem de medio altaris illam porrigit Diacono, qui eandem dat Episcopo, qui eam devote accipiens, manu dextera detegit illius summitatem usque ad transversum crucis, & ambabus manibus illam elevans voce gravi cantat, [*Ecce lignum crucis, &c.*] secundum notas in ordinario appositas; Presbytero assistente librum tenente: quod cum dicit, detecto capite, surgunt; Cæremoniarius, & alii Cappellani, qui circa altare manent, prosequuntur in cantu verba [*In quo salus mundi pependit, &c.*] & chorus respondet [*Venite, adoremus.*] quo casu omnes genuflectunt, excepto Episcopo celebrante. Item secundo facit, & cantat Episcopus discooperiendo brachium dexterum crucis, & caput figuræ Crucifixi, procedens ad anteriorem partem anguli prædicti; & tertio discooperiendo totam crucem ante medium altaris, semper altius vocem extollendo, & idem respondetur per Cappellanos & chorum, ut prima vice: pariter & ad illa verba [*Venite, adoremus.*] semper omnes genuflectunt. Quibus peractis, ipse Episcopus celebrans solus absque ministris procedit ad locum, ubi est positum pulvinum antedictum, portans crucem ambabus manibus elevatam devote, nullam tunc altari faciens reverentiam, & eam genuflexus ponit & firmat cordolis, si opus est, supra dictum pulvinum adjuvante Cæremoniario, qui paulo ante ponere debet prope ipsum pulvinum lancem, ubi pecuniæ quæ cruci offeruntur, ponantur, à dexteris adorandis. Deinde Episcopus redit ad suum faldistorium, ubi ministrantibus scutiferis, deponit calceos, & sic detecto capite descendit, ad crucem adorandam, medius inter duos Diaconos assistentes, & gradiens per dictum tapete, seu pannum, ter cum debita distantia genu-

Digitized by Google

genuflectit ante crucem, aliquantulum pro unaquaque vice orando; & demum crucem osculatur; prius tamen offert, seu offerre facit in Lancem ibi positam pecunias ad libitum. Postquam Episcopus adoravit crucem, revertitur ad suum faldistorium in cornu Epistolæ, reassumit calceamenta, & sedens legit improperia, ministrantibus solitis Cappellanis. Interim Canonici bini, & alii beneficiati, & de clero Ecclesiæ ordine eorum, deinde officiales, & nobiles laici adorant ordine, prout in die Cinerum, pro capiendis Cineribus dictum fuit. Quod si forte adesset Gubernator principalis, aut aliquis maximus vir, vel Princeps, qui aliàs soleat habere honorem ante Canonicos, in hoc actu ibit post Canonicos, sed ante alios de Clero, quia est actus humilitatis, in quo Laici debent Clericis deferre. Circà finem adorationis accenduntur cerei altaris, abaci, & tribunæ; & Diaconus, cum Subdiacono explicant mappam lineam super altari; Subdiaconus portat ex abaco corporalia cum purificatorio, quæ Diaconus extendit super altari; & finita adoratione, Sacrista reportat crucem ad altare, omnibus genuflectentibus, ut supra. Episcopus sedens lavat manus more solito cum mitra, mox illa deposita, reassumit planetam, & mitram per manus Diaconi, & imponit thus in thuribulum. Interim ordinatur processio ad accipiendum Sanctissimum Sacramentum de loco ubi pridie repositum fuerat, eaque de causa jam præparata esse debent decem, seu ad minus octo funalia ceræ albæ, item baldachinum, & duo thuribula, cum incenso, & igne. Præcedet Subdiaconus cum cruce inter duos ceroferarios cereos accensos deferentes, & sequuntur primo clerici, & beneficiati, seu Mansionarii, deinde Canonici, secundum eorum ordinem; videlicet primo juniores, deinde digniores, ultimo loco Episcopus cum mitra medius inter Diaconos assistentes, & si fuerit Archiepiscopus crux portabitur ante Canonicos; & cum discedunt Episcopus, & omnes reverentiam faciunt cruci cum genuflexione. Cum Episcopus pervenerit ante fores sacelli, ubi est repositum Sacramentum, deponit mitram, & statim ingressus sacellum genuflectit, & ante altare iterum genuflectit super pulvino, & orat parumper: mox surgit, & stans imponit incen-

Digitized by Google

sum, ministrante Presbytero assistente, in duo thuribulo, nihil dicens: & rursus genuflexus super pulvino incensat triplici ductu Sacramentum, Sacrista aperiente capsulam, ubi includitur: & statim apponitur velum perpulchrum circa humeros Episcopi, & acubus firmatur, ut æqualiter hinc inde pendeat; tunc primus Diaconus assistens accipit Sanctissimum Sacramentum de dicta capsula, illudque in manibus Episcopi reverenter collocat, & statim genuflectit. Episcopus capit calicem, ubi est Sacramentum, velo coopertum ambabus manibus, velo, quod circa humeros habet, coopertis, & illud portat reverenter sub baldachino, quod deferunt beneficiati parati cum pluvialibus, si haberi poterunt, & illis deficientibus, cum cottis, præeuntibus Cappellanis cum funalibus accensis, & duobus Acolytis, cum duobus thuribulis continuò incensantibus Sacramentum; & revertitur ad Cappellanum eodem ordine. Cantores cantant Hymnum, (*Vexilla Regis prodeunt.*) Cum pervenerit ad Cancellos Cappellæ, vel, ubi non sunt Cancelli, ad gradus Presbyterii, removetur baldachinum, & Diaconus Evangelii genuflexus ante gradus altaris accipit Sacramentum de manu Episcopi stantis, illudque reverenter collocat super altari: Episcopus depositio velo adhuc stans, ministrante Presbytero assistente, ponit incensum in thuribulum, & genuflexus in primo gradu altaris Sacramentum incensat triplici ductu; & ascendit ad altare, & accipit Sacramentum de Calice, & ponit supra patenam, quam Diaconus tenet, nihil dicens. Tunc Diaconus patenam cum Sacramento offert Episcopo; qui hostiam sacram super corporale ponit, nihil dicendo. Adde quod Diaconus ponit vinum, & aquam in Calice, sive benedictione, cum aliis, quæ latius explicantur fol. 100. 2. circa lineam primam. Quo facto iterum ministrante Presbytero assistente, imponit incensum in thuribulum, & facta genuflexione ante & post, incensa Sacramentum & altare more solito dicens: (*Incensum istud*, &c.) & (*Dirigatur Domine*, &c.) Cappellani hinc inde tenent funalia accensa usque Concionem, & observantur Cærimoniæ, prægustationis vini, & aquæ, ut aliàs; & Canonicus proximus priori Presbyterorum infundit vinum in manus Episcopi in purificatione, quod alias facere solet

solet prior Presbyterorum, & prosequitur Missa, prout in ordinario. Post Communionem Episcopus cum mitra lavat manus in cornu Epistolæ cum solitis Cærimoniis deinde ascendit ad sedem suam Episcopalem nudam, ubi deponit sacra paramenta, & postea statim, & assumit cappam lanceam violaceam: interim omnes alii deponunt paramenta, & dicuntur Vesperæ, & in fine Episcopus descendit, & genuflectit ante altare super genuflexorio nudo: cum dicitur: (*Christus factus est, &c.*) & finito Psalmo (*Miserere*) dicit Orationem (*Respice &c.*) & revertitur ad domum suam ordine, quo venit.

CAPUT XXVI.

De eodem Officio, Episcopo non celebrante, sed præsente, aut etiam absente, & in Collegiatis Ecclesiis.

PRæparentur & serventur omnia in præcedenti capitulo expressa, si celebrans sit Prælatus habens insignia Pontificalia; si verò non sit Prælatus, sed aliquis Canonicus, omnia prædicta similiter parentur, præter faldistorium & abacum; & ipse celebrans cum suis ministris paretur, in Sacristia ante Adventum Episcopi; qui hora congrua indutus cappa ex lana violacei coloris, associatus à Canonicis more consueto, venit ad Ecclesiam, orat prolixius ante altare super genuflexorio nudo genuflexus, & ad ejus sinistram aliquantulum post ipsum celebrans super scabello nudo cum Diacono & Subdiacono in nudo solo genuflectentibus, cumque oraverint prolixiùs solito, Episcopus surget, ascendet ad sedem suam, comitantibus duobus suis assistentibus, qui apud eum assistunt more solito; & celebrans vadit ad altare, & illud osculatur; deinde si sit Prælatus ad suum faldistorium; sin minus, ad scamnum nudum pro ipso, & suis ministris paratum. Tunc verò per Clericos & ministros extenditur tobalea, seu mappa super altari, quæ parum hinc inde pendeat. Episcopus hac die nulli manu, nec verbo benedicit, neque recipit osculum manus ab aliquo, sed nec ipse osculatur textum Evangelii nec incensatur, ut aliàs. Cum omnes consederint, aliquis ex beneficiatis, vel Cantoribus cotta indutus, ducente Cæremoniario, sibi

Digitized by Google

ipse librum deferens cum debitis reverentiis celebranti, altari, & Episcopo, accedit ad locum, ubi cantari solet Epistola, ubi alta voce cantat, primam prophetiam sine titulo, librum manibus tenens; qua finita, & factis iterum debitis reverentiis, redit ad locum suum, relinquendo librum super abaco, vel mensa, & recitatur per chorum Tractus (*Domine audivi*) post Prophetiam, quam simul cum tractu legunt, tam ipse celebrans, quam Episcopus, sedentes in suis sedibus, servientibus Episcopo de libro solitis Cappellanis, celebranti vero Subdiacono. Finito tractu per chorum, celebrans surgit, & si est Prælatus, stans ante faldistorium versus ad altare dicit: (*Oremus.*) & Diaconus retro ipsum: (*Flectamus genua.*) Subdiaconus verò (*Levate.*) Episcopus, & omnes tunc genuflectunt, & statim surgunt. Si verò non est Prælatus apud altare, celebrans autem cantat orationem (*Deus à quo & Judas, &c.*) in tono, uniformi, & feriali. Qua finita, sedet, sedente Episcopo, & omnibus. Tunc Subdiaconus, depositâ planetâ plicatâ, sumptoque libro, vadit cum Cæremoniario, factis debitis reverentiis, ad cantandum alteram Prophetiam in eodem loco; qua cantata, reassumit planetam plicatam, & celebrans, ac Episcopus legunt ipsam Prophetiam, & Tractum, ut prius, & dum per Chorum cantatur præfatus Tractus, tres Capellani seu Cantores, qui Passionem sunt cantaturi, parantur in sacristia, & circa finem Tractus ordine, prout supra præcedenti capitulo dictum est, cantant Passionem. Episcopus, celebrans, & omnes, cum inchoatur Passio, surgunt & stant detecto capite usque ad ejus finem: sed celebrans stat apud altare in cornu Epistolæ, & legit secretè ex libro super altari posito Passionem usque ad finem, versus aliquantulum ad ipsos cantantes, qui Passionem prosequuntur, & ea finita, Diaconus cantat Evangelium, seu reliquum Passionis in tono Evangelii, servatis omnibus, quæ superius in præcedenti capitulo expressa sunt. Finito Evangelio, Diaconus cum suis sociis, factis debitis reverentiis, recedit & remanet in habitu, quo reperitur usque ad finem officii; & interim, si sermo est habendus, ducitur per Cæremoniarium sermocinaturus ante Episcopum, à quo petit tantum indulgentias absque benedictione & statim, finito sermone, illas pronunciat, cum

Digitized by Google

cum non fiat confessio, nec per Episcopum absolutio, nec benedictio. His expletis, vel, si non sermo, statim finita lectione in tono Evangelii, celebrans accedit ad altare in cornu Epistolæ cum suis ministris, & cantat orationes, prout in ordinario, advertendo, quando dici, & quando omitti debeat (*Amen.*) per chorum, & (*Flectamus genua*) per Diaconum. Quæ verba (*Flectamus genua*) cum dicuntur, Episcopus, celebrans & omnes genuflectunt, & surgunt cum per Subdiaconum dicitur: (*Levate.*) Antequam dicatur ultima oratio, ministri extendunt ad longum pannum seu tapete ante gradus altaris, vel Presbyterii, cum pulvino & mappa, ut præcedenti capitulo dictum est. Completis orationibus, celebrans, si est Prælatus, accepta mitra, procedit ad faldistorium, ubi deponit mitram & casulam; & redit ad posteriorem partem cornu Epistolæ altaris: &, si non est Prælatus, deponit casulam in eodem loco, cui stanti post angulum dicti lateris altaris, facie versa ad populum, seu chorum, Diaconus offert crucem velatam de altari reverenter accepram, qui eam devote accipiens manu dextera detegit illius summitatem usque ad transversum crucis, prout supra præcedenti capitulo dictum est; & dum celebrans cantat: (*Ecce lignum crucis,*) tenet sibi librum, si est Prælatus, assistens, si verò non est Prælatus, Capellanus: & Episcopus tunc, & omnes detecto capite surgunt, & semper, dum chorus respondet: (*Venite adoremus.*) Episcopus & omnes alii, excepto celebrante solo, genuflectunt. Dicto tertio (*Ecce lignum crucis.*) & servatis omnibus superius in præcedenti capitulo expressis, celebrans ipse solus absque ministris procedit ad locum, ubi est positum pulvinar ante dictum, portans crucem ambabus manibus elevandam cum reverentia & devotione, nullam tunc Episcopo, neque altari reverentiam faciens, & eam genuflexus ponit & firmat laqueolis, si opus est, supra dictum pulvinum, adjuvante Cæremoniario, qui paulo ante ponere debet lancem prope ipsum pulvinum ad dexteram adorantis, ubi pecuniæ, quæ cruci offeruntur, ponantur. Deinde celebrans, facta reverentia Episcopo, redit ad faldistorium seu sedile, ubi deponit calceos seu crepidas: eodemque tempore Episcopus à suis sotularibus, oras cappæ à Cappellanis

Digitized by Google

sublevatas subeuntibus, excalceatur, qui fimbrias posteriores cappæ per terram trahens, anteriores vero sibi ipse elevans, detecto capite, descendit ad adorationem crucis medius inter duos Diaconos assistentes, & gradiens per dictum tapete, ter cum debita distantia genuflectit ante crucem, aliquantulum pro unaquaque vice orando & demum crucem osculatur, offerens tamen prius cruci pecunias, quas volet offerre; tum redit ad sedem suam, & accipit calceos, quos deposuerat, dictis scutiferis eodem ordine subeuntibus, ut prius: & sedens coopertus legit improperia, quod etiam interim per chorum cantatur in totum, vel in partem, prout numerus adorantium suadebit. Post Episcopum immediate adorat celebrans, deposita planeta, & retentis dalmatica, & tunicella, si sit Prælatus, & procedit medius inter duos digniores Canonicos, & si non sit Prælatus; ibit ad dexteram dignioris Canonici casula exutus: sequuntur postea Canonici bini, qui omnes deponere debent calceos, & alii, prout supra expressum est in præcedenti capitulo: & circa finem adorationis accenduntur cerei, ut ibi, & Diaconus portat bursam, explicat corporalia super altari: & peracta adoratione, accipit crucem de pulvino, eamque reverenter portat ad altare, nulli reverentiam faciens, sed Episcopus, celebrans, & omnes tunc cruci genuflectunt, & statim surgunt, & removetur pulvinus, & pelvis cum pecuniis, & tapete. Mox ordinatur processio, prout ibi dicitur, & proceditur ad locum, ubi est repositum Sanctissimum Sacramentum. Celebrans autem solus paratus procedit immediate ante Episcopum, qui, dum ordinatur processio, deponat cappam, & accipiat amictum, & stolam supra Rochettum, ac pluviale & mitram, & sic deferat Sacramentum, & paratus permaneat usque ad finem Missæ, deinde deponat pluviale nigrum, & reassumat cappam pro Vesperis. Cum pervenerit ante fores sacelli ubi est Sacramentum, deponit mitram simplicem, & statim ingressus sacellum genuflectit, mox surgit, & ante altare iterum genuflectit super pulvino, & iterum surgit, & stans imponit incensum in duo thuribula, nihil dicens, ministrante Presbytero assistente; & rursus genuflexus super pulvino incensat triplici ductu Sacramentum, Sacrista aperiente capsulam, ut supra; & statim appo-

Digitized by Google

apponitur velum circa humeros Episcopi, ita ut æqualiter hinc inde pendeat, ut supra. Tunc celebrans accipit Sanctissimum Sacramentum, de dicta capsula, illudque in manibus Episcopi collocat, & statim genuflectit. Episcopus capit ambabus manibus, velo quod circum humeros habet coopertis Calicem, ubi est Sanctissimum Sacramentum, velo cooperrum, illudque portat reverenter sub baldachino, quod deferunt beneficiati cum cottis, præcuntibus Cappellanis cum funalibus accensis, & duobus Acolythis cum duobus thuribulis continuò incensantibus Sacramentum, & revertitur ad Cappellam ordine, quo venerant, Cantoribus Hymnum (*Vexilla Regis prodeunt*) cantantibus: cum pervenerint ad cancellas cappellæ, vel ad gradus Presbyterii, ut supra, removetur baldachinum, & celebrans genuflexus ante gradus altaris accipit Sacramentum de manu Episcopi stantis, illudque reverenter collocat super altari. Episcopus deposito velo adhuc stans, ministrante Presbytero assistente, ponit incensum in thuribulum, & genuflexus super pulvino in primo gradu altaris Sacramentum incensat triplici ductu, ipse autem revertitur ad sedem suam, ubi illicò denuò stans ponit incensum in thuribulum per Cæremoniarium allatum, ministrante Presbytero assistente. Deinde detecto capite, genuflectit usque ad communionem perfectam; omnibus similiter genuflexis manentibus: Cappellani cum funalibus hinc inde versis ad invicem faciebus, similiter genuflexi tenent funalia accensa usque post communionem. Celebrans verò postquam Episcopus ad sedem suam perveneric, extrahit Sanctissimum Sacramentum de Calice, & ponit super patenam, quam Diaconus nihil dicens, & sine osculo offert celebranti, qui illud super corporale ponit, nihil dicens; Diaconus autem ponit vinum, & aquam in Calice sine benedictione nihil dicens, deinde offert Calicem celebranti, qui illum ponit super altari, ut alias nihil dicens, & palla tegitur per Diaconum. Tunc accepto thuribulo de manu Diaconi, quod Cæremoniarius ad altare detulit, facta prius genuflexione Sanctissimo Sacramento; illud thurificat, & altare, dicens omnes versiculos solitos: non tamen incensatur ipse celebrans, neque Episcopus, sed incensato altari celebrans extra cornu Epistolæ stans

Digitized by Google

versus populum sine mitra, si ea utatur, lavat manus, deinde ad medium altaris cum genuflexione reversus, dicit inclinatus summissa sed intelligibili voce. (*In spiritu humilitatis, &c.*) dicit: (*Orate fratres &c.*) non girum peragens, ut aliàs in medio, sed à latere, ut non vertat tergum Sanctissimo Sacramento; deinde omissis omnibus aliis: absolute dicit in cantu feriali (*Oremus Præcepti, &c.*) & chorus respondet: (*Sed libera nos, &c.*) & postquam celebrans secretè respondit, (*Amen.*) prosequitur in tono feriali absolute dicens: (*Libera nos quæsumus Domine, &c.*) usque ad (*Amen.*) exclusivè, quod chorus altè respondet. Quo dicto, celebrans, facta usque ad terram reverentia Sacramentum dextera accipit, quod elevat sola dextera altiùs solito ita, ut ab omnibus videri possit sinistra super altari retenta; & statim deponit hostiam, illamque dividit in tres partes, quarum unam mittit in Calicem more consueto; nihil dicens, tunc secretè ut aliàs, dicit: (*Perceptio corporis &c. Panem cœlestem*) & (*Domine non sum dignus, &c.*) & continuat (*Corpus Domini, &c.*) quo dicto, signat se cum Sacramento, & illud sumit, & demum nihil dicens, sumit vinum, & aquam cum particula in Calice existente: quo facto, exportantur funalia extinguenda, & omnes surgunt, & sedent. Tunc celebrans, si est Prælatus, accepta mitra in cornu Epistolæ, ut aliàs, lavat manus, deposita mitra, versus ad medium altaris dicit inclinatus manibus junctis, (*Quod ore sumpsimus &c.*) Si verò non est Prælatus, non lavat manus, sed sumpto Calice, dicit, ut supra (*Quod ore sumpsimus*) quo dicto revertitur si sit Prælatus, cum mitra ad faldistorium: si non sit Prælatus, ad sacristiam, & exuit se; & interim Episcopus deponit pluviale, & accipit cappam, & inchoantur Vesperæ, ut supra in præcedenti Capitulo dictum est: & in fine Episcopus descendit ad faldistorium; & dicit orationem (*Respice &c.*) ut ibi. Qua dicta, si sermo non sit habitus, tunc publicantur per Presbyterum assistentem Indulgentiæ. Absente Episcopo, & in Ecclesiis Collegiatis servantur omnia supra dicta, exceptis his, quæ ad Episcopum pertinent, & ad celebrantem Prælatum, & prout adnotatum est in rubricis Missalis.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXVII.

De Sabbato Sancto, Episcopo celebrante.

SAbbato sancto summo mane vestiuntur altaria, & sedes Episcopalis ornatur cortinis duplicibus, videlicet, intus alba, exterius violacea: sic etiam duo pallia ante altare majus applicantur & aptantur; ut, cum opus fuerit, faciliter removeri citò possit violaceum, & remaneat album, ut infra dicetur. Præparatur etiam cereus Paschalis prægrandis cum quinque granis incensi in eo infigendis, qui ponitur in aliquo magno candelabro condecenti, regulariter in latere Evangelii, vel alibi pro situ loci, & apud illum locatur pulpitum, sive legile coopertum panno albo sericeo, vel auriphrygiato. Item præparetur arundo cum tribus condetis albis in summitate positis. In reliquis ornatur Ecclesia, altare, abacus, & chorus, prout in Dominicis Adventus, & Quadragesimæ, sed cerei relinquuntur extincti, donec erit tempus accendendi, ut infra. Dicta hora sexta, excutitur ex silice ignis, & accenditur, & per aliquem Sacerdotem, vel Canonicum paratum amictu, alba, cingulo, stola, & pluviali violaceo, vel, si magis placet, quod erit melius, per ipsummet Episcopum paratum; ut supra, cum mitra, astantibus ministris cum cruce, vase aquæ benedictæ, & aspersorio, & thuribulo, navicula, & granis incensi supradictis in aliquo bacili argenteo, ubi haberi potest, benedicuntur novus ignis, & grana prædicta, prout habetur in Missali; deinde, si Episcopus benedixit, depositio pluviali, & accepta cappa, sedet in sua sede, benedicit & imponit incensum in thuribulum, ministrante Presbytero assistente, more solito. Si verò Episcopus ex aliqua causa urgenti non benedixit ignem hora competenti, associatus more solito venit ad Ecclesiam cum cappa; orat, ascendit sedem, imponit & benedicit incensum, ut supra. Subdiaconus Epistolam cantaturus paratus amictu, alba, cingulo, & planeta violacea, ante pectus plicata, capit crucem; & factis debitis reverentiis, vadit

Digitized by Google

cum Diacono, & aliis ministris extra Cappellam ad capiendum grana incensi, & arundinem prædictam in sacristiam, vel alibi, hoc ordine. Præcedit aliquis Mazzerius, seu minister cum baculo, tum Cæremoniarius: sequuntur duo Acolythi cum cottis, quorum qui est à dexteris, portat thuribulum cum navicula, alter à sinistris nihil fert; post eos incedit Subdiaconus cum cruce, & post eum Diaconus paratus dalmatica albi coloris, manibus junctis; post Diaconum sequuntur duo, aut quatuor Acolythi, seu Cappellani cum cottis. Interim Episcopus, Canonici, & alii de Choro sedent, expectantes. Cum pervenerint ad Sacristiam, seu locum deputatum, ubi jam erunt præparata grana prædicta, & arundo cum tribus candelis, & ignis novus, accenditur una parva candela exdicto igne, quam portat Cæremoniarius. Diaconus capit arundinem, unus Acolythus bacile cum quinque granis incensi, & revertuntur hoc ordine. Primo dictus Mazzerius, seu minister cum virga, deinde duo Acolythi; videlicet, unus cum bacili, & granis incensi, quem portat ambabus manibus elevatum à dexteris; & alter cum thuribulo, & navicula à sinistris, tum Subdiaconus portans crucem, post eum Diaconus cum arundine prædicta, & ad ejus sinistram Cæremoniarius cum candela una parva, vel duabus accensis, & ultimo duo, vel quatuor Acolythi prædicti cum cottis. Cum fuerint ante Cancellos, sive aditum chori, Diaconus inclinat diligenter & caute arundinem, & Cæremoniarius accendit unam ex tribus candelis in ejus summitate positis ex igne novo parvæ candelæ accensæ, quam manibus degestat, & statim ipse Diaconus arundinem elevat; & tam ipse quam alii omnes cum eo stantes genuflectunt, præter Subdiaconum crucem ferentem. Diaconus alta voce cantat (*Lumen Christi.*) Quo audito, Episcopus, & omnes surgunt, & chorus respondet in eodem tono (*Deo gratias.*) Surgit Diaconus, & alii, & iterum in medio chori inclinat arundinem, accenditur altera candela, ut prius, & eodem modo genuflexus, sed altiori voce cantat (*Lumen Christi*) & similiter respondetur per chorum (*Deo gratias.*) Idem & tertio fit, & dicitur ante gradus altaris; accenditur tertia candela, & Diaconus adhuc altiori voce cantat,

&

Digitized by Google

& respondetur ei per chorum, ut supra. Tunc Episcopus: & omnes sedent, ipsi vero Ministri surgunt, & factis debitis reverentiis altari, & Episcopo secedunt ad locum, ubi cantandum est (*Exultet*) Diaconus verò depositâ arundine in manibus unius ex dictis Acolythis, capit de manu Cæremoniarii librum, & accedens cum debitis reverentiis ante Episcopum, comitante eodem Cæremoniario, genuflexus petit ab eo benedictionem dicens: (*Jube Domine &c.*) cui Episcopus respondet: (*Dominus sit in corde tuo &c.*) prout in benedictione pro Evangelio recitando, sed loco Evangelii dicit (*Paschale præconium, &c.*) & manu benedicit. Diaconus habita benedictione, surgit, & accedit, factis debitis reverentiis, ad legile; ponit super eo librum apertum, quem adolet incenso triplici ductu, sed non signat librum, nec se, prout in Evangelio; ministri circa legile locantur hoc pacto. Subdiaconus cum cruce versâ ad Episcopum, & Acolythus thuriferarius stant à dexteris ipsius Diaconi; Acolythus cum arundine, & alter cum granis incensi à sinistris, vertentes facies, prout ipse Diaconus, & cum Diaconus incipit cantare (*Exultet, &c.*) Episcopus, & omnes surgunt, detectis capitibus. Diaconus prosequitur cantum suum, & suo tempore infigit quinque grana incensi in cereo in modum crucis, quæ respiciat faciem Episcopi; pariter & suo tempore illuminat cereum cum una ex tribus candelis in arundine positis, prout in Missali ordinario: & adventet Diaconus, quod si Imperator non est coronatus, debet dicere: (*Electum Imperatorem nostrum N.*) Finito cantu per Diaconum, omnes inde recedunt cum debitis reverentiis: Diaconus verò celebraturo Episcopo, deponit dalmaticam, & Subdiaconus planetam, & sic in albis accedunt ad Episcopum, qui stans capite detecto dicit secrete (*Pater noster*) & mox sedet; & chorus cantat Nonam: in fine Nonæ cum dicitur (*Christus factus est, &c.*) Episcopus descendit & procumbit super faldistorio, & genuflexus dicit orationem (*Respice quæsumus*) Qua finita, surgit & revertitur ad sedem suam, ubi sedens accipit sandalia alba, quia illa non mutat, legit Psalmum (*Quam dilectam*) cum Gloria Patri, & alias orationes, & versiculos consuetos; lavat manus, & paratur omnibus in-

Digitized by Google

dumentis Pontificalibus, & manipulo coloris violacei, non tamen pallio, si sit Archiepiscopus, ac mitra simplici dictis à Diacono, & Subdiacono in albis assistentibus; & cum Episcopus accipit planetam, pariter Canonici capiunt paramenta ipsis congruentia coloris violacei, & ipsi Diaconus, & Subdiaconus planetas ante plicatas ejusdem coloris, ac manipulos; & Canonicus Presbyter assistit cum pluviali ejusdem coloris, & alii duo Diaconi, ubi est consuetum assistunt, ut aliàs. Cum Episcopus fuerit paratus descendit cum mitra, & baculo de sua sede, & comitantibus prædictis assistentibus, & ministris, accedit ad altare, quod sine mitra in medio osculatur, deposito interim baculo; & facta cruci reverentia; mox recepta mitra, & baculo, revertitur ad eandem suam sedem: Diaconus verò Evangelii, & Subdiaconus de Epistola, si assistant alii duo digniores Diaconi, sedent in gradibus altaris, ut dictum fuit in capitulo de Missa solemni Episcopo celebrante. Locatur in medio chori pulpitum, sive legile nudum, & omnibus consedentibus, ducitur à Cæremoniario aliquis Acolythus, sive Cantor indutus cotta, qui, factis debitis reverentiis altari, & Episcopo, cantat sine titulo primam Prophetiam; qua finita, accedit cum debitis reverentiis ad osculandum manum Episcopi, antequam surgat pro oratione cantanda. Tum Episcopus surgit, deposita mitra dicens: (*Oremus*) & Archidiaconus, sive Diaconus assistens ad ejus dexteram dicit: (*Flectamus genua*) & omnes genuflectunt: alter verò ad sinistram (*Levate*) & omnes surgunt, ipse verò Episcopus prosequitur orationem stans manibus extensis, sustinente librum assistente Presbytero more solito; sed ubi non assistunt prædicti duo *Acolythi* antiquiores Diaconi, serviunt in hujusmodi ministerio, & aliis prædicti Diaconus, & Subdiaconus Evangelii, & Epistolæ. Cantantur deinde aliæ Prophetiæ ab Acolythis, vel Cantoribus eodem ordine, & post quartam, octavam, & undecimam lectionem, seu Prophetiam Episcopus legit ex libro Tractum, cum cantatur à choro, & pariter per eosdem Diaconos assistentes suo tempore dicitur: (*Flectamus genua*) & (*Levate*) ut in Missali. Finitis lectionibus, si Episcopus voluerit ipsemet benedicere fontes, deposita

Digitized by Google

ta planeta, & ſumpto pluviali violaceo, ac baculo ibit, præcedente cruce cum cereo benedicto accenſo, qui portabitur immediate ante crucem; & Canonicis paratis, ac aliis de Clero ad illos benedicendum, & alia fiunt, & cantantur etiam circa Baptiſmum; prout in Miſſali. Si verò noluerit, aut non potuerit Epiſcopus id præſtare, deſtinabit aliquem ex dignioribus capituli, qui pluviali paratus, comitantibus aliquot Acolythis, & miniſtris cum cereo accenſo & cruce, ea omnia faciet. Quibus peractis; ſi aderunt Cathechumeni, baptizentur more ſolito ab Epiſcopo, aut digniori ex capitulo, & per octo dies ante in ipſa Eccleſia, niſi periculum immineat nullus infans baptizetur. Si Epiſcopus id præſtiterit, eodem ordine redibit ad Cappellam, ubi depoſito pluviali cum mitra, procumbit ante altare ſuper faldiſtorio, & pariter omnes in ſuis locis genuflectunt; & aliquis ex Subdiaconis genuflexus ſuper ſcabello, verſus cornu Epiſtolæ retro Epiſcopum, habens ante ſe librum inchoabit Litanias: &, ſi aderunt ordinandi, proſternent ſe, cum dicuntur Litaniæ; & alia fient, prout in Pontificali de ordinibus dandis, reſpondente choro, & repetenda omnia, quæ ipſe Subdiaconus dicit, & cum perventum fuerit ad Verſiculum (*Peccatores.*) Epiſcopus ſurgit, & ibidem ſtans deponit paramenta violacea, accipit alba. Diaconus autem, & Subdiaconus, paulo ante depoſitis planetis violaceis ante plicatis, aſſumunt dalmaticam, & tunicellam albas, ut præſto ſint ad adjuvandum Epiſcopum. Interim removentur etiam ab altari, & ſede Epiſcopi pallia violacea, & accenduntur luminaria. Subdiaconus verò jam dictus proſequitur Litanias usque in finem, reſpondente choro, ut ſupra, & in fine cantatur (*Kyrie eleiſon.*) cum pauſa convenienti, donec Epiſcopus fuerit in ſua ſede ad cantandum (*Gloria in excelſis DEO, &c.*) Epiſcopus, poſtquam eſt paramentis albis paratus, facit confeſſionem cum miniſtris more ſolito, imponit incenſum in thuribulum, & benedicit, aſcendit ad altare, & incenſatur ipſe à Diacono, & revertitur ad ſuam ſedem, ubi dicto (*Kyrie eleiſon.*) cantat) *Gloria in excelſis DEO, &c.*) Pulſantur campanæ, & organum, &, prius debent moneri aliæ Eccleſiæ

Digitized by Google

civitatis, ne pulsent campanas, nisi audito signo campanarum Ecclesiæ Cathedralis. Finito Hymno (*Gloria &c.*) per Cantores, Episcopus surgens sine mitra dicit versus populum (*Pax vobis.*) Deinde orationem (*DEUS, qui hanc Sanctissimam noctem, &c.*) Finita Epistola, Subdiaconus dimisso libro in manu Cæremoniarii, immediate accedens ante sedem Episcopi clara voce dicit: (*Reverendissime Pater, annuntio vobis gaudium magnum, quod est Alleluja.*) & statim accedens osculatur ejus manum; tunc is, cui ex officio id incumbit, vel aliquis Canonicus præintonat Episcopo (*Alleluja*) qui surgens sine mitra tertiò cantat (*Alleluja*) semper elevando vocem gradatim; & chorus post quamlibet vicem repetit illud idem, & postea chorus prosequitur Versiculum (*Confitemini, &c.*) & tunc Episcopus sedet, & prosequitur Missam, prout in ordinario hujus diei, servatis omnibus Cæremoniis, quæ latè explicatæ sunt in capitulo de Missa Pontificis. Episcop. celeb. Ad Evangelium non portantur luminaria, sed incensum tantum, & petitur benedictio, dicitur: (*Pax Domini sit semper vobiscum*) sed non datur pacis osculum, nec dicitur (*Agnus Dei*) nec post Communio, sed tres orationes ante communionem dicuntur, post communionem Episcopus, facta purificatione, lavat manus, redit ad sedem, & chorus incipit (*Alleluja*) pro Vesperis Episcopo sedente. Ad Magnificat Subdiaconus præintonat ei Antiphonam, quam surgens reperit, deinde sedet cum mitra, & imponit incensum more solito: & cum inchoatur (*Magnificat*) Episcopus descendit ad altare, & deposita mitra, facit cruci reverentiam, osculatur altare, & illud incensat; mox revertitur ad sedem, & incensatur ipse, & alii more consueto, & ipse stans sine mitra expectat finem Cantici (*Magnificat.*) Cum repetitur Antiphona, sedet, accepta mitra, & ea finita, descendit ad altare, dicit: (*Dominus vobiscum*) & orationem, & Diaconus (*Ite Missa est*) cum duplici (*Alleluja*) datur benedictio, & publicantur Indulgentiæ, ut alias.

CAPUT

CAPUT XXVIII.

De Sabbato Sancto, Episcopo non celebrante, sed præsente, vel absente, & in Collegiatis.

SI Episcopus noluerit celebrare, sed officio, & Missæ per alium celebratæ interesse, præparantur omnia, quæ superius præcedenti capitulo expressa sunt & dicta Nona, vel alius, qui erit officium facturus, paratus amictu, stola, alba, cingulo & pluviali violaceo, in Sacristia, vel in alio loco decenti & consueto, benedicet novum ignem, & quinque grana incensi, legendo absque cantu orationes benedictionis, prout in Missali. Quo facto, deposito pluviali, capiet planetam, & Diaconus stolam, manipulum, & dalmaticam albam, Subdiaconus verò manipulum, & planetam ante pectus plicatam coloris violacei, & sic parati sedebunt in aliquo scamno à sinistris altaris, expectantes adventum Episcopi, qui statim, finita prædicta benedictione novi ignis, veniet more solito cum cappa ad Ecclesiam; orabit ante altare Sanctissimi Sacramenti, & majus, & ascendet ad sedem suam cum suis Cappellanis, & orante Episcopo, surget celebrans cum Ministris, qui, donec Episcopus orabit, stabunt, & Episcopo sedente, sedent. Cum Episcopus aliquantulum in sede sua quievit, accedet ad eum Acolythus vel Cæremoniarius cum incenso, & ministrante solito Canonico Presbytero assistente naviculam, imponet & benedicet incensum more solito; Subdiaconus capiet crucem, & cum Diacono, & aliis Ministris discedent versus Sacristiam ad acopiendum arundinem cum tribus candelis, & quinque grana incensi, & alia omnia fient, quæ superius præcedenti capitulo declarata sunt, celebrante interim sedente in suo scamno, & surgente apud illud, cum opus fuerit, donec inchoetur præconium (*Exultet*) quo incepto, accedet ad altare, & ibi stabit manibus junctis, in Cornu Epistolæ, respiciens Diaconum cantantem. Finito præconio, Diaconus revertitur ad altare, & deposita dalmatica, & stola alba, capiet violaceam, & planetam

ante

Digitized by Google

ante pectus plicatam, & cum Subdiacono accedet ad celebrantem. Item locatur in medio chori pulpitum nudum, & ducetur à Cæremoniario aliquis Acolythus, vel Clericus, sive Cantor cotta indutus ad cantandum primam Prophetiam sine titulo, quam leget etiam celebrans summissa voce apud altare; & ea finita, accedet, qui illam cantavit, cum debitis reverentiis ad osculandum manum Episcopi; quo facto celebrans dicet: (*Oremus.*) Diaconus: (*Flectamus genua.*) & Episcopus, ac omnes genuflectunt, Subdiaconus: (*Lavate.*) & omnes surgunt: tunc celebrans prosequitur orationem stans manibus extensis. Cantantur deinde eodem modo aliæ Prophetiæ, quarum primas quatuor cantabunt Cantores, vel Acolythi, seu clerici, alias quatuor beneficiati, seu Mansionarii, ultimas quatuor Canonici, ut aliàs, prout commoditas, & numerus Clericorum, vel consuetudo Ecclesiæ suadebit. Post quartam, octavam & undecimam Prophetiam Episcopus leget ex libro Tractum, dum idem cantatur à choro, ministrantibus de libro, & candela solitis ministris; celebrans verò apud altare illum leget: Diaconus & Subdiaconus suo tempore ad alias orationes dicent: (*Flectamus genua.*) & (*Levate.*) prout in Missali. Finitis lectionibus, celebrans, depositâ planeta, & accepto pluviali violaceo, præcedente cruce, clero, & Canonicis, & ante crucem aliquo Acolytho portante cereum benedictum accensum medio inter Diaconum & Subdiaconum, & post ipsum sequente Episcopo, ibit ad benedicendum fontem Baptismalem, choro interim cantante Tractum (*Sicut Cervus, &c.*) & omnia fient, & cantabuntur circa fontis benedictionem, quæ habentur in rubris Missalis. Quibus peractis, si aderunt Cathechumeni, baptizentur more solito. Interim locatur ante medium altaris faldistorium, pro Episcopo & scabellum pro celebrante ad sinistram partem. Completa benedictione fontis & baptizatis Cathechumenis, si aderunt, ut supra præcedenti capite dictum est, redeunt omnes eodem ordine ad Cappellam, & Episcopus genuflectit super dicto faldistorio, capite detecto; celebrans verò, depositò pluviali, ante dictum scabellum à sinistris Episcopi, & pariter omnes in suis locis genuflectunt. Duo Cappellani sive Cantores genuflexi ante scabellum post

Episco-

Digitized by Google

Episcopum, & celebrantem habentes ante se librum inchoabunt Litanias, choro idem simul respondente, prout in Missali: cum perventum fuerit ad versiculum (*Peccatores*) surget celebrans & ibit ad Sacristiam cum suis ministris ad accipiendum paramenta alba pro Missa, nisi Sacristia multum distet à capella, quo casu parentur in loco convenienti prope altare, & eodem tempore per alios ministros removeatur ab altari pallium violaceum, ut remaneat album, & accendantur candelæ altaris, ita ut hæc omnia fiant, donec compleantur Litaniæ; quibus finitis, surget Episcopus, & removetur faldistorium ante ipsum. Celebrans vero accedit ad ejus sinistram, facit cum Episcopo confessionem cantatur: (*Kyrie eleison.*) & (*Gloria in excelsis.*) pulsantur Campanæ, & perficitur Missa secundum rubricas Missalis hujus diei, prout etiam in præcedenti capitulo dicitur, & cum Cæremoniis descriptis in capitulo de Missa solemni, quæ coram Episcopo celebratur. In Ecclesiis Collegiatis eadem omnia servari debent, quæ in hoc capitulo expressa sunt, exceptis his, quæ ad Episcopum pertinent, servatis in omnibus rubricis Missalis, & eadem fere omnia servantur in Sabbato Pentecostes.

CAPUT XXIX.

De Missa solemni in die Paschæ, Episcopo celebrante, & de communione generali.

IN die Paschæ resurrectionis Domini nostri JESU Christi Episcopus, nisi aliquo legitimo impedimento fuerit præpeditus, Missam solemnem omninò celebrare debet, & in ea communio generalis per ipsum Episcopum erit facienda ordine infra scripto. Nam servatis omnibus, quæ superiùs in capitulo de Missa solemni, Episcopo celebrante, explicata sunt usque ad offertorium, eo dicto, portatur ad altare per Subdiaconum vas argenteum, vel aureum cum multis particulis, prout populi frequentia requiret, coopertum, quod Diaconus præparat ante crucem ita, ut non impediat thurificationem altaris; & cum celebrans dicit: (*Suscipe Sancte Pater, &c.*)

Digitized by Google

discooperit illud, & aliquantulum elevat, ac statim reponit super altare & cooperit; & iterum, cum celebrans profert verba consecrationis, Diaconus illud detegit, & post consecrationem cooperit. Cum verò Episcopus sanguinem Domini sumpserit, & mox Diaconum & Subdiaconum communicaverit, qui osculantur primo manum, deinde faciem Episcopi, qui eis dicit: (*Pax tecum.*) & illi respondent: (*Et cum Spiritu tuo.*) ac etiam antequam se purificaverit, antequam digitos abluat, retrahit se ad cornu Evangelii, versa facie ad cornu Epistolæ; & Subdiaconus stabit post ipsum, Diaconus verò stans in cornu Epistolæ versus celebrantem aliquantulum inclinatus, ac manibus junctis, cantabit confessionem in tono, & more consuetis, stantibus Canonicis & Clero, exceptis his, qui sunt communicandi; qui genuflectere debent, & tunc per Cæremoniarium vocantur. Episcopus verò celebrans, finita confessione, legit ex libro ante se allato, vel memoriter voce intelligibili absolutionem, videlicet: (*Misereatur vestri, &c.*) & (*Indulgentiam, &c.*) & faciet super populum signum crucis, & statim loca permutat; videlicet, celebrans cum Subdiacono accedunt cum debitis genuflexionibus ante Sacramentum ad cornu Epistolæ, Diaconus verò, relicto dicto Epistolæ cornu, vadit ad cornu Evangelii, & capit cum debitis reverentiis dictum vas, seu pyxidem coopertam cum ostiis, & Episcopus firmat se in medio altaris illi renes vertens, ad cujus dexteram stat Diaconus cum particulis consecratis, ad sinistram Subdiaconus cum patena de ipso calice sublata; eodemque tempore vocantur duo Cappellani, seu Acolythi cottis induti cum albo mantili, quod genuflexi sustinent hinc inde ambabus manibus per quatuor angulos quousque perfecta fuerit Communio, qui autem Communionem sumpturi sunt, convenienter debent singuli cum reverentiis altari, & Sacramento ante Episcopum accedere; & unusquisque antequam capiat communionem, osculetur manum Episcopi; & communione sumpta, per latus sinistrum celebrantis discedat, & ibi in cornu Epistolæ accipiat purificationem de manu Sacristæ, vel Ministri Calicem cum vino, & mappula ad tergendum appensa ministrantis. Cum autem Communio exhibetur Canonicis, vel Magistratui, convenienter

debet

Digitized by Google

debet aliquis Canonicus, vel eorum ultimus, dummodo tamen sit in sacris constitutus, purificationem præbere, deinde pro reliquis beneficiatis id munus exequitur aliquis beneficiatus; & pro reliquo Clero, & populo aliquis Cappellanus. Et, ne confusio inter euntes, & redeuntes fiat, bonum erit, adhibere aliquos de Clero ad id deputatos, qui, omnes quietè, devote, & ordine suo progredi curent, & ut per latus sinistram revertantur. Si aliquis Prælatus, non tamen Episcopus consecratus, vellet communicare, debet ante communionem osculari manum Episcopi celebrantis, & sumpta communione faciem, & idem omnes. Canonici parati observabunt. Reliqui omnes, tam de Clero, quam de populo, & etiam Magistratus osculantur manum Episcopi tantum ante communionem. Ordo autem euntium ad communionem erit idem, qui servatur in distributione candelarum, & palmarum, ac incensi ut suo loco dicitur. Finita communione, asportantur funalia, quæ usque tunc fuerunt accensa, & celebrans, reposito vase, seu Calice cum hostiis super altare, si quæ remanserunt, illud cooperit, vel etiam consignatur alicui Presbytero parato cum stola, & cotta, seu pluviali, qui illud sub baldachino, si commode fieri potest, præeuntibus Clericis cum funalibus, & aliquibus de Clero comitantibus, portat ad locum, ubi asservatur Sacramentum. Celebrans tunc lavat digitos, sed non sumit ablutionem, sed illa per aliquem Presbyterum sumitur. Mox celebrans, sumpta mitra, lavat manus, & prosequitur Missam, ut in prædicto Capitulo de Missa solemni, Episcopo celebrante, explicatum fuit.

CAPUT XXX.

De eodem Festo Paschæ, Episcopo absente, & in Collegiatis.

IN Ecclesiis Cathedralibus, absente Episcopo, & in Collegiatis, aliquis Canonicus, seu Dignitas, vel is, ad quem de consuetudine spectat, hac die celebrare in absentia Episcopi, paretur in Sacristia more solito cum pluviali albo, & accedat ad altare medius inter Dia-

Digitized by Google

conum, & Subdiaconum paratos omnibus paramentis ipsis convenientibus, &, facta altari reverentia, ac salutatis hinc inde Canonicis, accepto de manu Diaconi aspersorio cum aqua benedicta, dicens: (*Vidi aquam, &c.*) prout in Missali, asperget primo altare, deinde seipsum, mox Diaconum, & Subdiaconum, tum alios Canonicos, & omnes de choro more solito. Quo facto, depositio pluviali, capiet planetam, & facta iterum reverentia altari, & Canonicis, inchoabit Missam, quam prosequetur more solito, secundum rubricas Missalis. Præparentur cum hostia consecranda particulæ in numero sufficienti, pro communicandis Canonicis, & aliis de Clero communicare volentibus in vase aureo, vel argenteo saltem, intus deaurato, quod collocetur cum calice super altare prout supra præcedenti capitulo dictum est. Postquam celebrans sanguinem sumpserit, & antequam, & se purificaverit, & digitos abluat, dicta confessione, per Diaconum, ut in dicto capitulo præcedenti, communicabit primo Diaconum, & Subdiaconum, si non sunt Sacerdotes, qui hac die celebrent, deinde singulos Canonicos, beneficiatos, seu Mansionarios, Clericos, & Cantores non Presbyteros, ac etiam suo loco officiales, Magistratus si adsint; & communicare voluerint in hac Missa. Cæteri verò de Parochia utriusque sexus communicari poterunt in alio altari, seu cappella ad hoc præparata per parochum, seu Sacristam, ubi continuò tam ante Missam majorem, quam post, ac etiam dum Missa decantatur, secundum concursum, & frequentiam populi, adsit curatus Ecclesiæ, vel alios sacerdos, qui communionem præbeat singulis accedentibus: qui locus seu cappella non debet esse in conspectu altaris majoris, sed in navi, seu loco separato, ita, ut quoad fieri possit, non videatur ab his, qui Missæ majori intersunt, ne continuò genuflectere cogantur, propter reverentiam Sanctissimi Sacramenti. Finita communione, celebrans se purificabit, & abluet digitos, & prosequetur Missam more solito.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT XXXI.

De Dominicis per annum.

IN Dominicis per annum, ſi Epiſcopus voluerit celebrare, aut Miſſæ ſolemni per alium celebratæ intereſſe, ſerventur omnia circa Cæremonias, quæ ſuperius expreſſa ſunt hoc eodem libro capitulo octavo, & nono. Paramenta tamen altaris, celebrantis, & miniſtrorum ſint viridis coloris, exceptis Dominicis Adventus, & à Septuageſima usque ad Paſcha excluſivè: quia tunc violacea, & tempore Paſchali, quia tunc alba, ac infra octavas feſtorum ſolemnium, quia tunc vel alba, vel rubra, prout ſolemnitates ipſæ requirunt, adhibentur. Quia tamen in omnibus Dominicis per annum ſolet fieri aſperſio aquæ benedictæ per Sacerdotem celebrantem, antequam Miſſa inchoetur, Canonicus, vel alius celebraturus in Dominicis prædictis, paratus amictu, alba, cingulo, ſtola, & pluviali, medius inter Diaconum, & Subdiaconum paratus accedet ad altare, ante quod infimo ejus gradu genuflexus, medius inter prædictos duos miniſtros accipiet ex manibus Diaconi aſperſorium cum aqua benedicta, & intonando Antiphonam (*Aſperges me Domine, &c.*) ſeu Antiphonam (*Vidi aquam egredientem*) juxta temporum diverſitatem, prout in Miſſali, ter altare aſperget, & ſtatim ſurgens, dum Cantores proſequuntur Antiphonam cum ſuis Reſponſoriis, comitatus à Cæremoniario, & Acolytho cum vaſe aqua benedicta pleno, accedit ad Epiſcopum, cui aſperſorium oſculatum cum debita reverentia porrigit; Ipſe verò Epiſcopus primo ſe ipſum, deinde Sacerdotem celebrantem aſperget, & ſtatim eidem reddit aſperſorium, qui primo manum, deinde illud oſculatur, & rediens ad altare Diaconum, & Subdiaconum paratos, deinde Canonicos, beneficiatos, & Clericos ex utraque parte chori, omnesque alios in choro permanentes aſperget; & reverſus ante infimum gradum altaris, ubi eum Diaconus, & Subdiaconus expectabunt, medius inter eos cantabit Verſiculos, & orationem, prout in Miſſali, ex libro, quem

Digitized by Google

sustinebunt dicti ministri, vel super legili ibidem posito; qua finita, statim amovetur legile, & liber, & celebrans, deposito pluviali, capit manipulum, & planetam, & cum Episcopo, qui ex sede descendit ante altare facit Confessionem, & omnia fiunt, & servantur, ut in supra dicto capitulo nono dicitur. Si Episcopus celebrare voluerit solemniter, non esset facienda hujusmodi aquæ benedictæ asperfio: absente verò Episcopo, & in Collegiatis semper Dominicis diebus fit, ut supra dictum est. Quo casu celebrans statim atque altare asperserit, seipsum primò, deinde Ministros paratos, mox Canonicos, & alios de choro, ut supra, asperget, qui omnes, asperfione hujusmodi durante à principio usque ad finem stare debent, detecto capite: & dum ante ipsos celebrans cum asperforio accedit, debent illi caput inclinare, & asperfionem aquæ benedictæ reverenter recipere. Memores etiam sint Diaconus & Subdiaconus, qui altari ministrant Dominicis diebus, valde decere, si est ipsi, postquam celebrans communicaverit, sacram Communionem ex suis manibus sumpserint, prout cavetur in Concilio Tridentino sessione XXIII. cap. XXIII.

CAPUT XXXII.

De Litaniis & Processionibus majoribus & minoribus, quæ annis singulis fiunt.

IN die Sancti Marci fiunt Litaniæ, quas majores vocamus. Igitur dicta die congregantur de mandato Episcopi totus clerus sæcularis & regularis, ac etiam ubi consuetum est, Confraternitates laicorum cum eorum insignibus ante fores Ecclesiæ, unde processio discedere debet, seu etiam intra Ecclesiam, si sit capax; ibique expectant, donec erit tempus, tunc incipiet à deputatis dirigi processio ordine solito, in qua prius procedent Confraternitates laicorum, deinde religiosi, postmodum Clerus, & Ecclesiæ Collegiatæ, & ultimo Clerus Ecclesiæ Cathedralis, cujus Canonici omnes, si commode fieri poterit, erunt parati paramentis sibi competentibus, quemadmodum solent, Episcopo celebrante, vel saltem sex, vel octo eorum erunt cum pluvialibus paramenta tamen erunt coloris viola-

Digitized by Google

violacei, & ultimo loco procedet Episcopus paratus pluviali violaceo, & mitra simplici, medius inter duos Canonicos assistentes paratos dalmaticis, & manu sinistra baculum pastoralem gestabit, dextera verò populo benedicet. Si erit Archiepiscopus præibit crux Archiepiscopalis ante Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, ut in capitulis superioribus dictum fuit: & si consuetum sit in hujusmodi processione portari aliquas Sanctorum reliquias, & sacras imagines, servabitur consuetudo: removendi tamen erunt à processionibus ludicri, & indecori actus. Eo ordine ibit processio usque ad Ecclesiam, ad quam juxta consuetudinem civitatis dicitur: cujus Ecclesiæ clerus, ubi ita consuetum est, procedet obviam usque extra portam Ecclesiæ processioni, ibique stans eam recipiet. Per viam processionis cantentur Litaniæ, & alia, quæ in libro Rituali continentur, & nihil ultra: Ipsa via prius de mandato Episcopi omnibus in ea habitantibus mundetur. Prælati, si qui aderunt de gremio Ecclesiæ, ibunt immediate ante Episcopum, Magistratus verò, & alii nobiles Laici post Episcopum. Cum autem Episcopus, & processio pervenerit, ad dictam Ecclesiam; celebretur ibi Missa solemnis Rogationum, & non Sancti Marci, nisi fuerit titulus Ecclesiæ, vel ab ipso Episcopo, vel ab aliquo Canonico coram eo cum solitis reverentiis; ut supra suis locis dictum fuit: & in fine Episcopus dabit benedictionem solemnem, & faciet publicari Indulgentiam. In processionibus verò, & Litaniis minoribus, quæ rogationes vocantur, & fiunt tribus diebus ante ascensionem Domini, eadem servantur, sed aliquando remissiùs; convenit tamen in his Episcopum paratum cum ministris intervenire, vel saltem cum cappa. Ad similitudinem harum processionum regulari poterunt, & aliæ processiones extraordinariæ, quæ fieri quandocunque concinguntur ad placandam iram Dei. Si verò celebrandæ erunt processiones ex causa lætitiæ, & pro gratiarum actione, aut etiam pro translatione aliquarum insignium reliquiarum Sanctorum, ordinari poterunt ad exemplum processionis Sanctissimi Sacramenti, de qua sequenti capitulo dicetur; lumina tamen, seu funalia accensa deferri magis convenit cum Sanctissimum Sacramentum, vel saltem reliquiæ in processionibus deducuntur.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT XXXIII.

De Festo Sanctissimi Corporis Christi, & Processione.

UT processio quæ hac die erit facienda, ritè & rectè ac secundum debitas Cæremonias in honorem tanti Sacramenti fiat; & ad removendas omnes contentiones & lites, quæ forsitan causa præcedentiæ oriri possent, & in ipso actu maxima cum indecentia, & scandalo processionem ipsam turbare, cura erit Episcopi pridie hujus diei, vel etiam per aliquos dies ante demandare Cæremoniariis, vel alteri ad quem forsitan secundum loci consuetudinem hujusmodi cura spectabit, ut omnia decenter, & diligenter præparentur & prævideantur, nempe ut viæ, per quas processio transire debebit, mundentur & ornentur aulæis, pannis, picturis, floribus, frondibusque virentibus secundum posse & qualitatem loci. Et ipsa Ecclesia similiter perpulchre ornata sit, prout dicitur in capitulo de ornatu Ecclesiæ. Item, ut fiat rotulus, in quo describantur per ordinem omnes tam Laicorum Confraternitates, religiosi & Clerus, quam etiam alii quicunque, qui huic processioni interesse consueverunt, vel debent; ut secundum debitum ordinem, & absque aliqua contentione procedatur: apposita etiam aliqua pœna pecuniaria, vel etiam, si Episcopo videbitur, pœna excommunicationis contra inobedientes, & procedere recusantes secundum ordinem præscriptum in dicto rotulo. Quod si aliqua præcedentiæ lis inter aliquos religiosos, Confraternitates, seu Laicos pendeat, quæ non ita de facili terminari valeat, poterit Episcopus mandare, ut absque præjudicio jurium ambarum partium vel procedant secundum ordinem in dicto rotulo descriptum, vel omnino ab hujusmodi processione abstineant, donec lis fuerit determinata. Et intimentur omnes in rotulo descripti, ut ipsa die festivitatis Sanctissimi Corporis Christi summo mane ad Ecclesiam Cathedralem conveniant, & ibidem, vel in aliquo ejusdem Ecclesiæ atrio, seu platea congregentur, unaquæque religio, & confraternitates cum suis insignibus, & cruce, ac etiam cum funalibus, seu candelis in processione deferendis. Omnes enim tam religiosi, quam laici deberent, si fieri posset, in hac processione,

si non

Digitized by Google

si non funalia, saltem candelas cereas albas accensas manibus portare. Ordo autem describendus in prædicto rotulo erit, ut præcedant Confraternitates Laicorum, deinde Religiosi secundum ordinem antiquitatis, vel prout de jure, vel consuetudine præcedere solent; postmodum curiales, & officiales portantes intorticia accensa, inter quos ultimo loco ibunt nobiliores & Magistratus; deinde Clerus, hoc est, primo minister portans crucem Ecclesiæ Cathedralis, medius inter duos Clericos portantes duo Candelabra cum candelis accensis; deinde si aderunt Clerici seminarii, & post eos Curati Ecclesiarum parochialium cum cottis; tum Ecclesiæ Collegiatæ cum eorum insignibus, si aliàs illa deferre solent; & ultimo loco clerus Ecclesiæ Cathedralis, cujus Ecclesiæ saltem octo beneficiati, seu mansionarii erunt parati, cum pluvialibus albis pro deferendis hastis baldachini in principio Processionis, ut infra dicitur; & deinde ibunt ante Canonicos, qui similiter omnes una cum dignitatibus erunt parati paramentis albis sibi competentibus, quemadmodum solent parari, Episcopo solemniter celebrante, incipiendo à junioribus, & inferioribus ordine; videlicet, primò Subdiaconi & Diaconi cum dalmaticis & tunicellis, deinde Presbyteri cum Planetis, ultimo loco Dignitates cum pluvialibus; & si erit Archiepiscopus, portabitur immediate ante prædictos octo beneficiatos paratos, & Canonicos per aliquem Subdiaconum paratum medium inter duos Acolythos cereferarios crux Archiepiscopalis. Ante Episcopum immediate ibit minister de baculo serviens; seu juxta loci consuetudinem, dignitas, vel Canonicus paratus pluviali baculum prædictum à terra elevatum ambabus manibus portans, prout in capitulo de mitra & baculo pastorali dicitur. A lateribus hinc inde ibunt octo Cappellani cum cottis, qui in Missa servierunt, quatuor pro qualibet parte, portantes eadem funalia accensa, quæ pro Missa servierunt; & post eos duo Acolythi cum duobus thuribulis continuò Sanctissimum Sacramentum per viam thurificantes. Sequetur Episcopus sub baldachino, capite detecto, portans manibus suis Sanctissimum Sacramentum in tabernaculo inclusum, medius inter duos Diaconos assistentes paratos hinc inde. Post Episcopum immediate minister de

Digitized by Google

mitra serviens cum cotta & velo ad collum, mitram ipsam manibus gestans. Si aderit Legatus de latere, vel alius Cardinalis, aut Metropolitanus, seu Nuntius Apostolicus habens facultatem Legati de latere, vel alius Prælatus ipso Episcopo superior, ibunt immediate post Episcopum cum cappa. Alii verò Episcopi extranei, & Prælati post eos in habitu eorum ordinario, hoc est mantelletto supra Rochettum. Et si una cum Legato, vel alio Cardinali adesset Metropolitanus, vel Nuntius, seu alius Prælatus Episcopo superior, tunc solus Cardinalis, vel soli Cardinales, si plures essent, erunt cum cappa, cæteri verò omnes in habitu ordinario, ut supra. Cavendum etiam erit, ne in hac processione actus scenici, vel ludicri & indecori intermisceantur, prout & supra in præcedenti capitulo dicitur: sed omnia cum gravitate & devotione fiant & procedant. Deputentur etiam nobiles viri, seu Barones, & alii, qui hastas baldachini per viam processionis portent, & qui eos in tempore, quando opus erit, vocet secundum regulam suprà in capitulo de usu umbraculi positam. Ipsa die summo mane præparetur per Sacristam, vel alios ministros baldachinum album perpulchrum super Sanctissimum Sacramentum deferendum. Idem super credentia ultra candelabra, & alia ordinaria pro Missa tabernaculum pulchrum ex auro vel argento, in quo Sanctissimum Sacramentum ponendum, portandumque erit; item duo thuribula cum naviculis & thure, item velum sericeum album, amplum, auratum seu pulchre ornatum, ponendum super humeros Episcopi, dum Sacramentum portabit. Præparentur etiam funalia, & candelæ ex cera alba in numero sufficienti pro Canonicis, & aliis deferenda in processione. Quæ omnia per Cæremoniarium provideantur, an sint opportune, & ad usum necessarium præparata. Omnibus paratis, Episcopus quanto citiùs poterit, venit ad Ecclesiam ordine, prout dicitur de accessu Episcopi ad Ecclesiam, & ibidem Missæ per primam dignitatem, vel digniorem Canonicum celebrandæ, paratus amictu, alba, cingulo, stola, pluviali albo, & mitra assistit, in qua omnia servabuntur, quæ in Capitulo de Missa solemni, quæ coram Episcopo celebratur expressa sunt, ac etiam post communionem, cum Cæremoniis, genuflexionibus & reverentiis

erga

Digitized by Google

erga Sanctiſſimum Sacramentum ſuper altare poſitum, quæ explicantur in capitulo de Officio, & Miſſa feriæ quintæ in Cœna Domini. Elevato Sanctiſſimo Sacramento, vel etiam ante ſi opus erit, junior Cæremoniarius curabit, ut proceſſio ſecundum ordinem in prædicto rotulo deſcriptum dirigatur & procedat. Poſtquam celebrans ipſe Communionem ſumpſerit & Sanctiſſimum Sacramentum in proceſſione deferendum in tabernaculo incluſerit, Dignitates & Canonici, ac octo beneficiati ſupradicti, &, ſi qui alii erunt, qui cum paramentis in proceſſione ire debeant, unuſquisque Dignitatum & Canonicorum in loco ſua paramenta ſacra albi coloris ſibi convenientia induet; beneficiati vero prædicti extra chorum excipient pluvialia, & diſcedentibus duobus Diaconis aſſiſtentibus ad ſe parandum in loco ſuo, duo ultimi Juniores Canonici veniunt ad aſſiſtendum Epiſcopo, donec primi parati revertantur, quibus reverſis, & ipſi ad ſe parandum ibunt. Finita Miſſa & data per Epiſcopum benedictione, celebrans diſcedens ab altari ibit in Sacriſtiam, ubi depoſitis paramentis Miſſalibus, induet alia Dignitati, & ordine ſuo convenientia, deferenda in proceſſione, & rurſum ibit ad locum ſuum inter alias Dignitates ſeu Canonicos. Interim accedent ad Epiſcopum duo Acolythi cum duobus thuribulis, & miniſtrante naviculam Presbytero aſſiſtente, absque oſculo cochlearis, & manus, Epiſcopus ſtans, detecto capite, ſigni benedictione imponet thus in duobus thuribulis prædictis. Quo facto, accedet ad altare ubi nudo capite genuflexus ſuper pulvino ante Sanctiſſimum Sacramentum, accepto è manibus Presbyteri aſſiſtentis uno ex duobus thuribulis, thurificabit triplici ductu Sanctiſſimum Sacramentum. Tum per Magiſtrum Cæremoniarum imponetur ſuper humeros ejus velum perpulchrum ſupradictum, quod firmabitur ſpinulis, ne per viam decidat. Et Diaconus aſſiſtens à dexteris accedet ad altare, & cum debitis reverentiis accipiet tabernaculum cum Sanctiſſimo Sacramento de altari, & illud in manibus Epiſcopi genuflexi collocabit, cui nec manum oſculabitur, nec ullam tum faciet reverentiam, ſed ſtatim atque in ejus manibus Sanctiſſimum Sacramentum reliquerit, genuflectet; tunc Cantores incipient Hymnum: (*Pange lingua glorioſi &c.*)

Digitized by Google

& Episcopus cum Sanctissimo Sacramento surget: & Diaconi assistentes hinc inde fimbrias anteriores pluvialis elevabunt; &, si contingat aliquos gradus ascendere & descendere, Magister Cæremoniarium, & aliquis Cappellanus extremitates albæ, & vestes anteriores ipsius Episcopi à parte anteriore elevabit; & aliquis Princeps, si adsit, vel nobilior Laicus sublevabit, & portabit per totam processionem pluviale Episcopi à parte posteriori. Octo verò beneficiati prædicti, vel Mansionarii ex dignioribus parati, ut supra, accipient hastas baldachini, quas portabunt per totam Ecclesiam, & in porta Ecclesiæ illas relinquent in manibus laicorum, qui primo loco Barones, & Nobiliores seu Magistratus esse debent, deinde alii, ut supra dictum est. Ipsi verò beneficiati præibunt ad locum suum, id est, ante Canonicos paratos, per viam processionis semper Episcopus aliquos Psalmos, vel Hymnos summissa voce recitabit, respondentibus Diaconis assistentibus; & sic ordine superius descripto procedent per totam viam processionis; quæ si longior fuerit, poterit Episcopus in aliqua Ecclesia, & super altare deponere Sanctissimum Sacramentum, & aliquantulum quiescere; & ibidem, antequam discedat, thurificare Sanctissimum Sacramentum, & ordinationem de Sacramento cantare; quod tamen non passim in singulis Ecclesiis, vel ad singula altaria, quæ forsitan per via constructa, & ornata reperiuntur, faciendum est, sed semel tantum, vel iterum, arbitrio Episcopi. Dum processio erit in fine, id est, prope eandem Ecclesiam, à qua discessit, ante ejusdem Ecclesiæ fores iterum nobiliores laici, vel alii nobilitate iisdem æquales hastas baldachini capient: & Episcopus sub baldachino ibit usque ad cancellos, vel Presbyterium, vel ad gradus altaris juxta Ecclesiæ structuram & situationem.

Postquam Episcopus pervenerit ad supremum altaris gradum Diaconus à dexteris cum debita reverentia & genuflexione, ac sine osculo accipiet de manu ipsius Episcopi stantis Sacramentum Sanctissimum, & illud super altare collocabit. Interim cantores, in cantu pausato, & devoto cantabunt Versiculum: (*Tantum ergo Sacramentum &c.*) Episcopus verò paulo retrocedens stans imponet incensum in altero ex duobus thuribulis, ministrante navicularn Presbytero

Digitized by Google

bytero assistente, & sine benedictione, & osculis; ut supra, & genuflexus in supremo gradu altaris super pulvino ante Sanctissimum Sacramentum illud triplici ductu prout fecerat in principio, thurificabit. Quo facto, duo Cantores cantabunt Versiculum: (*Panem de Cœlo, &c.*) cum suo Responsorio, & Episcopus surgens ex libro, quem Diaconi assistentes genuflexi hinc inde sustinebunt, cantabit orationem (*Deus qui nobis*) qua finita, accedet ad altare, & accepto tabernaculo, cum Sanctissimo Sacramento, illud cum babus manibus elevatam tenens, vertens se ad populum, cum illo signum crucis super populum tertiò faciet, nihil dicens. Quo facto, Episcopus iterum deponet Sanctissimum Sacramentum super altare, & genuflectet, ut supra. Tunc Presbyter assistens in cornu Epistolæ stans versus populum, facta prius debita reverentia cum genuflexione Sanctissimo Sacramento, publicabit Indulgentias in forma consueta ab Episcopo concessas omnibus, qui processioni interfuerunt. Et advertatur ut funalia, & candelæ, quæ in processione delata fuerunt, non extinguantur, donec Episcopus cum Sanctissimo Sacramento benedictionem, ut supra dictum est, dederit. Omnibus expeditis, Episcopus facta aliquantulum oratione ante Sanctissimum Sacramentum, post genuflexionem debitam, ac accepta mitra extra cancellos, discedet cum Canonicis in Sacristiam, ubi paramenta deponet, & solito more associatus ab eis ad domum suam redibit. Si vero Episcopus voluerit ex sua particulari devotione hac die celebrare, & Sanctissimum Sacramentum pro processione conficere, poterit summo mane Missam plenam sine cantu legere, omissa pro hac die, propter processionem ad clariorem actus expeditionem, & ad evitandum calorem, Missa solemni; & in fine Missæ Canonici, & alii, ut supra, capient paramenta, Episcopus verò, deposita planeta, capiet pluviale, & cætera omnia fient, quæ superius declarata sunt. Et quia solitum est per totam hanc octavam ponere super altare tabernaculum cum Sanctissimo Sacramento discooperto, dum Vesperæ, & officia divina recitantur, ad quæ magna populi frequentia solet accedere, conveniens esset, ut ob reverentiam tanti Sacramenti, tam Episcopus, quam Canonici, & omnes præsentes, & in choro

Digitized by Google

assistentes semper, durante officio, starent capite detecto, & numquam sederent. Quod si ob longitudinem officii præstare non poterunt, non omittant saltem in signum reverentiæ detecto capite, existente Sanctissimo Sacramento super altare, divinis officiis assistere. Solitum est etiam octava die hujus festi pro Vesperis fieri processionem ad reponendum Sanctissimum Sacramentum, quæ non tam solemnis, & longa via, ut prima, sed vel per Ecclesiam, vel parum circa extra eam fieri debet, in qua si Episcopus voluerit interesse, debet cum pluviali Sanctissimum Sacramentum portare; & tam in principio, quam in fine processionis illud thurificare, & alia facere, quæ superius expressa sunt; & demum in fine illud includere, & reponere in tabernaculo, ubi solet continuò asservari. Absente Episcopo, & in Collegiatis celebrans ipse finita Missa, & deposita planeta, capiet pluviale, & Sanctissimum Sacramentum thurificabit, illudque sub baldachino portabit, & omnia, ut supra, fient, exceptis his, quæ ad Episcopum propriè pertinent.

CAPUT XXXIV.

De aliis Festis in genere, in quibus est solemniter celebrandum ultra superius expressa.

QUia per annum plura festa occurrunt, ultra superius expressa, in quibus decet vel Episcopum solemniter celebrare, vel saltem Vesperis, & Missæ solemniter per alium celebratæ interesse, de his breviter aliquid dicendum est. Celebrare igitur poterit Episcopus, nisi legitime fuerit impeditus, in die Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, in festo Epiphaniæ Domini, feria quinta in Cœna Domini, in dominica Resurrectionis, in die Ascensionis, in Dominica Pentecostes, in festivitate Annunciationis, & Assumptionis beatæ Mariæ Virginis in festo beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, in festo omnium Sanctorum, in festo sancti tituli Ecclesiæ, & patroni, & in die anniversario Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis, vel etiam arbitrio suo in aliis festivitatibus per annum, quandocunque ei pla-

Digitized by Google

placuerit, cum Cæremoniis, & solemnitatibus, quæ supra in capitulo de Missa solemni per Episcopum celebrata explicatæ fuerunt; ac etiam cum Vesperis solemnibus in Vigilia, seu die, quæ festum præcedit, excepto Sabbato sancto, quo die Vesperæ non dicuntur, nisi mane in fine Missæ, & Vigilia annunciationis Beatæ Mariæ, si venerit in Quadragesima die feriato; quo casu Vesperæ non celebrantur in Vigilia, sed tantum in die, finita Missa; & tunc, ne ista solemnitas sine Vesperis solemnibus transeat, poterit Episcopus, depositis Missalibus indumentis, accipere pluviale, & celebrare Vesperas, Canonicis paratis remanentibus; sed si hoc festum venerit feria secunda in Quadragesima, poterunt Vesperæ solemnes in Dominica præcedenti celebrari cum Cæremoniis, prout supra dictum est in capitulo de Vesperis solemnibus, Episcopo in crastinum celebraturo. In aliis autem festivitatibus, videlicet, in Noctu Nativitatis Domini, Sancti Stephani, Sancti Johannis Evangelistæ, Circumcisionis Domini, feria secunda, & tertia Paschæ Dominica in albis, Dominica Trinitatis, in festo Sancti Johannis Baptistæ, in festo Nativitatis beatæ Mariæ Virginis, in aliquibus principalibus festivitatibus Ecclesiæ Cathedralis, & pro aliqua re gravi ad universalem, vel propriam Ecclesiam spectante, vel alias quandocunque Episcopo placuerit, poterit paratus cum pluviali, & mitra assistere Missæ per aliquem Prælatum, Dignitatem seu Canonicum celebratæ, in qua omnia servabuntur, quæ supra explicata fuerunt in cap. de Missa solemni, quæ coram Episcopo celebratur: & si præcedenti die Episcopus Vesperis interesse voluerit, celebrabuntur similiter, prout dicitur in cap. de Vesperis solemnibus, Episcopo in crastinum non celebraturo in aliis festivis, seu ferialibus diebus Episcopus cum adorit semper cappam deferet.

CAPUT XXXV.

De Anniversariis diebus electionis, & consecrationis Episcopi solemniter celebrandis.

SIngulis annis in diebus anniversariis, Electionis & Consecrationis Episcopi, Missam solemnem vel per ipsum Episcopum, vel per aliquem

aliquem dignitate, seu Canonicum, ipso præsente, celebrari conveniat, quæ dies creationis, si venerit in die aliquo festivo, celebrabitur de festo cum paramentis festo convenientibus, & cum commoratione pro Episcopo: si verò venerit in die feriato, celebrabitur de Cathedra Sancti Petri cum paramentis albis, & una tantum collecta pro Episcopo, videlicet: (*Deus omnium fidelium pastor, & rector*, &c.) & cum præfatione de Apostolicis: nec in ea sermo habendus sit, sed in reliquis omnia circa Cæremonias servabuntur, quæ supra propriis locis explicata fuerunt.

CAPUT XXXVI.

De Anniversario Episcopi proximè defuncti.

EPiscopus vivens prædecessoris sui proximè ante ipsum defuncti memoriam habere debet, & pro ejus anima singulis annis in die obitus anniversarium celebrare, vel saltem Missæ pro ejus anima ab aliqua Dignitate, seu Canonico celebrato præsens assistere, & in fine absolvere. Missa autem erit defunctorum, & in ea omnia tam circa ornatum altaris, & indumenta; ac paramenta Missalia, quam circa genuflexiones, & Cæremonias servabuntur, quæ supra declarata fuerunt in capitulo de Missa Pontificali pro defunctis; & de Missa pro defunctis, quæ coram Episcopo celebratur. Non tamen post Missam sermo habendus erit, sed finita Missa, solus Episcopus, deposita cappa, apud sedem suam parabitur pluviali nigro cum cæteris indumentis, & habens ante se pannum nigrum extensum, seu lecticam mortuorum, absolvit prout ibi dicitur.

CAPUT XXXVII.

De Anniversario omnium Episcoporum, & Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis defunctorum.

ALiquo die non impedito infra octavam defunctorum arbitrio Episcopi Canonicus aliquis, seu dignitas Ecclesiæ Cathedralis cele-

Digitized by Google

celebrabit Missam pro anima omnium Episcoporum, & Ecclesiæ Cathedralis Canonicorum defunctorum cum paramentis nigris, & Cæremoniis, prout supra dictum est: cui Missæ Episcopus inter erit cum cappa, & in fine si voluerit, poterit, deposita cappa, & accepto pluviali, absolvere, prout dicitur in præcedenti capitulo. Quod si Episcopus hujusmodi Missæ præsens non erit, vel absolvere noluerit, celebrans dicto: (*Placeat &c.*) accedat ad cornu Epistolæ altaris, ubi deposita planeta, & manipulo, accipiet pluviale nigrum, & stans in dicto cornu Epistolæ versus altare, expectabit finem Responsorii, & interim Clerici, seu alii extendent pannum nigrum ante gradus altaris, vel portabunt illi lecticam mortuorum, nisi alias à principio Missæ fuerit accommodata. Cum per Cantores repetitur Responsorium post Versiculum (*Requiem æternam, &c.*) si erit Episcopus præsens accedet Cæremoniarius ad Episcopum cum thuribulo, & ministrante naviculam Presbytero assistente, Episcopus imponet thus in thuribulum, quod Cæremoniarius portabit ad altare, & alicui Cappellano celebrantis consignabit tenendum juxta cornu Epistolæ altaris, ubi etiam alius Cappellanus tenet vas aquæ benedictæ cum aspersorio, si verò Episcopus præsens non erit, ipse celebrans imponet thus in thuribulum, ministrante Diacono naviculam, incepto (*Kyrie eleison*) surget Episcopus, detecto capite, celebrans verò dicto ultimo (*Kyrie eleison*) stans detecto capite in dicto cornu versus ad altare dicet intelligibili voce (*Pater noster.*) Quod secrete complebit; & interim accedet ad medium altaris, & versus dictum pannum, seu lecticam mortuorum, ministrante Diacono aspersorium, asperget tertio super eundem pannum, seu lecticam, tum ministrante eodem Diacono thuribulum, simili modo ter thuribulum ducens pannum, seu lecticam thurificabit: deinde conversus ad altare, ex libro super illud posito in eodem cornu Epistolæ dicet Versiculum: (*Et ne nos inducas, &c.*) & alios versiculos, & orationem, & in fine Versiculum (*Requiem æternam, &c.*) & dicto per Cantores versiculo (*Requiescat in pace*) celebrans signans altare, & seipsum dicet Evangelium sancti Johannis, & redibit in Sacristiam ad se exuendum.

Digitized by Google

CAPUT XXXVIII.

De Ægrotatione, morte, funere, & exequiis Episcopi; & de supplicationibus ad Deum pro opportuna novi Episcopi electione impetranda.

LIcet Episcopus tanquam bonus pastor, & diligentissimus villicus, omni tempore paratus esse debeat, ad reddendum rationem Domino suo de ovibus sibi commissis, & de suæ administrationis officio; id tamen diligentiori cura, & studio peragere debet, dum ægrotat, quasi extremo vitæ suæ diei vicinior. Nam & si semper mortis periculum mortalibus imminet, propinquiores tamen morti sumus, dum ægrotamus. Curet igitur Episcopus, ut quanto magis dignitate cæteris præest, eo majori studio ultimum hujus vitæ actum, quo loco coronari electi solent, cum laude perficiat. Quod si dum ægrotat, tanquam homo morbi periculum non agnosceret, medici, domestici, familiares, & præcipue ejus confessor secrete, & summa cum reverentia, & caritate eum de discrimine, in quo versetur, moneant; & hortentur, ut voluntati divinæ non invitus adhæreat, & quæ ad animæ salutem pertinent, peragere curet. Nam Episcopum decet non solum verbo, sed etiam opere, & exemplo usque ad ultimum vitæ spiritum alios docere, & ad viam salutis dirigere. Medici vero & familiares, quæ ad corporis salutem pertinent, diligentissimè curent, & polliceantur Episcopo se, quantum humana potest industria, facturos, ut si fieri poterit, pristinam sanitatem recuperet. His verbis, & hortationibus excitatus Episcopus ægrotans, vel quod (melius esset) sua sponte, cum extremum diem suum appropinquare cognoverit, primo peccata sua confessori diligentissime confiteatur, deinde tempore congruo sacrum petat viaticum, & antequam communicet, indutus Rochetto, & stola præsente Sanctissimo Christi corpore, profiteatur Catholicam fidem ex formula ab Apostolica sede præscripta quam affirmet se semper inconcusse, & firmiter tenuisse, & credidisse, seque in ea velle vivere, & mori, cum Deo placuerit. Tum majori, quam poterit, devotione, & humilitate, sacrum sumat viaticum,

Digitized by Google

viaticum, quod illi deferat prima dignitas, comitante capitulo, & toto clero cathedrali Ecclesiæ in habitu Ecclesiastico; & cum candelis accensis, & si fieri potest, Magistratus deferat baldachinum, moneatque eandem primam dignitatem, ut, cum tempus erit extremæ unctionis Sacramentum sibi administret, & animæ commendationem faciat. Convocet deinde Canonicos, Parochos & Curatos omnes, dum adhuc sensus corporis integri sunt, & coram eis profiteatur iterum Catholicam fidem ex prædicta formula, petat veniam de negligentiis & imperfectionibus suis, & si quemquam unquam in sua administratione offenderit, roget, ut orent Deum omnipotentem pro anima sua; commendet illis Ecclesiam, pauperes, viduas, orphanos, & loca pia: memoret eis, ut donec de successore provideatur, continuas preces ad Deum fundant, ut eis bonum pastorem concedere dignetur, qui eos uberiùs, quam ipse fecit, pascere noverit. Aperiat etiam eis debita, & credita Ecclesiæ, si quæ sunt; & notificet scripturas, jura & actiones, ejusdem Ecclesiæ: condat, si vult, & habet ab Apostolica sede facultatem, testamentum, & eligat sibi sepulturam. Cum verò hora mortis appropinquat, curatus, seu sacrista in tempore Episcopo extremam unctionem exhibeat, & animæ commendationem faciat, prout in ordinario.

Viri pii, & religiosi continuò assistant Episcopo, animam agenti, cui crucem inspiciendam, osculandamque crebro offerant; rediganteque ei ad memoriam Passionem Christi, Domini nostri. Nec desint, religiosi & Sacerdotes, qui continuo, dum adhuc expirat, Psalmos, Passionem Christi, & alias devotas orationes legant. Postquam Episcopus Spiritum Creatori reddiderit, Canonici qui aderunt, singuli super eum Versiculum: (*A porta inferi &c.*) cum oratione: (*Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes &c.*) recitabunt. Cubicularii verò, & familiares ipsius Episcopi defuncti Corpus ejus aqua calida cum vino, & herbis odoriferis lavabunt, & mundabunt; & si hæredibus videbitur, poterit etiam aperiri, & aromatibus condiri, quo casu intestina ejus statim sepeliantur in Ecclesia. Sed licet corpus non aperiatur, omnino agendum & curandum est opportunis remediis, ut sine fœtore usque ad præstitutum tempus sepulturæ

Digitized by Google

servari possit. Loto & terso corpore, clerici familiares, seu alii Ecclesiastici viri cum Cæremoniario induant illud primum vestibus ordinariis usque ad Rochettum, deinde sacris vestibus, quibus vivens induebatur, dum solemniter erit celebraturus; hoc est, caligis, & sandaliis, amictu, alba, cingulo, stola, manipulo, cruce pectorali, tunicella, dalmatica, chirothecis, planeta coloris violacei, annulo & mitra simplici, ac etiam pallio cum spinulis, si erit Archiepiscopus, vel alias utens pallio, & ponant super pectus ejus crucem aliquam, quam manibus teneat. Corpus sic indutum, donec præparetur lectus in aula majori, ut infra, ponatur super aliqua mensa, seu in terra super tapete, cum cereis ardentibus ad caput, & pedes. Interim cæteri Episcopi familiares inferiores, & famuli totam domum denudent, & in aula majori palatii, sive domus, præparent lectum ex tabulis altitudinis palmorum sex, longitudinis ad minus palmorum duodecim, & latitudinis palmorum decem, vel ad minus octo, & super illud ponatur stratum ex lana, seu pilea plenum, & cooperiatur panno serico nigro, vel saltem laneo. Ad lecti pedes præparetur parva mensa linteo mundo cooperta, & super ea duo candelabra, cum candelis accensis, liber Missalis, vas aquæ benedictæ cum aspersorio, thuribulum cum navicula, & incenso, ac super pelliceum unum cum stola, & pluviale nigrum ponantur. Quibus omnibus sic paratis, corpus Episcopi defuncti, ut supra indutum, portetur in dicta aula, & super dicto lecto collocetur; & ad pedes ejus ponatur pileum Pontificale sericeis viridibus floccis ornatum, & hinc inde à lateribus ponantur scamna cum foraminibus pro funalibus, seu intorticiis ponendis circa corpus, vel saltem illis deficientibus, collocentur quatuor candelabra cum quatuor intorticiis ardentibus ad quatuor lecti angulos. Circumcirca per totam aulam disponantur sedilia, pro Canonicis, clericis, Magistratu, civibus, & aliis qui venient ad honorandum funus. Hora competenti; cum jam, si non omnes invitati ad funus saltem eorum aliqui advenerint clerus sæcularis per ordinem, si voluerit, vel Religiosi quatuor ordinum mendicantium, si in civitate adsunt, qui invitari debent, vel alii per singula Collegia incipient vigilias, hoc est, Vesperas & Matuti-

Digitized by Google

Matutinum cum Invitatorio, & tribus Nocturnis, ac Laudibus defunctorum. Primi, id est, inferiores, à quibus inchoandum est (nam ultimus locus dignioribus Religiosis reservatur) inchoabunt Vesperas: Prior enim eorum habens ante se legile cum libro dicit secretè (*Pater noster*) ad quod Canonici, & alii omnes invitati circumsedentes assurgunt, sic mansuri, donec inchoetur primus Psalmus Vesperarum. Dicto (*Pater noster*,) secretè, alta voce incipiet Antiphonam: (*Placebo Domino*,) quam cæteri ejusdem religionis fratres, qui propè funus ante alios hinc inde stare debent prosequentur. Et, ea finita, recitabunt alternatim Psalmos Vesperarum cum Antiphonis duplicatis, prout fieri solet in officio duplici. Et dum inchoantur Psalmi, eisdem fratribus, qui cantant, candelæ distribuendæ, prout & cæteris, quando Nocturnos, & laudes cantabunt, ut infra. Ad canticum: (*Magnificat*,) surgunt omnes, & Prior ejus Religionis, qui Vesperas cantaverunt, accedet ad mensam ad pedes lecti, & ibidem à Cæremoniario, vel aliis Clericis induetur superpelliceo, stola, & pluviali, & imponet thus in thuribulum. Finito cantico: (*Magnificat.*) stans ibidem ad pedes lecti ante Mensam prædictam manibus junctis dicet: (*Pater noster*,) & interim accepto aspersorio de manu Cæremoniarii, vel alterius Clerici, incipiendo à parte dextera lecti, asperget lectum circumcirca, aspergendo ter in qualibet parte lecti; & dum transibit ante Canonicos illos capite aliquantulum inclinato salutabit. Et postquam reversus fuerit, in eodem loco apud mensam, reddito aspersorio, capit de manu ejusdem Cæremoniarii, vel alterius Clerici thuribulum, & lectum circumcirca similiter eodem modo thurificabit: quo facto stans ante prædictam mensam, reddito thuribulo, & habens ante se librum apertum, ex eo leget Versiculos & orationem infrascriptam, videlicet:

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A portâ inferi.
℟. Erue, Domine, animam ejus.
℣. Requiescat in pace.
℟. Amen.

Digitized by Google

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et Clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEUS, qui inter Apostolicos Sacerdotes famulum tuum N. Episcopum Pontificali fecisti dignitate vigere; præsta quæsumus, ut eorum quoque aggregetur consortio. Qui vivis & regnas cum DEO Patre in unitate Spiritus Sancti DEUS; per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Deinde dicit Versiculum: (*Requiem æternam, &c.*) & duo ex fratribus cantantibus: (*Requiescant in pace.*) cæteri respondebunt: (*Amen.*) Finitis Vesperis, Religiosi, qui illas cantarunt, discedunt, & vocantur alii Religiosi, qui Matutinum hoc est, Invitatorium cum tribus Psalmis primi nocturni, & lectionibus cantabunt; & dum cantatur invitatorium usque ad initium primi Psalmi, omnes stare debent. Finitis Psalmis primi Nocturni, duo Cantores, sive ex fratribus, qui Nocturnum cantarunt, annuntiant Versiculum: (*A porta inferi, &c.*) & respondetur: (*Erue Domine animam ejus.*) Quo dicto, omnes surgunt: tunc unus ex eisdem Religiosis lectionem cantaturus accedit ad pulpitum, & secretè dicit: (*Pater noster.*) Quod totum sub silentio complet, & eo finito, omnes sedent, & ipse lectionem incipit; & ea finita, cantores cantant Responsorium, & idem religiosus cantat secundam & tertiam lectionem. Finita ultima lectione, dum cantatur tertium responsorium, Prior ejus religionis, qui Nocturnum cantavit, accedit ad mensam, induitur superpelliceo, & pluviali; & cum dicitur Versiculus: (*Requiem æternam, &c.*) imponit thus in thuribulum, & in fine cum dicitur: (*Kyrie eleison.*) surgunt omnes; & Prior dicat: (*Pater noster.*) aspergat & thurificet lectum, ut supra in Vesperis, & cantet eosdem Versiculos, & orationem, ut supra dictum est. Quo facto alii religiosi vocentur, & cantent similiter secundum Nocturnum; & eo finito, alii, qui cantent tertium eodem modo & forma, prout de primo dictum est. Demum ultimi, & digniores Religiosi cantent Laudes, eadem forma, prout

Digitized by Google

prout decantatæ fuerunt Veſperæ; & ad benedictus, & orationes, & cætera, omnes ſurgant, ut ſupra.

Quod ſi non ad eſſent tot Religiones, qui poſſent diſtinctè Veſperas, & Nocturnos & Laudes prædictas decantare; poſſet una cantare duos Nocturnos, vel plures: ſed omnino in fine Veſperarum, cujuslibet Nocturni, & Laudum aſpergendus, & thurificandus eſt lectus, & dicendi Verſiculi, & orationes, ut ſupra. Et è contra, ſi eſſent plures Conventus, & Religiones, poterunt duo ſimul cantare unum Nocturnum.

Dum cantantur Laudes, paretur feretrum, & illis finitis, ponatur Corpus Epiſcopi defuncti ſuper feretrum, & præcedentibus omnibus Religioſis, & Clero ordine ſuo, ad Eccleſiam deducetur; feretrum autem portabitur per Sacerdotes cottis indutos, & Canonici feretrum immediate præcedant, Magiſtratus verò cum cæteris omnibus invitatis, & de civitate ſequantur. In Eccleſia collocetur feretrum in medio Eccleſiæ, & ibidem Prior, ſeu dignior Canonicorum, vel prima dignitas, ſi adſit, indutus pluviali faciet officium, hoc eſt, dicet ad pedes feretri, (*Pater noſter*) imponet thus, aſperget, & thurificabit, ut ſupra: & demum cantabit verſiculos, & orationem ſupradictam. Quo facto, omnes diſcedant, & corpus ſepeliatur, & ſi commodè fieri poteſt, antequam ſepeliatur cantetur Miſſa pro ejus anima. Octavo die, vel quando hæredibus, & executoribus defuncti placuerit, poterunt in Eccleſia celebrari, exequiæ, cum quatuor abſolutionibus, & omnibus Cæremoniis, quæ ſupra expreſſæ ſunt hoc eodem libro in capitulis, de Miſſa Pontificali pro defunctis.


Sepulto Epiſcopo, donec de novo ſucceſſore proviſum ſit, preces ad Deum continuò offerendæ ſunt pro opportuna novi Epiſcopi electione impetranda, & conveniret, ut ſingulis diebus Religioſi proceſſionaliter ad Eccleſiam Cathedralem accederent, Litanias cantantes, & ibidem pias, & devotas orationes recitarent, cum Canonicis, & clero ejusdem Eccleſiæ Cathedralis, ut Deus illis quam primum concedere dignaretur novum, & bonum paſtorem, qui Eccleſiam

Digitized by Google

siam regere, & animarum curam dignè, & fructuosè habere valeret, & posset. Qua electione obtenta, quamprimum de ea nuntium certum habuerint, singuli Religiosi ad Ecclesiam Cathedralem accedentes Deo gratias agent, & hymnum: (*Te Deum laudamus*) devotè cantare in Ecclesia poterunt.

De Tono Confessionis recitandæ per Diaconum post Sermonem, & de forma Indulgentiæ publicandæ per sermocinantem, ac de benedictione danda per Episcopum post sermonem.

Stat in finito sermone Diaconus, qui cantavit Evangelium, stans ante Episcopum capite inclinato cantabit confessionem in tono sequenti: & dum dicet: (*Tibi Pater*) & (*Te Pater*) si erit Canonicus profundius inclinabit, si non erit Canonicus genuflectet.



Quod dum dicit genuflectit coram Pontifice. Tum surgit, & continuat.

Quia

Digitized by Google



Finita confeſſione per Diaconum ſermocinator, qui in pulpito dum cantatur confeſſio genuflectet, ſurgens publicabit indulgentiam in forma ſequenti, videlicet: (*Reverendiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus, Dominus N. Deo, & Apoſtolicæ Sedis gratia hujus ſanctæ Eccleſiæ Epiſcopus dat, & concedit omnibus hic præſentibus quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta, Rogate Deum pro felici ſtatu Sanctiſſimi Domini Noſtri N. divina*

Digitized by Google

providentia Papæ N. Dominationis suæ Reverendissimæ, & Sanctæ Matris Ecclesiæ.)

Publicata indulgentia Episcopus depositâ mitra leget ex libro per ministrum de eo servientem supra caput sustentato, in tono orationis versus ad populum, ut infra videlicet; (*Precibus, & meritis beatæ Mariæ semper Virginis, beati Michaelis Archangeli: beati Joannis Baptistæ: Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli: ac omnium Sanctorum, misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis vestris perducat vos ad vitam æternam.* ℟. *Amen.*) (*Indulgentiam; absolutionem, & remissionem peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens, & misericors Dominus.* ℟. *Amen.*) Deinde benedicens populo more consueto dicit: (*Et benedictio Dei omnipotentis Pa† tris, & Fi† lii, & Spi† ritus Sancti descendat super vos, & maneat semper* ℟. *Amen.*) Si erit Archiepiscopus statim publicata Indulgentia, Cappellanus portabit ante illum Crucem, quam genuflexus tenebit donec omnia prædicta compleverit, & Archiepiscopus prius crucei caput inclinabit.

Finis Cæremonialis Episcoporum.

Digitized by Google

PII PAPÆ SECUNDI CREATIO

ANNO SAL. MCCCCLVIII.

CUm Alphonsus, Arragoniæ & Siciliæ Rex, ægrotare cœpisset, lento morbo correptus XL. dies inter spem vitæ & mortis secum absumsit, fecitque debito naturæ satis, instituto hærede filio Ferdinando, extra matrimonium genito, quem Nicolaus & Eugenius, Romani Pontifices, regni capacem reddiderunt. Religiosus Principis obitus fuit, nam Christiano more peccata confessus, & Sacramentis Ecclesiasticis communitus, in alteram vitam migravit, onerato filio, ut aureum numinum, in expeditione contra Turcas Romano Pontifici traderet, legavitque multa ad pias causas, & ossa sua in Arragoniam transferenda mandavit, quæ omnia superveniente bello impedita sunt. Etsi enim, mortuo Alphonso, regni Principes ac Civitates omnes Ferdinandum supra se Regem acceperunt, & in ejus verba jurarunt. Calixtus tamen Pontifex Maximus, odium, quod in Alphonsum viventem gesserat, eo extincto, in filium continuavit, regnumque Siciliæ, ob Alphonsi obitum, ad Romanam Ecclesiam devolutum esse declaravit, eo, ut vulgaris fama fuit animo, ut Nepotem suum Borgiam ad Regni fastigium extolleret. Sed quid acrius humana cognitione? Dum Calixtus, inimico Rege mortuo, nimis alto fertus animo, & jam sibi plana omnia esse sensit, ipse quoque intra dies quadraginta morbo captus, & extremo confectus senio fatis fungitur. Hoc etiam non est omittendum, quod paucis ante diebus Joannes Caimus, Franciſci Sfortiæ Mediolanensium Ducis Orator Viterbium transitum faciens, Æneam Cardinalem Senensem, illic in balneis existentem, adiit visitationis causa, atque inter confabulandum iccirco se missum ad Calixtum ait, ut ediceret ei,

Digitized by Google

Franciſco Sforziæ non placere, Ferdinandum Paterno Regno amoveri, quod ſi aliter Pontifici ſederet in animo, ſciret Mediolani Ducem adverſum ſe futurum; Quo audito, hoc, inquit Æneas, nuntio Calixto necem affers, neque aliter ſecutum. Namque ut accepit Pontifex Maximus, Franciſcum ſibi de regno non aſſentiri, mox in ægritudinem incidit, ex qua mortuus eſt, quem ſui Nepotes in Baſilica S. Petri ſepelierunt in locum, quem vocant: Sancta Maria in Febribus, & qui olim Apollinis templum fuit. Obiit autem VIII. Idus Auguſti Anno Salvatoris Chriſti quadrageſimo quinquageſimo octavo ſupra milleſimum. Cardinales pro more egregias ei exequias fecere.

Hæc cum accepiſſet Philippus Cardinalis Bononienſis, qui ſe apud Regium Balneum ob æſtatis ardorem detinuerat, Viterbium venit, & cum Ænea ſimul ad electionem Summi Pontificis futuri Romam profectus eſt. Cumque ambo peterent univerſam curiam, & non minimam populi partem, extra mœnia occurrentem, invenirent, affirmantibus cunctis eorum alterum in Pontificem Maximum electum iri, reverſi ſunt, & ſolum cæteri Cardinales intra centeſimum lapidem commorantes novem & decem affuere in urbe. Sed dum celebrantur exequiæ, Firmianus Cardinalis lenta febri correptus Calixtum, cui ſupra modum ſuccedere aſpirabat, ad ſepulchrum ſequitur, qui niſi ambitioni & iracundiæ ſuccubuiſſet, exemplaris & optimus fuiſſet, quia & vitæ mundiſſimus, doctrinaque & rerum experientia magnus, verum plus æquo partis Gibellinæ Sectator. Reliqui Cardinales duo de viginti decima die poſt obitum Calixti conclave ingreſſi ſunt, tota civitate ſuſpenſa in eventu rerum, quamvis ſermo communis fuerit Æneam Cardinalem Pontificem Maximum auguratum eſſe, nec quisque fuit, de quo major eſſet opinio.

Conclave in Apoſtolico Palatio apud Petrum S. perſtructum eſt, in quo duæ concluſæ ſunt aulæ, & ſacella duo: in majori cellulas fecere, in quibus Cardinales ederent, dormirentque: in minori & quod S. Nicolai appellatum, conſultationi electionique Pontificis, imo & deambulationi aſſervaverunt.

Ipſa

Digitized by Google

Ipſa die ingreſſionis, quæ fuit XVII. Calendas Septembris, nihil actum eſt circa electionem: ſequenti die capitula quædam ſunt edita, quæ obſervari à novo Præſule ſtatuerunt, curaveruntque ea ſinguli ſe ſervaturos, ſi ſors ſupra ſe ea daret. Tertia die facta re divina, cum ventum eſſet ad ſcrutinium: inventum eſt, Philippum Bononienſem ad Æneam Senenſem paribus votis ad Pontificatum poſtulari, utroque vocibus quinque vocato, ex reliquis nemo tres ſuperavit.

Guilielmus Cardinalis Rothomagenſis, interea, ſive dolus fuit, ſive odium, eorum vice eligitur. Conſueverant Cardinales Scrutinio facto publicatoque conſedere, atque inter ſe colloqui, ſi quis ſit, qui mutare propoſitum velit, & vocem, quam uni dederat, in alterum transferre, qui modus eligendi per acceſſum vocatur. Sic enim concordia facilius invenitur, quæ res in primo ſcrutinio omiſſa eſt, impedientibus illis, qui à nullis electi fuerant, cum ad eos fieri non poſſet acceſſus.

Itum eſt ad prandium, exinde multi conventus facti ſunt; qui potentiores erant in collegio auctoritate, & opibus excellentes ad ſe reliquos vocabant & aut ſibi ipſis, aut amicis Apoſtolatum quærebant, rogabant, promittebant, minas quoque inferebant, nec defuerunt, qui ſine rubore, omni modeſtia procul rejecta, pro ſe ipſis verba fecerunt, ſummumque Pontificatum ſibi arrogarunt, ſicut Guilielmus Rothomagenſis, Petrus Barbas Sancti Martii, & Joannes Caſtellio Papienſis, Cardinales, nec non Illerdenſis ſeſe non negligebant, & multa de ſe quisque prædicabant: verum erat eorum contentio ſumma diligentia inquieta. Dies, nox his in ſomnis fuit.

Rhothomagenſis autem non tam eos, quam Æneam timebat, & Cardinalem Bononienſem, in quos videbat vota plurium ferri. Maxime vero Æneam timebat, cujus taciturnitatem non dubitabat longe valentiorem eſſe, aliorum latratu. Vocabat igitur modo iſtos, modo illos, & increpans eos dicebat: Quid tibi eſt, cum Ænea? Quid eum Pontificatu dignum maxime cenſes? Pedibus laborantem & pauperem nobis Pontificem dabis? quomodo relevabit inopem Eccleſiam inops, ægrotantem ægrotus? ex Germania recens venit

Digitized by Google

cum navi, forsitan & curiam eo traducet? Abortum ne loco Petri ponamus, & gentilibus institutis regamus Ecclesiam? At Philippum Cardinalem Bononiensem anteponendum existimas, duræ cervicis hominem, qui neque per se gubernare valeat, nec auscultet recta monentibus? Ego in Cardinalatu Senior sum, nec me imprudentem hosti, & doctrina Pontificali sum præditus, & regium sanguinem præ me fero, & amicis abundo & opibus, quibus subvenire ecclesiæ pauperi possum; sunt & mihi beneficia Ecclesiastica non pauca, quæ dimissurus inter te & alios partiar. Addebat preces multas, quæ si non satis valebant, minas adhibebat, si quis Simoniam ejus obstare dicebat, qui Papatum venalem habiturus esset: non inficiabatur, præteritam vitam Simoniæ labe infectam fuisse, sed in futurum jurabat, mundas se manus habiturum. Astabat ei Alanus, Cardinalis Avenionensis, homo audax ac venalis quibuscunque quicum modis omnibus adjuvabat, non tantum quia Gallus Gallo favebat, sed quantum quod ex promotione Guilielmi Ecclesiam Rothomagensem, & domum ejus in urbe, & Cancellariatum expectabat. Veniebant non pauci magnis pollicitationibus, & quasi Amasiæ capiebantur à Domino, vendebaturque Christi tunica sine exemplo. Convenere apud latrinas plerique Cardinales, eoque loco tam abdito & secretiori pacto interfuerunt, quonam modo Guilielmum Pontificem eligerent, scriptisque & juramentis se adstrinxere; quibus ille confisus mox sacerdotia, magistratus, & officia promisit, ac provincias partitus est. Dignus locus, in quo talis Pontifex eligeretur. Nam fœdas conventiones ubi convenientius mittes quam in latrinas.

Aderant Guilielmo certis ex Cardinalibus sex Græcus, Genuensis, S. Sixti, Avenionensis, Columnensis, Papiensis, Vice-Cancellarius Bononiensis, Ursinus, & sanctæ Anastasiæ verò dubii erant, paulloque momento accessuri videbantur, & jam propemodum spem dederant; & cum XI. concurrere viderentur, non dubitabant, quin duodecim statim haberent. Nam cum eo ventum esset, præsto adest, qui ait: Ego te Papam facio, ut ejus ineat gratiam. Confectam jam igitur rem existimabat, nec aliud expectabat, quam lucis adventum, ut ad scrutinium veniretur. Jamque noctis medium

affluxerat

Digitized by Google

affluxerat, cum cito Bononiensis Æneam adit, & dormientem excitans: quid ais, inquit, Ænea? nescis, quot jam Papam habemus? in latrinis convenere aliquot Cardinales, statuerunque Guilielmum eligere; nec aliud expectatur, quam dies: Consilium meum est, ut surgens è lectulo cum adeas, vocemque quam illi offeras, ne si te adverso Pontificatum Maximum obtineat, odiosus fiat tibi: Ego mihi consulam, nec in priores incidam laqueos; novi, quid sit, inimicum habere Pontificem: Calixtum expertus sum, qui nunquam pacificis oculis me intuitus est, quoniam eum non elegissem. Mihi ex usu videretur ejus, qui Pontifex sit futurus, anteveniri gratiam: Ego, quod mihi consilium, id tibi do. Cui Æneas: Consilium, inquit, tuum, Philippe, profecto nemo suaserit, ut cum beati Petri successorem eligam, quem prorsus indignum puto: Absit à me hoc peccatum: Si alii eum eligant, ipsi viderint: ego mundus ero ab hoc scelere, nec meam conscientiam expugnabis. Dicis, durum esse Papam non habere benevolum, nihil ego vereor, scio, me non interficiet, quin cum non elegerim: at non amabit, non dabit stipem, non adjuvabit paupertatem præmiis? mihi est assueta dura paupertas, inopem vitam duxi hactenus, quod si moriar inops? minas mihi non afferet, quæ sunt in fortuna tenui suaviores. Ceterum non ego is sum, qui arbitror, passurum Deum, in manu Rothomagensis ecclesiam sponsam suam deperiter: nam quid magis est, alienum à Christi professione, quin vicarium ejus, Simoniæ ad impudicitiam deservire? Non feret divina pietas hoc palatium, quod tanti Sancti Patres inhabitavere, Speluncam latronum, aut lupanar meretricum fieri: à Deo datur Apostolatus, ab hominibus solum Rothomagensi demandatur Pontificatus: Conspirantes saltem homines sunt, quorum cogitationes vanas esse quis nescit? pulcra apud latrinas consultatio facta est; in successum conatus ibunt, ut fiunt Apuliæ perfidiæ, in loco fœdissimo finem accipient iniquissima machinamenta, crastina dies ostendet, Romanum Pontificem à Deo eligi, non ab hominibus. Tu, si Christianus es, cum in Christi Vicarium adsumes, quem nosti Diaboli membrum esse? atque his dictis terruit Philippum, ne Rothomagensi

accede-

accederet, & in ſummo diluculo Rodericum Vice-Cancellarium conveniens, percunctatus eſt, an ſe ſe Rothomagenſi vendidiſſet? & quid vis, quod agam, reſpondit ille? acta res eſt, convenere apud latrinas multi, atque hunc ſtatuerunt eligere: mihi ex uſu non eſt, cum paucis extra gratiam præſulis remanere, concurro cum parte, quæ major eſt, conſului, Cancellariam non perdam, ſchedulam promiſſionis habeo; ſi non eligam Rothomagenſem eligent alii, & ego privabor officio meo. Cui, Æneas ſtulte, inquit, Juvenis: Ergò tuæ nationis hoſtem in Apoſtolatu collocabis, & ſchedulæ fidem dabis hujus hominis, qui non habet fidem? in ſchedula habebis Avenionenſem Cancellarium: Nam quod tibi promiſſum eſt, & affirmatum, illa ne tibi ſervabitur fides? Gallo an Catalano Gallus amicior erit, extero an ſuo magis conſulet? Cave tibi inexperte Juvenis, cave ſtulte, & ſi non eſt tibi Romana eccleſia curæ, cum ſi religionem Chriſtianam vili pendis, & Deum contemnis, cui talem vicarium præparas, at ſaltem tui ipſius curam habeto, qui Gallo Papatum tenente in extremis eris. Audivit hæc patienter ab amico Vice-Cancellarius, ſeque admodum cohibuit. Poſt hæc videns Æneas Cardinalem Papienſem, audio, inquit, & te cum hiſce ſentire qui Rothomagenſem eligere ſtatuerunt. Quid ais? tu, ille inquit, bene audiſti, promiſi illi vocem dare, ne ſolus remanerem, jam enim res ejus tota eſt, tot ſunt, qui ei promiſerunt. Cui Æneas: alium te, inquit, virum eſſe exiſtimaram, quam invenio, etenim quantum à majoribus tuis degeneras? Patruus tuus, ſive Avunculus, fuit Brando Cardinalis Placentinus, qui cum Johannes XXIV. eſſet Pontifex Maximus & ultra montes in Germaniam inſtituto Conſtantienſi Concilio, curiam Romanam trans Alpes duxerat, nunquam quievit, donec eam in Italiam ut primam ſedem reduceret: cujus arte, ſtudio atque ingenio etiam factum eſt, ut, abdicatis ſummo Pontificatu, qui de eo contendebant, Martinus V. eligeretur natione Romanus, ex domo Columnenſium. Brando Curiam Apoſtolicam ex Germania in Italiam reportavit tu ejus nepos ex Italia transferes in Galliam; Italus homo melius Galliæ quàm Italiæ conſules? At Rothomagenſis nationem ſuam præfert Italicæ, & Gallus in

Galliam

Digitized by Google

Galliam cum summa dignitate avolabit. Dicis: curatum est, non ibit absque sacri Senatus consilio, extra provinciam ire volenti non consentiente. Sed quis Cardinalium est, qui sedenti in Apostolico Throno audeat adversari? primus eris, qui Pontifici consentias; ito, inquies, Pater Sancte, quo velis. Verum quid nostra Italia absque Romano Pontifice? retinemus Apostolatum imperio amisso, absque hoc uno lumine videmus lumen, & hoc à fautore, suasore, adjutore privabimur. Aut ibit in Galliam Pontifex Gallus, & orbata est dulcis patria nostra splendore suo, aut manebit intra nos & qui libet ei serviet. Regina Gentium Italia extremo parebit domino, eximusque mancipia Gallicæ Genis. Regnum Siciliæ ad Gallos pervenit, omnes urbes, omnes arces ac ecclesiam possidebunt Galli. Calixtus admonere te potuit, quo sedente nihil novi occupavimus. Catalanus expertus: Catalanos experiri Gallos cupis? cito pœnitebit expertum; videbis Gallorum Sanctum Collegium plenum, neque ab illis amplius eripietur Papatus. adeo ne cæcus es, Pater mihi? non intelliges, hoc pacto perpetuum imponi jugum nationi tuæ, & quid dirius hominis dicam? annon pudet hominem fidelem & cui anima vitalis sit, Christi oves committere? an Paranimphum egregium sponsæ Christi præparas, ovem lupo commisceris? Ubi justitia? Zelus? Ubi hominis mens? siccine à te ipso recessisti? cum te sæpe dixerim audivimus, perituram ecclesiam, si in manum Rothomagensis incideret, & te mori malle, quam ipsum eligere? quæ causa mutationis? an ex Dæmonio repente in Angelum lucis transfiguratus est ille, an tu ex Angelo in Diabolum? qui libidines ejus & spurcitias & avaritiam diligis? Ubi amor patriæ, & vox illa semper Italiam citeris nationibus præferens? existimabam, recedentibus exteris, ab ejus caritate te nunquam recessurum, fefellisti me, plures alios, imo vero tu te ipsum & patriam tuam Italiam, nisi resipiscis.

Obstupuit his auditis Papiensis, & correptus dolore simul ac iracundia, illa rimatus est, & post aliquot suspiria, pudet me, inquit, Æneæ, sed quid agam? Promisi, nisi Rothomagensem eligi, proditionis arguor. Cui Æneas: eo ventum est, ait, quantum intelligo, ut quocunque te vertas, proditoris nomen incurris: nunc

eligendum est, Italiam, patriam, Ecclesiam, an Rothomagensem malis prodere. Victus his Papiensis, à Rothomagensi desicere, minus probri existimavit.

Petrus autem Cardinalis S. Marci cum accepisset Gallorum conjurationem, & spem amisisset potiundi Pontificatum, commotus amore patriæ simul & odio, quo Rothomagensem prosequebatur, circumire Italos Cardinales hortari, monere ne Patriam relinquerent, nec quievit, donec apud Cardinalem Genuensem, excepto Columnensi, cunctos Italos congregavit, expositque conjurationem in latrina factam, Ecclesiamque perituram & Italiam in perpetuam servitutem venturam, si Rothomagensis Pontificatum assequeretur, dixit rogavitque singulos, ut sese vivos ostenderent, consulerentque matri Ecclesiæ, atque infelici Italiæ, deponerent, si quæ essent odia inter se, & Italum potius, quam exterum eligerent Pontificem, qui sese audiunt, Æneam præferrent.

Aderant Cardinales septem, Genuensis, Pisanus, Bononiensis, Sancti Marci, Papiensis, Senensis, Sanctæ Anastasiæ; cuncti Petri verba approbavere, præter Æneam, qui se tanto munere indignum censebat.

Itum est deinde ad rem divinam, qua peracta Scrutinium incepere: calix aureus in ara positus est, & tres Cardinales eum observavere; Ruthenus Episcopus, Rothomagensis Presbyter, & Columnensis Diaconus inspicientes, ne qua fraus intercederet; reliqui Cardinales suis in locis consedere, & surgentes ratione dignitatis ac Senioratus, accedentes ad altare schedulas in calicem mittebant, in quibus nomina eorum scripta erant, quos ad Pontificatum eligebant; cumque iret Æneas velletque suum papyrum in calicem mittere, expallens tremensque Rothomagensis, en, inquit, Ænea habito me commendatum; non attendendo, quod eo loco non licitum erat Æneæ suam scripturam alia mutare; sed ita vicit prudentiam ambitio. Æneas vero inquit: mihi, te, vermiculo commendas? nec plura locutus in suum locum abiit, schedula in calicem projecta. Cumque omnes idem fecissent, mensa in medio ædis posita est, & tres Cardinales memorati super, eam schedularum in calicem ever-

averterunt, schedulasq; legentes singulas, alta voce nomina eorum annotarunt, qui erant in illis conscripti, nec quisquam erat Cardinalium, qui non pari modo nomina annotaret, ne qua posset intervenire machinatio, quæ res ex usu Æneæ fuit. Nam cum fieret enumeratio votorum, & lector Rothomagensis Æneam votis VIII. expert pronunciasset, & cuncti silerent, in aliorum damnum nequaquam passus est se fraudari, dixitque lectori: inspice melius schedulas, nam votis novem flagitor, eique omnes assensere. Rothomagensis quasi erraſſet, subticuit. Modus schedularum hic erat, scripserat quilibet manu propria: Ego Petrus, sive Joannes, sive alio nomine fuerit, eligo in Romanum Pontificem Æneam Cardinalem Senensem & Jacobum Ulisiponensem. Nam & unum & duos & plures eligere permissum, tali cita conditione, ut prius nominatus præferatur, quodsi non habeat vota, quæ sufficiant, succedebat proximus, ut eo facilius in unum conveniatur. Sed quod est utiliter inventum, nonnulli ad fraudem vertunt, quod Latinus Ursinus eo die fecit, nominans septem, ut eo beneficio electi, quos nominavit, vel sibi accederent in eo Scrutinio, vel in alio se eligerent; quamvis ei, qui fraudulentus habetur, non multum afferant doli. Publicato Scrutinio inventum est, (ut ante diximus) novem Cardinales Æneam elegisse, Genuensem, Ursinum, Illerdensem, Bononiensem, Sancti Marci, Sanctorum IV. coronatorum, Zamorensem, Papiensem & Portugallensem; Rothomagensem, vero tantum sex reliquos longe inferiores. Obticuit Rothomagensis, cum se adeo superatum ab Æneâ vidit: cæteri omnes admirati sunt, neque enim memoria hominum ad novem voces per scrutinium quisquam ascenderat. Cum nemo satis votorum haberet, placuit considere, & viam, quam vocant, per accessum experiri, si forte ea die haberi posset Pontifex, atque hic rursus spem reassumsit Rothomagensis inanem.

Sedebant omnes suis in locis taciti, admirabundi, & tanquam in excessu mentis attoniti essent; nemo aliquandiu loqui, nemo hiscere, nemo partem corporis movere videbatur, præter oculos, quos varias in partes jactabant: mirum erat silentium, & mira hominum effigies, quasi inter statuas res suas agerent, neque vox audiebatur,

dicebatur, neque motus cernebatur ullus: manſere in eum modum aliquantiſper, expectantibus inferioribus, ut ſuperiores acceſſum inchoarent. Exinde Rodericus Vice-Cancellarius aſſurgens, ad Senenſem, inquit, Cardinalem accedo, quæ vox tonitru fuit in corde Rothomagenſis, adeoque ex ſanguem reddidit hominem. Subſecutum eſt ſilentium, & alter alterum intuens, ſuos nutibus indicabat affectus.

Jam prope erat, ut Æneam Pontificem videre viderentur, quod verentes aliqui eo loco abiere, ut ejus dicti fortunam clauderent. Hi fuere Ruthenus & Sancti Sixti Cardinales, neceſſitatem cauſati corporis; ſed cum nulli eos ſequerentur, mox rediere. Tunc Jacobus St. Anaſtaſiæ Cardinalis, & ego, inquit, Senenſi accedo: exinde major omnes ſtupor invadit, & tanquam in domo, quæ incognitis terræ motibus agitatur, cuncti vocem amiſere. Una enim tum Æneæ vox decrat, duodecim ſiquidem voces Pontificem efficiebant: quod animadvertens, proſper Cardinalis Columna eam ſibi gloriam acquirendam putavit, ut Pontificem ipſe pronunciaret, ſurgensque voluit pro more votum cum gravitate proferre. Sed à Nicæno & Rothomagenſi medius deprehenſus eſt, acriterque increpatus, quod Æneæ vellet accedere: perſeverantem autem in propoſito conati ſunt omnibus viribus extra locum educere, ut ei Pontificatum eriperent, eorum alter dextram, alter ſiniſtram corripiens eum ita abducere tentaverunt. Verum Proſper columna, & inania verba flocci faciens, quamvis in voto ſuo Rothomagenſem elegiſſet, Æneæ tamen veteri benevolentia conjunctus verſus ad reliquos Cardinales, & ego, inquit, Senenſi Cardinali accedo, eumque Papam facio: quo audito ecciderunt adverſariorum Spiritus, & omnis peracta erat machinatio, & Cardinales univerſi nihil morati ad pedes Æneæ ſe projecerunt, eumque Pontificem ſalutaverunt, & rurſus in locis ſuis reſedentes electionem factam approbaverunt, nullo prorſus adverſante.

Ibique Beſſario Cardinalis Nicænus ſuo & eorum nomine, qui Rothomagenſi faverant: laudamus, inquit, Pontifex Maxime, tuam aſſumtionem, quam ex Deo eſſe non dubitamus, & ſane dignum te

hoc

Digitized by Google

hoc munere & censuimus antea, & nunc censemus: quod te non elegimus, id fecit ægritudo tua, nam cum pedibus ægrotares, hoc tantum sufficientiæ tuæ judicavimus deesse. Est Ecclesia egens viro activo, qui possit se exercere itineribus, & imminentibus occurrere periculis, quæ à Turcis formidamus. Tu contra quiete eges, hoc, ad Rothomagensem respiciens, quodsi fuisses corpore valido, nullus erat, quem tibi præferendum existimaremus: at cum Deo placuerit, ut jam nobis placeat necesse est. Ipse qui te elegit, Dominus, supplebit defectus pedum tuorum, & nostram ignorantiam non mulctabit. Nos Te Pontificem veneramur, & denuo, quantum in nobis est, eligimus, tibique fideliter serviemus. Ad hæc, Æneas: existimasti, O Nicæne, quantum animadvertimus, de nobis longe molius, quam nos ipsi, qui pedum nobis defectum tantummodo tribuisti, nos imperfectum nostrum latius vagari non ignoramus, defectusque nostros pene inhumerabiles esse, cognoscimus, quibus jure merito petamus à Summo Pontificatu requiem; merita vero, quæ nos huc evecherent, nulla scimus, diceremque nos prorsus indignos, neque delatum complecteremur honorem, nisi vocantis judicium timeremus. Nam quod partes duæ Sacri Collegii efficiunt, id profecto à Spiritu S. est, cui non licet adversari; obedimus igitur vocationi divinæ, ac te, Nicæne, & reliquos, cum quibus sensisti, laudamus, si conscientiæ judicium secuti, nos tanquam insufficientes non censuistis eligendos, cuius omnes accepti nobis, qui vocationem nostram non illis aut istis tribuemus, sed toti Collegio & ipsi Deo, à quo est omne datum & omne donum perfectum. Nec plura locutus priora exuit indumenta, & albam Christi tunicam accepit, & interrogatus, quo nomine vellet vocari, PIO respondit, & mox PIUS II. appellatus est, & juratis quibusdam capitulis nudius tertius in Collegio editis, in altare positus rursus adoratus est, à Cardinalibus singulis pedes ejus & manus & ora osculantibus, atque eo facto, publicata est populo Pontificis electio ex alta fenestra, acclamatumque PIUM II. Pontificem habemus, qui fuerat Cardinalis Senensis.

Hoc accidit tertia hora diei XIV. Cal. Septembris; quarto recluſionis die. Tum qui erant in Conclavi miniſtri Cardinalium Cellulam ejus ſpoliavere, atque argentum, quamvis modicum, & libros & veſtes turpi more diripuere, & domum ejus in urbe viliſſima plebs atque infamis non exſpoliavit tantum, ſed diſtripuit etiam, marmoribus exportatis.

Fuerunt & alii Cardinales affecti damno: Nam ſuſpenſo in exſpectatione populo cum variæ voces jactarentur, & modo hic Cardinalis, modo ille diceretur electus, procurrere cœpit vulgus ad illorum ædes, & rapinam facere: & Genuenſis, pro Senenſi auditus, partem ſubſtantiæ amiſit. Cumque plures nominarentur, nullius vox tandem cum gaudio audita eſt, nili Senenſis. Demiſere cuncti vultus, atque in terram mœſti reſpexere & maledixere Collegio, cum vel Rothomagenſem vel Genuenſem, vel Illerdenſem, nam de iis rumor fuit, Pontificatum obtinuiſſe, acclamatum eſt: Solos eos lætitia tenuit, qui erant illis aliqua familiaritate conjuncti, reliquos omnes publicus tenebat mœror. At cum certum fuit Æneam in ſolio Petri conſtitutum eſſe, nemo non exultavit; vidiſſes non homines, ſed ipſa ferè animalia, & urbis ædificia geſtire; ubique riſus, ubique gaudia, ubique voces acclamantium exaudiebantur: Sena, Sena, o felix Sena, vive Sena, gaude Sena. Et cum eſſet armata civitas, nec quisquam in alio, quam in ferro videretur habere fiduciam, mox ut certior factus eſt populus, Æneæ Pontificatum obveniſſe, depoſita ſunt arma, adeoque mutata urbis facies, ut quæ paulo ante Martis veſtibulum, non dicam Veneris Trojanæ, olim Æneæ Matris, ſed patris & quietis civitas effecta ſit, ubique læta atque ſecura.

Interim novus Præſul paululum cibo recreatus, in Baſilicam Sti Petri ductus & in ara majori collocatus, ſub qua jacent beatorum Apoſtolorum corpora, & paulo poſt in ſublimi ſolio, ipſaque Apoſtolica Cathedra pro conſuetudine ſedit, quo in loco cum Cardinales & Epiſcopi, tum multi ex populo ejus pedes oſculati ſunt, & ſedentem in Throno Chriſti vicarium adoraverunt, nec diu notatum, cum jam adveſperaſceret, in Palatium reduxere adventu noctis. Lucere

Digitized by Google

ere in omni Trivio, atque in omni foro ignes, cantus exaudire, vicinus vicinum invitare, nulla in parte cornua tubasque non sonare, nullum in urbe locum non publico gestire videbamus audiebamusque gaudio. Referebant Seniores, nunquam se Romæ tantam populi alacritatem vidisse. Sequenti nocte urbis primarii, albis equis insidentes ardentesque ereos in manu ferentes, ad Palatium salutatum Pontificem accessere, quorum ordo ex colle Adriani ad eadem beati Petri protendebatur. Hanc Roma non tantum, sed multæ Italicæ civitates, multi Principes, audita PII ad Pontificatum assumtione, singularem lætitiam ostenderunt, præcipue Senenenses exultaverunt, quorum qui maxime exultatus esset, omnium primus in urbe, habebatur, quamvis plerosque Piccolominaei hostes tacitus occuparet mœror.

Ferdinando Siciliæ Regi felix hoc nuntium fuit; qui Patriæ amicum in sede Petri videret. Franciscus Sfortiæ Dux Mediolanensis, etsi alium Pontificem expectabat, Æneæ tamen cognita electione, gavisus est, quem olim in castris prope Mediolanum honorasset.

Borsius Mutinæ Dux, militares ludos instituit, ac multa magnaque suæ lætitiæ signa ostendit. Erat enim ei cum Ænea vetus benevolentia, cujus adipiscendi Æneas non ultimus auctor fuit, speravitque Borsius, Æneam, Pontificatum tenentem fortunas suas in gloriam suam acturum, atque iccirco Ferrariam & omnem ditionem suam ostendere voluptatem de novi Præsulis assumtione voluit.

Porro Marchiones Mantuæ, Montisferrati, ac Saluciarum pariter gavisi sunt; nulli enim eorum Æneas non notus & non amicus erat. Veneti & Florentini ex Italis, soli inviti hoc nuncium audivere: Veneti, quod Æneas Imperatoris legatus semper in eorum Senatu visus fuisset asper loqui: tyrannidis eum accusare Florentini, quod à more hominum Senensium illos odisset; quibus adeo itaque molesta fuit Æneæ assumtio, ut cum iter agentes ab obviantibus salutarentur, & ut est consuetudo, auxilium Dei super eos

expe-

expeteretur, indignabunde responderent: Aft qui circa Senenses occupatus erit? Tamen beato conatu & dissimulatione eo Veneti & Florentini, sicut cæteri Potentatus Italiæ, legatos misere vitos honoratissimos, qui Romam petentes novo Pontifici congratulati, obedientiam præstitere.

Ex ultra Montanis Principibus admodum lætatus est Imperator Fridericus, ex cujus famulatu Æneas ad Cardinalatum vocatus, tandem beati Petri solium ascendit: eunctique Hispaniæ Reges, qui Christum colunt, gaudium ostendere.

Scotus
Danus
Polonus
Francus
Hungarus
Cyprius.

Æneam non illibenter audivere Christi vicariatum obtinuisse.

Bohemus vero primo indoluit, ut qui tanquam hæreticum sese Pontifici notum esse sciebat. Philippo Burgundiæ & Ludovico Sabaudiæ Ducibus, Æneæ, amici veteris, Pontificatus decessissimus fuit. PIUS igitur. Papa II. Romæ coronatus est apud Basilicam Sancti Petri non. Sept. anno sal. 1458. petitque ipsa die Lateranensem Ecclesiam solemni Pompa, quo in loco vix evasit inter eos, qui ab aliis proculdubio conducti, eum & equum, cui insidebat, gladiis decertabant. Interim servatus est divina ope, obsevatisque solemnibus, eadem nocte in suas ædes ad Vaticanum rediit, atque inter omnes curas, quæ animum ejus invasere, nulla major fuit, quam ut in Turcas excitare Christianos posset, atque his bellum inferre.

Explicit.

LEON-

Digitized by Google

LEONARDUS ARETINUS
de
TEMPORIBUS SUIS.

QUi per Italiam homines excelluerint ætate mea, & quæ conditio rerum, quæve ſtudiorum ratio fuerit: libuit in hoc libello diſcurſu brevi colligere. Hoc enim temporibus videor meis, ut eorum qualiacunque tandem fuerint per me inpoſteros tradatur notitia, quod utinam feciſſent homines ſuperiorum ætatum, qui aliquam peritiam ſcribendi habuere: non in tantis profecto tenebris verſaremur ignorantiæ. Mihi quidem Ciceronis Demoſthenisque tempora multo magis nota videntur, quam illa quæ fuerunt jam annis ſexaginta. Tanta illi clariſſimi viri ætatibus ſuis lumina infuderunt: ut etiam poſt tam longa decurſa tempora, quaſi ante oculos poſita diſcernantur. At enim quæ poſt ſecuta ſunt ſecula, mirabilis premit occultaque inſcitia: Eandem quoque in Platone, qui fuit ætate ſuperior, diligentiam fuiſſe videor; Cujus libros epiſtolasque dum legimus quaſi picturam, quandam illorum temporum viventem adhuc ſpirantemque intuemur. Sic enim ille ſtudia adoleſcentiæ ſuæ cupiditatemque reipublicæ adeundæ, & converſiones temporum & profectiones ejus in Siciliam, & Dionyſii Dionis, quæ tempora controverſias illas inextricabiles & utriusque ſecutas exinde clades enarrat, ut immortalitati commendare voluiſſe eorum notitiam videatur. Vellem cæteris quoque libuiſſet idem efficere, quo ſuæ quisque ætatis cognitionem ac memoriam, nobis quam celebrem reliquiſſet. Sed puto nulli voluntatem plurimis vero facultatem defuiſſe ſcribendi. Literæ quidem niſi ſint illuſtres atque diſertæ, claritatem rebus afferre non poſſunt, neque memoriam earum in longum extendere. Nos igitur quod ab aliis deſideramus, id exhibere poſteris conaturi ſumus, ut ſi qui forte legere curabunt noſtrorum temporum non deſit cognitio.

Digitized by Google

Equidem puero, ut hic narrare incipiam, duo Pontifices Romani per discordiam creati, diverso favore populos scisciderant, aliis *Urbanum* aliis *Clementem*, hæc enim illorum erant nomina, ut verum Pontificem asserentibus. Imperii vero nomen ac Titulum *Vincislaus* obtinebat: Is in extrema Germania morabatur; per Italiam autem *Johanna Regina* Calabriam & Apuliam, ac cæteras quæ regno illi accedunt partes gubernabat. *Florentini* magnis seditionibus agitati præstantissimos cives urbe pepulerant. *Aretini* & intestinis discordiis & longo difficili bello suorum exulum vexabantur. Cum hæc esset conditio rerum, *Carolus* qui postea Rex fuit, in Italiam venit, vocante *Urbano* Pontifice, quo *Johannam* Reginam ulcisceretur. Illa nempe Clementi favere & *Ludovicum Andegavensem* Francorum quondam Regis filium, adoptasse ad successionem Regni ferebatur. Hæc itaque indignans *Urbanus*, *Carolum* ex Ungaria vocavit, jam primum cognitum Tarvisino bello, in quo magnas copias adversus Venetos, jussu Regis Ungariæ per Italiam duxaverat. Vocabat autem eum Urbanus quo Regnum Reginæ auferret: Carolus igitur satis magnis Hungarorum copiis, per Tarvisinum Vincentinumque agrum descendens, cum, transmisso medio spatio, Arminum perveniisset; Aretini studio & fiducia permoti, illum in Etruriam vocantes, sese & urbem ei dedere velle obtulerunt. Erat nempe *Carolus* Regio genere, à Carolo illo qui *Manfredum* superavit, Guelforumque partes per Etruriam restituit, exortus: Qua quidem spe Aretini crediderunt, exules suos diversarum partium homines, qui longo difficilique bello Civitatem premebant, delere funditus posse. Venit igitur Aretium *Carolus* & summa omnium lætitia ingressus, dominationem suscepit civitatis. Cum esset Aretii *Carolus*, *Florentini* exules eadem fiducia generis ac studio partium inducti, ad eum populariter convenerunt; nam qui Florentiam gubernabant ad contrariam factionem declinare ferebantur. Eorum precibus motus, *Carolus* Florentiam petere contendit quasi eos in pristinum statum vi & armis reducturus. Nec iter rectum tenuit, sed per Senense territorium profectus, circa Straggiam & Bonitium, Florentini agri fines ingressus est. Inde, seu non succe-

dente

Digitized by Google

dente conatu, seu pecunia delinitus, irrito cepto Aretinum rediit: Romam posthæc ad *Urbanum* profectus, cum aliquanto ibi constituisset, ad belli apparatus faciendos, mox Neapolim petens, Reginam, superatis ejus Ducibus, cepit, Regnumque obtinuit, Regina obiit nec multo post, Caroli jussu, ut putatur, necata, non tam odio, erat nempe genere sibi imprimis conjuncta, quam ut spem omnem fautoribus ejus auferret. Inter hæc Aretini magis quam unquam prius intestinis seditionibus agitari cœperunt. Præfectus nempe Caroli in ea urbe relictus, formidans eorum civium potentiam, qui Regi tradiderant civitatem, quo eos debilitaret; diversæ factionis homines in urbe restituit. Hæc quamquam sub specie reconciliationis civilis agebantur, tamen confestim graviores discordias, ac extremum pene interitum civitatis, peperere. Una siquidem, intra mœnia receptis diversarum voluntatum hominibus, confestim & suspiciones & studia temporum increverunt. Augebat vero id malum præfectus, ad favorem eorum quos ipse reduxerat totus declinans: Denique captis principibus alterius factionis, & in carcerem conjectis, nonnullis etiam necatis, ad exulum nuper reductorum nutum cuncta ministrabat. Ita Gebellinorum factio quæ amplius XL. annis exulerat, & tunc per adventum Caroli peritura sperabatur, favore præfecti reducta in urbem, prævalere manifestissime cœpit; adeò in rebus humanis conjectura fallit. Quæ cum Regi nunciata essent, cives enim ipsi à præfecto dejecti, querelam sibi detulere, improbitatem præfecti detestatus, illo revocato atque remoto, *Jacobum Carazolum*, Neapolitanum, ad gubernandam urbem transmisit; in adventu novi præfecti, quoniam illi secum cives nuper ejectos reducebat, & de mutatione rerum timebatur, arma sumta sunt, prælliaque per urbem commissa. Durius id certamen faciebat, quod Tarlati & Ubertini Principes Gebellinarum partium aliquot millia hominum, ex oppidis clientelisque suis in urbem contraxerant, paratique & compositi ad arma devenerant. Eo præsidio muniti; superiores habebantur, ut compellerentur nostri in arcem fugere: ibi cum de remediis agitaretur, placuit *Albericum comitem*, qui magnas habens

Digitized by Google

copias, in finibus Perusini Cortonensisque agri per id tempus degebat, in auxilium vocare, adversariorumque bona prædam sibi polliceri: Ea conditione *Albericus* cum magno equitatu venit, receptusque per arcem simul cum ea parte civium, quæ in arcem refugerat, in adversarios erumpit. Nec magnum fuit certamen; illi enim ipsi ubi supervenisse auxilia equitum intellexere, relicta urbe in proxima sese castra suarum partium receperunt. Equites vero ad prædam conversi, totam diripuerunt urbem nec minus amicorum quam inimicorum bona in prædam verterè: Et supervenit propere alia manus equitum, non sane minor, quam *Villanutius* ductabat; ea quoque manus in urbem recepta, si quid super fuerat prædæ abrasit: Additur huic acerbitati scelus aliud: Cum enim extremum erat autumni, hybernare duces intra urbem cum omnibus copiis statuere; ita crudeliter pulsi cives, cum conjugibus & liberis patriam relinquere coacti sunt; miserandaque multitudo inops rerum omnium ac bonis exuta, longis agminibus finitimas civitates oppidaque replevit. Per hæc eadem fere tempora Florentiæ motus in republica fuit, pulsoque *Thomaso Stroza*, principe illius factionis, *Georgio* autem *Scala*, altero principe, supplicio adfecto, exules in urbem summo consensu civium revocati, gubernacula reipublicæ susceperè, & qui Aretium occupaverant, copiæ hiemem totam ac partem æstatis in ea urbe commoratæ, cum tandem abiissent cives, qui à tanto naufragio superfuerant, in vacua ac semiusta tecta redierunt. Nec in eo ipso tempore quies à bello: Exules enim finitima urbis Castella, usque ad mœnia, per singulos ferme dies infestabant: omnis cura & opera bellicis artibus incubuerat, cum & repellerent illatam vim, & paulo post confirmati, ultro ipsi exulibus omnifariam belli cladem inferrent. Inter hæc *Ludovicus Andagavensis*, quem adoptatum à Regina diximus, in Italiam venit. Hujus adventus Florentinos Aretinosque maximè contetruit: Venicbat enim inimicus *Carolo*, cui Aretini parebant, & Florentini, post reversionem exulum, mirabili favore obsequebantur. Copias vero tantas secum adducebat *Ludovicus*, ut non facile majores transisse Alpes quisquam meminisset: Equitum enim circiter quadraginta millia habere exercitu ferebatur, à quibus, si per

si per Etruriam iter facerent, extremæ formidabantur clades. Sed ille cum tam innumerabili exercitu aliud iter secutus, cum citeriorem Galliam dimensus fuisset, Bononiam tandem Ariminumque præter vectus, per Picentes & Marsos in regnum venit. Ibi rebelliones crebro factæ ab his, qui Reginam à Carolo necatam indoluerant, bellumque inter duos Reges acerrimumque concitabatur: Cum longius traheretur bellum, nec alterutra pars ad summum pervaleret, *Ludovicus* aliam equitum manum ex Gallia evocavit, fuerunt autem hæ copiæ circiter millia quindecim equitum delectorum. Ducebat vero eas copias *Enghyramus* quidam Gallus, vir domi potens ac bello clarus. Is ergo cum transmissis Alpibus in Italiam descendisset, receptus hospitaliter à *Bernabone* Mediolanensium Principe, comeatuque & pecuniis adjutus, nec per *Ludovici* vestigia prosecutus est iter, sed ad dextram flectens, per Placentinorum Parmensiumque fines, à Pennino monte transmisso in Etruriam descendit: Iter ejus per Lucensem Florentinum & Sennensem fuit agrum; in his locis cum esset, Aretini exules, de quibus supra dixi, illum adeunt, Aretium *Caroli* esse docent, occupare vero eam urbem per facile posse, quoniam magnus murorum ambitus sit, defensores autem pauci, ob superiores ejus populi calamitates: Esse præterea nonnullos intra urbem, quos sibi fautores haud dubie sperent: Ita pollicendo atque instando, Gallos pellexerunt, ut Aretium aggrederentur. Re occulte composita, exules per noctem scalis mœnibus admotis, per remotissima urbis loca partem murorum ceperunt, statimque Gallorum aderant copiæ, civesque simul exciti accurrunt. Galli patefactam ab exulibus portam ingressi, non una modo via, sed pluribus invadere urbem ceperunt. Quo factum est, ut multis simul locis prælia, unum sub tempus, consererentur. Nox & tenebræ terribiliora omnia faciebant, denique vicatim prope expugnata urbe, post multas cædes, ac varias prælii fluctuationes, sub prima tandem aurora capitur, præter arcem. Hanc, nempe pars juventutis in eam refugiens, egregie defendit. Ad prædam post hæc conversi victores, omnia diripuerunt, & cives, qui exulibus egregie inimici fuissent, captivarunt: Ea nocte, acerbissima quidem omnium quas unquam

Digitized by Google

quam meminerim, parens meus ab exulibus captus, & in castellum Petremale ductus, ibi carcere maceratus est, una cum conjuge, Episcopo Aretino, & aliis quibusdam præcipuis viris, exulum inimicis: Ego quoque, licet ab alia manu exulum captus, in Castellum Quarale, nam id quoque exules tenebant, adductus sum, & quia puer eram, non cum aliis captivis, sed honestiore quodam carcere cubiculo asservabar. Erat in meo cubiculo picta *Francisci Petrarchæ* imago quam ego quotidie aspiciens, incredibili ardore studiorum ejus incendebar. Qua nocte Galli Aretium intrarunt, ea ipsa nocte Florentia, crebris negotiatorum literis, nunciatum est, *Ludovicum Andegavensem* in Apulia diem obiisse; Itaque Gallis, paulo post per ironiam quasi læta nunciantibus, se Aretium cepisse, responsum à Florentinis est, eodem figmento, non tam lætari se Aretio capto, quam dolere pro Ludovici morte quem certissimum cognoverunt interiisse: at Galli hæc falsa ducentes, læti atque alacres Aretio consistebant; expugnaturi vero arcem, cum multis vulneribus repellerentur, ad obsidionem ejus se compararunt: crebra per singulos dies prælia circa arcem ipsam incredibili certamine committebantur, ut amarent etiam Galli eorum, qui obsedebantur virtutem. Juventus autem obsessa, tanto belligerandi studio flagrabat, ut unica sibi voluptas foret, manus conserere. Tres menses circa arcem Galli occupati. Cum tandem de obitu *Ludovici* certiores facti essent omissa proficiscendi in Apuliam consilio, redire in Galliam statuerunt; ad hunc ipsum autem reditum, cum pecunia opus esset, vertere mentes ad conditionem coeperunt, ac Florentinos pecuniæ ergo rogare, & sibi relinquere urbem polliceri. Florentini vero, quanquam hoc summopere affectabant, tamen ante omnia putaverunt mittendum esse in arcem, ad scisitandos civium animos: nec sane obsessis aliud erat refugium; videbatur præsertim ne exulibus urbs relinqueretur, à Gallis formidantibus. Ita ex consensu civium res transacta, urbsque, abeuntibus Gallis, & arx, dedentibus civibus, in Florentini populi devenit potestatem: castella deinde prius occupata, repetentibus Florentinis bellum adversus Tarlatos, cæterosque exulum principes suscitatur: Petremalaque, perpetua Gebellinorum sedes, obsessa post longam

Digitized by Google

longam expugnationem tandem capitur, & ad solum everitur. & Aretinæ quidem turbationes per hunc modum requieverunt: *Carolum* autem in Apulia omnino victorem, alterius spes regni in Hungariam traxit. Mortuo enim *Ludovico* Hungariæ Rege, propinquo suo, cum prolem nullam virilem reliquisset, ipse, consensu procerum, ad id regnum postulabatur: Profectus igitur magna manu, cum regnum suscepisset, inter ipsam gratulationem, dolo Reginæ veteris interficitur. Per hoc ipsum fere tempus Bernabo Mediolanensis, cujus & auctoritas & potentia per Galliam maxima fuerat, à *Galeatico* fratris filio capitur, ac domo spoliatur; cujus ruina, quanquam grata erat Florentinis, tamen paulo post considerantes, ad priorem nepotis potentiam, quæ erat per se maxima, Bernabonis insuper opes ac potentiam accessisse, horrere jam inde tantas vires, ac formidare modicas opes incepere, quam mox suspicio auxit, Veronam primo, deinde Patavium, urbes magnas ac potentes, ad imperium ejus adire velle. Itaque crescente suspicione, parare jam inde remedia ac se præmunire Florentini pergebant: Et illo vice versa, cavere diligentius ac Florentinos versari in suis oppidis, perhibere. Jam per Etruriam quicunque aut formidabant populi Florentini potentiam, aut oderant adhuc respicere, ac refugere, & in Etruriam recedere. Et imprimis Senenses, cum infensi maxime Florentinis, ob *Bolitiani* receptionem. Id oppidum in fide Senensium cum esset, orta inter Principes seditione, pars eorum pulsa, confugerat ad Senenses, quam cum reducere illi vellent, renitens altera pars, sese atque oppidum Florentinis tradidit: adeo quidem obstinate, ut non respicientibus ab initio civibus, ob Senensium respectum, oratores, qui ad dandum oppidum venerant, ad ærarium præfecti, in bona Florentini populi, id oppidum retulerint, ac transcribi monimentis publicis effecerunt. Per hunc modum recepto *Politiano*, Senenses veluti, contumelia tacti, res novas affectare palam cœperunt, & ad Mediolanenses opes se totos convertere, regiumque illius equitatum intra urbem recipere: Ita crescentibus suspicionibus atque odiis, tandem bellum exarsit: Id bellum multis duravit annis, quanquam interceſſit nonnunquam pax, verum

ita

ita suspicioſa, ut vix ab armis discederetur, ac resumeretur confestim bellum; nec per Etruriam modo, sed per Galliam quoque variè fuit bellum id implicatum, submittentibus eo copias Florentinis, ac magnos equitatus ex trans Alpina Gallia & Germania commoventibus, arma per hoc tempus in manus Italorum penitus redierant, cum superiori tempore, per equites diversarum nationum mercede conductos, bella geri per Italiam consuessent. Veniebant nempe viri domi nobiles, comitatu equitum in Italiam, tracti mercede, vel apud civitates, vel apud Principes militaturi, plurimique ex Germania aut Gallia: Sed & Hispani generis permulti, & Britanni & Hungari per Italiam militabant: Apud hos gloria equestris militia habebatur, numero autem perpauci se militiæ Pedestri dedebant. Me puero, primum nostri veterem equestris militiæ gloriam recipientes, magnis Italorum turmis militare cœperunt: Creſcensque paulatim multitudo usque adeo peritia & audacia præstitit, ut nemo jam exterorum equitum, equitem habere vellet, victoriaque & spes omnis bellantium in Italico equitatu reponeretur. Per hæc tempora mirabilis accidit populorum motus; omnis quippe multitudo vestes induit albas, & piaculis quibusdam factis, incredibili devotionis fervore, longa dealbatorum agmina ad vicinas urbes commeabant, pacem ac misericordiam voce supplici deprecantia. Prorsus miranda res & incredibile negocium: peregrinatio erat fere dierum decem, cibus vero, ut plurimum panis & aqua: Nulli per urbes alio vestitu conspiciebantur. Nemo per id tempus fallere tentavit: Nemo advenarum oppressus; tacite quasi induciæ cum hostibus fuere, duravitque is motus per menses duos. Cum & proficiscerentur populi in alienas urbes, & alii in suas adventarent, mira hospitalitas ubique & benigna susceptio; unde vero hoc initium cœpit, obscurum est; ex Alpibus certe in cis Alpinam Galliam descendisse ferebatur, & mirabili perdiscursu populos apprehendisse. Florentiam primi omnium Lucenses populariter advenere, quibus conspectis, tantus confestim ardor consecutus est, ut & illi ipsi, qui antea rem auditam deriserant, primi omnium suarum civium vestes mutarent, & quasi dicitur, correpti, motu simili vagarentur.

Floren-

Digitized by Google

Florentini quadrifariam, partito populo; duæ ex his partes innumerabili multitudine virorum, mulierum, puerorum, Aretium petiêre: Reliquæ vero partes ad alia loca profectæ sunt. Quocunque perveniebant de Albatorum agmina, eorum locorum incolæ exemplo simili movebantur. Ita ex Gallia in Etruriam, ex Etruria in Umbriam ex Umbria in Sabinos & Picentes & Marsos, ceterasque sub indo gentes progressa commotio, ad extremas Italiæ oras pervenit, nullos in populos non pervagata. Litteræ quoque per hujus belli intercapedines, mirabile quantum per Italiam meruêre: Accedente tunc primum cognitione litterarum Græcarum, quæ septingentis jam annis apud nostros homines desierant esse in usu. Retulit autem Græcam disciplinam ad nos *Chrysoloras* Bizantinus, vir domi nobilis, & litterarum Græcarum peritissimus: Hic obsessa à Turcis patria, Venetias mari delatus primo, mox audita ejus fama, invitatus benigne, ac postulatus & salario publico adfectus, Florentiam venit, sui copiam juvenibus exhibiturus. Ego per id tempus juri civili operam dabam, non rudis tamen cæterorum studiorum: Nam & natura flagrabam disciplinarum amore & dialecticis ac Rhetoricis non segnem operam impendebam. Itaque in adventum *Chrysoloræ* anceps equidem factus sum, cum & studium Juris deserere flagitiosum ducerem, & tantam occasionem Græcarum litterarum ediscendarum prætermittere scelus quodammodo arbitrarer, sæpiusque ipse ad me juvenili motu inquiebam: Tum cum tibi liceat Homerum & Platonem & Demosthenem ceterosque Poëtas & Philosophos & Oratores de quibus tanta ac tam mirabilia circumferuntur, intueri atque una colloqui; ac eorum mirabili disciplina imbui, te ipsum deseres, atque destitues, tu occasionem hanc divinitus oblatam prætermittes? Septingentis jam annis nemo per Italiam Græcas litteras tenuit, & tamen doctrinas omnes ab illis confitemur. Quanta igitur vel ad cognitionem utilitas, vel ad famam acceptio, vel ad voluptatem cumulatio tibi ex linguæ hujus cognitione perveniet: Juris quidem civilis doctores passim complurimi sunt, nec deficiet unquam discendi facultas, hic autem unus solusque litterarum Græcarum doctor si è conspectu se auferet, à quo postmodum ediscas, nemo reperietur.

Digitized by Google

His tandem rationibus expugnatus, *Chrysolorae* me tradidi, tanto discendi ardore, ut quae per diem vigilans percepissem, ea noctu quoque dormiens agitarem: condiscipulos habui complures, sed qui maxime profecerant, duos ex nobilitate Florentina: *Robertum Ruffum*, & Pallam Onuphrii filium strozam: Erat insuper in eadem disciplina *Jacobus* quidam *Angeli*, qui auctor imprimis fuerat *Chrysoloram* accersendi. Accessit postmodum quoque *Petrus Vergerius*, Justinopolitanus, qui cum Patavii studio floret, secutus *Chrysolorae* famam sese Florentiam contulerat ad eum audiendum. Ex his *Robertus* & *Vergerius* & *Jacobus Angeli* me longe anteiebant aetate. *Pallas* erat ferme aequalis. Apud hunc ego magistrum, supra biennium fui institutus sane probabili atque optima disciplina: Tandem Imperatore Constantinopolitano in Italiam advecto, revocanteque ad se *Chrysoloram*, abiens ille Florentiam, & Mediolanum ad Imperatorem suum se contulit: Jam millesimus quadringentesimus annus erat, & petis signa quaedam terrere inceperant, quae paulo post Florentiae desaevivit cum incredibili strage in cujusque sexus atque aetatis homines, nec unicum hujus mali remedium praeter fugam repertum est; fugerunt itaque cives populariter, Bononiam plurimi demigrantes, & tamen in vacua desertaque urbe supra triginta hominum millia pestis absumsit. Cum finem pestis tandem fecisset, bellum quod aliquanto intermissum erat, iterum restauratum est: Congressaeque copiae apud Casaletium, Bononiensis agri, ibique conflixere: in ea pugna, superati numero profligantur. Bononia, quae ad eam diem in societate Florentini populi fuerat, Mediolanense jugum suscepit: Copiae Florentinorum omnes ea pugna perierant, capto Bernabone duce: Itaque plurimum Florentiae trepidatum est, nec ulla resistendi spes celicta videbatur: amisso exercitu toto, duce insuper capto, Bononia subacta; per Etruriam vero Pisani, Senenses, Perusini in potestate Mediolanensium erant, Lucenses quoque haud multum à perditione distabant: Cum haec plena terroris, & desperationis essent, nec ulla salutis ratio cerneretur, Mors *Galeazii* Mediolanensis insperato supervenit; decessit morbo in cursu ipso rerum maximarum: Ejus interitu & turbata sunt omnia apud hostes,

Digitized by Google

ſtes, cum & filios reliquiſſet parvulos, & militiæ duces, ſtatim inter ſe de potentia certantes, ruinam Principum machinarentur. Ita mirabiliter converſa re, qui prius terrebant, metuere cœperunt, & quibus deſperata videbantur omnia, in tuto conſiſtere ac plurimum fidere. In Etruria tamen haud multo poſt, data pax Senenſibus eſt, & cum Piſanis, tacito quodam conſenſu à bello ceſſatum. Peruſia & Bononia è manibus hoſtium ereptæ in poteſtatem *Bonifacii* Romani Pontificis, is nempe *Urbano* ſucceſſerat, devenere. Mortuo *Galeazio* Mediolanenſium Principe, ac ſubinde paucis poſt annis, *Bonifacio* vita functo, *Ladislaus* Rex formidabilis per Italiam eſſe cœpit. Hic à patre *Carolo*, quem in Hungaria necatum oſtendimus, puer admodum ſub tutela matris in Italia relictus, inter mille difficultates adoleverat. Suſcepta primum ab eo in Hungariam expeditio, cum pax proſpere ſucceſſiſſet, in Italiam regreſſus, purgato Apuliæ Regno, ac ſub poteſtatem ejus redacto, in id potentiæ crevit, ut jam Pontifici Romano & Florentinis, cœterisque populis ſuſpectus, plane ac formidabilis haberetur; præſertim cum in eodem Rege ſumma calliditas eſſet, cum ſumma dominandi cupiditate conjuncta, nec domi ſedens per præfectos, ſed ipſe præſens exercitum ductare, & expeditiones obire conſueſſet: Adjuvabat ipſum per multum incredibilis populorum favor, ut qui ipſe ſolus ex Regia ſtirpe reliquus, unice colebatur. *Bonifacio Innocentius* in Pontificatu ſucceſſit patria Sulmonenſis, in ætate grandævus, ac multarum magnarumque rerum experientia clarus. Adhunc igitur Pontificem *Ladislaus* inter primas gratulationes, Romam profectus, cum honeſtiſſimam ſalutandi gratulandique prætexeret cauſam, eſſet autem revera augendi regni cupiditas, Romanos, nec prius quietos, ſua præſentia in Pontificem concitavit, ipſe vero mentem erexit ad urbem Romam capiendam. Nec tam aperta vi hæc moliebatur Rex, nec in præſens urgebat rem, ſed clam irritando Romanos, Pontifici Romano infeſtos, putavitque fore, ut pontifex illorum petulantiam non ferens, ex urbe migraret, Romani autem ad ſe converterentur: Hæc igitur machinatus Rex domum rediit, Pontifex autem Romæ conſiſtens, magnis in difficultatibus verſabatur. Ego per hoc tempus ab *Innocentio* vocatus, Romam veni, &

Digitized by Google

quidem in medio turbationum maximarum, susceptusque benigne à Pontifice, ac honoribus titulisque adfectus, inter intimos illius familiares haberi cœptus sum. Romæ conditionem rerum hanc offendi: populus Romanus paulo ante receptam immodice quidem excedebat libertatem; ex principibus autem *Columnenses* & *Sabellini* plurimum poterant: *Ursini* vero dejecti ac suspecti populo, quia Pontifici favere putabantur. Curia sane plena atque locuples: Cardinales & multi & magnæ dignitatis; Pontifex apud Basilicam Vaticani degebat, cupidus otii, & præsente contentus statu, si modo hoc frui sineretur: sed tanta perversitas erat quorundam potentium in populo Romano, ut nullus quieti relinqueretur locus; tandem vero crescentibus suspicionibus & equitatu à Rege submisso, Pontifex quoque auxilio suorum arcessere evocatus est: Secutæ de hinc majores turbationes civium, quæ Romanorum cædes ac Pontificis fuga, de quibus cum singulis interfuimus: non ea pertranseam, ut cætera, sed paulo serius juvabit perscribere. Pons est Milvius super amne Tyberi, extra urbem Romam, per quem ex Etruria in Latium transit, hunc nostri præsidio militum imposito tenebant, Romani vero equites hunc quoque pontem in suam redigere volebant potestatem, ne noceri inde Latio posset. Nocte vadentes, subita vi capere pontem adoriuntur: resistunt milites, qui erant in præsidio, ac magna vi utrinque pugnatur. Sub primam tandem lucem re ex fumo cognita, missi celeriter equites nostri, Romanos in fugam verterunt, paucis interfectis, frequentibus vulneratis; Illi in urbem reversi, Capitolio consistunt, & multitudinem convocant: Festus erat dies, plebs ociosa & vino calens concursat, sumuntur statim arma, vexilla promuntur, & ad oppugnandas Pontificis ædes ire pergunt. Nostri contra instare, parare tela, cohortari, insistere, expectare forti animo populi impetum; Ante molem Adriani, quæ male locata nobis erat, vallum jacere: Nox denique certamen diremit. Ea nocte vigiliæ utrinque in armis actæ, secutis vero mox diebus, de concordia agitatum, cujus rei gratia Romani quidem cives ad Pontificem venere: Hi post multa cum Pontifice agitata, domum redeuntes, paulo supra molem Adriani, capti ex his undecim, (nam cæteri in ipso impetu delapsi evaserant,) & ad *Ludovicum* Pontificis nepotem, cujus jussu capti fuerant adducuntur; Denique omnes undecim crudeliter interfecti sunt. Inter

Digitized by Google

Inter hos duo fuerant ex septemviris, quos ad gubernandam rem publicam populus Romanus creaverat; cæteri autem novem ex primariis civibus, & quod dolendum fuit, nonnulli ex his, qui eas molestias inferri nobis, per moleste ferebant. Hujusce autem rei cum celeriter fama per urbem vulgata esset, itur confestim ad arma, complentur omnes aditus clamoribus, & vociferationibus omnia resonabant, ipse quoque per magnum eo die periculum adii. Nam paulo ante, fiducia eorum civium, qui ad Pontificem venerant, flumen transgressus, ieram in urbem, itaque mox audito tumultu recipere me ad muros propero, cætera igitur dimensus, cum ad pontem Adriani deveniissem, armatorum ingentem catervam, qui pontem occuparant, offendo. Erant autem hi cæsorum agnari & propinqui: Stabatque ferri acies mucrone corrusco, stricta parata neci. Quod ego simul ac prospexi, averso celeriter equo, in proximum Angiportum desilio, ac veste ministri adsumta, pedibus me turbæ admiscens, stationes armatorum incognitus pertransii, mihi vero postquam ad muros perveni, primum spectaculum fuit cæsorum acervus, jacebant nempe media in via sanguine fœdati, magnisque vulneribus confossi, stetique horrens lustravique omnes oculis, quosdam ex his mihi notos & amicos lacrymans recognovi: Inde ad ædes Pontificis ire pergo, ille multo dolore angebatur, res nimirum tota, eo inscio, transacta fuerat. Vir pacificus & mitis, à cujus lenitate, nihil magis abhorrebat, quam cædes & humani sanguinis effusio, molestus sese ac fortunam deplorabat suam, oculos interdum ad cœlum tollens, quasi Deum invocaret testem suæ erga populum Romanum innocentiæ: Pontifex his curis anxius, nec quid ageret, nec ubi consisteret præ nimio dolore, sciebat. Circumstantium autem variæ erant sententiæ; alii confestim abeundum censebant, nec impetum populi Romani tam insigniter læsi iratique expectandum: Esse insuper haud procul ab urbe Regias copias, quas pro Romanis stare ambiguum non erat: Alii nullo modo abeundum, sed obsidionem tollerandam, auxilia ex amicis oppidis accersenda censebant; erant etiam qui postera vel altera die abeundum putarent, ut simul colligendarum rerum spatium esset, ut non fuga sed modo migratio illa videretur; duo erant aditus, quibus urbe Romà ad nos pervadi posset, unus per pontem, cui moles Adriani super imposita erat alter per Transtyberim

Digitized by Google

& Janiculum collem, adversus molem Adriani, quam deserere is qui arcem tenebat, dubitabatur: stationes modo militum oppositæ fuerant, valloque & aggere in modum castrorum munitæ: Adversus Janiculum mœnia erant nonnullis in locis vetustate collapsa: Hæc quoque loca armatis complebantur: resisti sine dubio poterat contra omnem populi vim, verum quia comeatus paucorum admodum dierum aderat, & regiæ turmæ infestæ nobis adventare nunciabatur: Vicit ergo sententia eorum, qui suadebant è vestigio abeundum: Hinc incœptum est, sarcinas colligere & impedimenta componere, & numeri eo tendunt, quod ubi per angustiam temporis factum est, ita primo turma equitum, deinde impedimenta, peditesque proficiscuntur, post hos pontifex cum omni curialium turba, extremum fuit equitum agmen, qui aliquo intervallo secuti vim siqua immineret, à tergo repellerent. Super erant quatuor diei horæ, cum urbem egressi, profecti non sine magno timore, circiter secundam noctis horam ad vicum Cesianum, XII. millibus passuum ab urbe consedimus. Ibi per eam noctem commorati, postridie prima luce castra movimus, & circiter sextam diei horam *Sutriam* pervenimus, Sutrini omni multitudine extra portas diffusa, alacri vultu pontificem receperunt. In hac urbe quod reliquum erat diei ac secutam noctem commorati, postera die Viterbium contendimus. Viterbii autem cum esset Pontifex, jam aliquod menses commoratus, Romani pœnitentia ducti, dominationem urbis illi reddiderunt, ac multis legationibus eorum revocarunt. Itaque reversus Romam pontifex, miro applausu populi Romani suscipitur, non tamen ne tum quidem quiete. Pons, quam moles Adriani occupabat, in qua regis præsidium erat, obsidebatur, telaque & machinæ per urbem volitabant, & metuebatur à regiis copiis: Demum post aliquos menses, & arx recepta est, & pax cum rege ex superioribus incusationibus facta: per hoc ipsum tempus Florentini Pisas ceperunt, jam pridem ab eis obsessas, & ad extremam famem perductas. De qua quidem re altius repetentes, pro illius cognitione dicemus? Pisanorum civitas satis diu sub gubernatione *Petri Ganbacurtæ* requierat. Is fuit modesti vir animi, & Florent. populi, ut in Pisanis, valde amicus: habuit vero adjutorem rerum agendarum *Jac. Apianensem* scribam, qui cum multos per annos fideliter ei obsecutus esset, cuncta & secretissima arduissimaq; tractaret, in eam paulatim

Digitized by Google

paulatim ascendens devenit potentiam, ut etiam dominatori ipsi formidabilis esset; factionem nempe sibi non contemnendam comparaverat, in Pisanos, præsertim eorum qui non satis contenti præsente civitatis statu videbantur. Cum denique suspiciones majorem in modum crevissent, antevenit *Appianensis*, ac *Petro Ganbacurto* cum filiis interfecto, dominationem sibi civitatis arripuit. Huic post paucos annos defuncto, *Girardus* filius successit; qui cum non satis confideret, Pisanos continere posse, eam urbem *Galeatio Mediolanensi* tradidit, recenta Plombini & Iluæ insulæ dominatione. Ita Pisana urbs in potestatem Mediolanensis devenerat: Moriens denique *Galeatius* Pisas *Gabrieli*, filio ex Concubina genito, reliquit, qui quanquam esset admodum puer, ac sub matre nobili degeret, tamen triennio ferme post obitum patris, eam urbem retinuit, tacito quodam consensu, pace cum Florentinis erecta; demum vero diffidens tenere illam posse, grandi pecunia de Florentinis suscepta, Pisas his tradidit, ita secretò, ut prius in arcem ipsam præsidium Florentini populi receptum sit, quam quicquam sentiretur: at Pisani, ubi hæc rescierunt, invadentes confestim armain arcem ipsam per impetum fecere, tantaq; fuit vis atq; procella, ut expugnatam celeriter arcem in suam redigerent potestatem, & populi Pisani nomine gubernare civitatem cœpere: Florentini autem delere acceptam ignominiam volentes, confestim eis intulerunt bellum, majoribus denique paratis copiis cum Pisas obsederent, post aliquot tandem menses fame domita civitas, jugum suscipere coacta est; *Joannem Ganbacurtamque* ab exilio revocatum, sibi præfecerant, ob extremam famem urbem prementem. Eo facto tamen crevit Florentini populi nomen, quantum non omnibus bellis superioribus creverat: Urbs nempe æmula, dudumque potentissima, bello obsidioneque perdomita, in ejus devenerat potestatem. Paulo post captas à Florentinis Pisas, *Innocentius Pontifex* Romæ diem obiit; Cardinales autem peractis circa funus solemnibus ambigui fuerunt, num ne alium Pontificem sufficerent in mortui locum, an magis supersederent electione: faciebat enim hanc ambiguitatem, quia principes Galliæ, veriti ne divisio ecclesiæ perpetuaretur, Pontificem suum obligaverant ad pontificatum deponendum, si vel noster Pontifex se abdicaret, vel eo vita functo Cardinales nostri electione supersederent.

Hæc

Digitized by Google

Hæc nempe via redintegrandi uniendique certissima visa fuerat. Nam vivis his, hæc disceptatio ne Judicem habebat ullum, qui superior esset, & inextricabiles alioquin continebat difficultates. Hac igitur via placente, cupiebant partes in electione Pontificis supersedere: Sed altera ex parte pericula magna, si supersederetur, timebantur: Cum & dilatio longa necessario interventura foret, & nullo interim præsidente, confusio ac ruina, rexque formidandus. Itaque mediam quandam viam secuti partes, eligere quidem statuerunt, verum ita obligare eum, qui eligeretur, ut se magis procuratorem ad deponendum pontificatum, quam Pontificem factum, factum existimare posset. Cautione in hunc modum adhibita, promisit, juravit, & vovit unusquisque patrum, idque chirographo solemni inscripsit, si in Pontificem eligi se contingat, depositurum se Pontificatum si adversarius Pontifex idem faceret, idque statim illi per literas significaturum, & invitaturum ad hoc ipsum faciendum, procuraturum insuper omni via & modo unitatem, idque bona fide & sine ulla fraude; promissionem & votum & jusjurandum quod ipse præstitisset, omnibus Regibus Principibusque per suas literas primo quoque tempore significaturum, quo eos testes faceret obligationis suæ. Ea multis solemnibusque verbis cum in libellum redegissent, & chirographa singulorum confecta essent, agitare, post hac de electione cœperunt. Vir quærebatur non tam peritia rerum gerendarum, quam fide integritateque idoneus: Quippe ad bene agendum in ea calamitate non calliditate consilii, neque profundo argoque pectore, sed bona voluntate opus fore, videbatur. Ita animati, cum singulos examinarent, tandem in *Angelum Corarium*, natione Venetum, mentem consensumque omnes verterunt: is fuit à populo antea, opera *Innocentii* Pontificis, inter partes ascitus, cum antea titulo tenus Patriarcha Constantinopoleos haberetur; vir prisca severitate & sanctimonia: reverendus is ergo conclavi egressus, promissionem, votum & juramentum, quæ privatus fecerat, tunc in potestate constitutus, iterato novavit. Atque ita loquebatur de unione: primo illo tempore, ut si cætera deessent, pedibus & baculo se iturum ad eam conficiendam asseverans, statimque adversario scripsit, illum ad pacem invitans, & abdicationem mutuam offerens.

Digitized by Google

offerens. Adversarius autem tantisdem ferme syllabis ad eum rescripsit, eadem invitatio fuit, eademque cohortatio: Locus deinde necessarius visus est, in quo & Pontifices ipsi, & Collegia convenirent. Ad hoc Savona pari consensu recepta fuit, urbs in Liguria ferme medio spatio constituta, & etiam mari quam terra accessibilis. Prospere huc usque, & plane ex sententia; dein depopulatæ res labascere cœperunt, & cuncta in dies deteriora fieri: voluntas nempe illa Pontificis recta, nequaquam satis habere firmitatis reperta est, ad pontificatum deponendum. Cujus rei culpam multi in propinquos ejus referebant. Ex his nempe formidines inanes, & adumbrata pericula quotidie fingi, & instillari ejus auribus prædicabant; quibus ille deterritus, nec Savonam accedere voluit, altero tamen Pontifice constituto tempore illic se exhibente, & absentiam ejus incusante: & in cæteris quæ facienda erant, difficilem se præbuit, & morosum. Roma tamen profectus est Senas, ibique longiore mora protracta, cum ab universis incusaretur, Lucam se tandem contulit, data rursus inani spe, quasi cum adversario Pontifice coiturus. Erat in alio Pontifice non melior sane mens, sed occulebat callidus malam voluntatem & quorsum noster fugiebat, ipse obviam ire videbatur. Itaque Savona provectus, in veneris portum atque inde quo propior esset, Spediam venerat. Sed cum de congressu eorum per internuncios ageretur, noster, tanquam terrestre animal, ad litus accedere, ille, tanquam aquaticum, à mari discedere recusabat: cum autem per hunc modum desiderium Christianorum, qui pacem unitatemque optabant, in longum ducere non tulerunt Cardinales nostri, deserto Pontifice, Pisas abiere: idque auditum cum esset, alterius quoque Pontificis Cardinales, deserto illo, atque relicto, Liburnum aufugêre. Ibi congressi simul, ac paulo post Pisis omnes recepti, missis per orbem terrarum nunciis ac literis Patres advocarunt. *Gregorius* interea Senas reversus paulo post Ariminum petiit. Ego Pontificem secutus sum jure potius familiaritatis, quam quod ejus causam probarem, quanquam in *Gregorio* per magna vitæ morumque honestas, & prisca quædam, ut ita dixerim bonitas; denique in cunctis ferme rebus mihi satisfaciebat, præterquam in unionis negocio.

Digitized by Google

Ego tamen, ut dixi in cæterorum curialium fuga illum deserere nolui; sed & Senas & Ariminum secutus, non prius ab eo discessi, quam gravi præcepto civitatis meæ revocatus sum. Arimino per id tempus præerat *Carolus Malatesta*, Princeps illius Familiæ: Huic viro nihil deesse videbatur ad excellentiam laudis; idem robustissimo ac pulcherrimo corpore; idem consilii maximi ac magnitudine animi pene immensa; idem egregia libertate; idem studiorum litterarumque peritissimus: cum hoc ego viro familiaritatem maximam habui, nec tamen corrumpit me amicitia in Laudibus ejus recensendis, quas majores & merebatur, quam à me prædicentur. Dum Arimini interim commoratur *Gregorius*, concilium Pisis assidue cogebatur. Convenitque tandem in eo loco multitudo ingens cunctarum fere nationum, in hoc concilio accusati de collusione Pontifices, ambo privati sunt, & *Alexander*, natione Græcus, ad Pontificatum assumptus. Per hæc tempora *Ludovicus Andegavensis*, filius ejus Ludovici quem cum *Carolo* de regno contendisse supra scripsimus Pisas veniens, concessionem regni Apuliæ ab *Alexandro* recepit. Nam *Ladislaus* cuncta effecerat, quo concilium impediret, qui etiam cum exercitu circa Aretium consederat, sperans eam urbem per amicos paternos recipere, ac omnia turbare posse, & erat alioquin unioni infestus, Romam certè aliasque urbes post recessum *Gregorii*, nullo respectu ecclesiæ, occupabat. Itaque *Ludovicus* cum exercitu nostrorum contra *Ladislaum* missus est, cumque eo *Baldasar Cossa* ex latere legatus: hæ copiæ quanquam ingentes, tamen non multum profecerunt, & fere circa urbem Romam commoratæ, nec ultra progressæ, irrito cepto redierunt; Alexander vero per Autumni tempus abiens, Pisis Pistorium, Hetruriæ urbem, concessit: ibi hieme tota commoratus Bononiam petiit: Nec multo post Alexander moritur anno fere postquam sedere inceperat, in ejusque locum Joannes XXIII. assumitur. Hic dum in minoribus erat, *Baldasar Cossa*, nominabatur, Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis. Vir in temporalibus quidem magnus, in spiritualibus vero nullus omnino atque ineptus. Qui anno fere post creationem suam Bononiæ commoratus, Romam tandem petere, constituit; fuerat nempe illa prius aliquanto de *Ladislai* manibus extorta. Iter ejus per agrum Florenti-

num

Digitized by Google

num & Senenſem ad inferum mare, idem per Tarquinatem & Ceritanum ad urbem fuit poſt hæc apparatus facti, miſſique adverſus *Ladislaum* copiæ: Duces militiæ erant *Paulus Urſinus* & *Sfortia*; aderat quoque *Ludovicus Andegavenſis*, cui poſſeſſio regni quærebatur; jam pridem ab *Alexandro* Rex appellatus. Ab his commiſſo in finibus regni prælio, *Ladislaus* profligatur, quod ſi duces militiæ ſequi victoriam aut ſciviſſent aut voluiſſent, actum quidem erat de regno: Sed in morando ac tempus terendo, recipiendi ſeſe, ac vires reparandi facultatem victo regi dederunt. Vox fuit poſtea *Ladiſlai*: qua die profligatus eſt, ea die & ſui corporis & totius regni poteſtatem in manibus hoſtium fuiſſe: Secunda vero die corporis quidem ſui poteſtatem amiſiſſe, regni tamen adhuc Dominos hoſtes eſſe potuiſſe, ſi perſecuti victoriam eſſent. Tertia vero die, & jam ſui & regni capiendi habuiſſe poteſtatem, quoniam adverſus illorum vim remedia comparaſſet. Poſt hæc fortuna varia fuit, ut modo pax inter Pontificem, & Regem, modo bellum vigeret: Ad extremum vero rupta pace, ac *Paulo Urſino* cum Pontificis copiis in Picentibus obſeſſo, Pontifex Roma pulſus, Florentiam venit. Factiones magnæ per id tempus in Florentinis vigebant, aliis Pontificei, aliis Regi ſuadentibus: ob eas factiones Pontifex intra urbem invitatus non eſt, ſed in ſuburbano Epiſcopi reſedit, Curia tamen intra urbem recepta eſt. Rex per hæc tempora urbem Romam & alias urbes omnes, uſque ad fines Senenſium, Florentinorumque occupat; qui cum terribilis ac præpotens eſſet, lateque per Italiam dominaretur, nec ulla reſiſtendi cerneretur ſpes, *Joannem* Pontificem impulit, ad externa Transalpinaque auxilia reſpicere. *Sigismundus* per id tempus Imperium cœperat, *Vicislao* fratre turpiter adminiſtrante, ac omnium jam opinione, principatu ejus antiquato. Ad hunc igitur, cum in finibus Italiæ eſſet, *Joannes* Pontifex legatos miſit duos ex Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, jam pridem tamen agitata inter eos re litteris, & tutiſſimum quippe remedium & Pontifici & Imperatori videbatur, generale concilium advocari. Sed erant circa hoc ipſum conſtituenda permulta: ceu locus, tempus, modus; miſſi ſunt igitur his de cauſis ad *Sigismundum* legati, & horum miſſio legatorum ruinæ Pontificis initium fuit: Qua in re non videtur præter eundum mirabile quiddam quod tunc accidit, ut omnia cœlitus gubernari cognoſcamus. Communicaverat mecum Pontifex

Digitized by Google

arcane mentem & cogitationem ſuam: in loco, inquit, concilii tutum eſt nec ego alicubi eſſe volo, ubi Imperator plus poſſit: Legatis igitur iſtis, qui à me mittuntur, mandata ampliſſima poteſtatemque maximam dabo ad honeſtatis ſpem, quæ palam oſtentare poſſint, atq; proferre. Secreto autem mandatum reſtringam, ad loca certa, & enumeravit mihi ſubinde loca. Cum in hoc propoſito multos dies fuiſſent, tempus venit, quo proficiſci legatos opportebat. Tum remotis cæteris præter me unum, legatos ſecreto allocutus eſt, multisque verbis cohortatus, ad munus legationis quam diligentiſſime obeundum; dicendo: quanti ponderis illa res eſſet cujus gratia mitterentur: deinde converſus ad benevolentiam cum eorum prudentiam fidemque laudaret, ac melius illos cognoſcere, quid factu opus eſſet quam ſeipſum dicebat. Dum iſta commemorat, atque inculcat, affectus ipſe benevolentia: propoſitum diu cogitatum momento temporis immutavit. Decreveram, inquit, locum quendam nominare à quibus nullo modo diſcederetis, ſed in hoc temporis puncto ſententiam mitto, ac veſtræ prudentiæ cuncta permitto. Vos quid mihi tutum eſt, quid formidandum, cogitetis: Chartulamque, in qua ea loca ſcripta erant, in eorum conſpectu laceravit, absque ulla alicujus loci nominatione. Legati igitur ad *Sigiſmundum* profecti, Conſtantiam pro loco concilii elegerunt, urbem & transalpinam & Imperatori ſubjectam. Quod ſimul atque intellexit *Joannes*, incredibile quantum indoluit, ſe ipſum ac fortunam ſuam deteſtatus, quæ tam leviter à cogitatione propoſitoque illo priſtino reſtringendorum locorum decurriſſet. Sed voluntatem Dei nemo vitare poteſt. *Joannes* principio hiemis Florentia Bononiam abiit, nec multo poſt congreſſum *Sigismundi* petens, in Galliam profecturus, Placentiæ primum cum illo congreditur: Inde ad Laudenſem urbem profecti ambo, menſe fere toto in ea urbe fuere, ex Laude tandem Cremonam petierunt. Conditio Galliæ mihi per id tempus non peſſima modo, verum & miſerabilis viſa eſt: adeo quaſſatas urbes, ac regionem totam bello adflictam vaſtatamque offendimus. Dux Mediolanenſium erat *Philippus Galeazii* primi Ducis filius. Is juvenis tunc, velut ex longo principatus morbo, vires reſumere incipiebat, nec tum tamen poterat, ut cæteras urbes recuperare de manibus occupantium valeret. Itaque ſingulis fere civitatibus ſinguli domi-

Digitized by Google

dominabantur tyranni, ubique magna pars civium, pulsa aut necata: ubique villæ ædificiaque exusta. *Joannes*, relicto apud Cremonam imperatore, Mantuam petit, in ea urbe paulo longius commoratus: tandem exacta hieme tota Bononiam rediit. Ea æstate cum Bononiæ resideret *Joannes*, suspensis omnium animis & ad concilium se præparantibus, *Ladislaus* Rex, præter spem expectationemque omnium moritur: Cum nempe exercitu coacto magnis copiis Perusiam usque venisset, Florentinique conterriti, relicta Pontificis societate, per se ipsi resipiscissent, pace retrocedente, Rex non satis bona valetudine Neapolim rediit, ibique post paucos dies è vita migravit. Ejus mors Florentinos, ceterasque liberas civitates, magnis suspicionibus, & manifestissimo certissimoque periculo liberavit: Nullum nempe refugium erat eo vivente, quin colla tandem submittenda, fuissent, præsertim cum magna pars civium, jam tum ad tam callidum regem inclinaret. Pontifex, maxime illius morte relevatus est, ut jam nihil esset, quod illum cogeret, ad *Sigismundum* respicere: Sed tamen, quia concilium à Pontifice simul Imperatoreque in eorum congressu illo Gallicano solenniter fuerat publicatum, & locus *Constantiæ* indictus, tempusque præfixum, quo adesse oporteret, noluit Pontifex promissis deesse. Itaque circiter Calendas Octobris Bononia movens, per Veronensem, Tridentinumque agrum, transmissis alpibus, Constantiam accessit; eo & Imperator venit, & incredibili principum prælatorumque frequentia concilium celebratur, ut essent quinque in eo loco equorum supra triginta millia, ex quo multitudinem hostium conjectari licet. Discordiæ confestim inter *Joannem* Pontificem & *Sigismundum* exortæ, alterum alteri suspectum plane, inimicumque reddidêre. Quæ cum procederent longius, & in dies magis pericula cernerentur, *Joannes* clam abire constituit, adjutus ad hoc & plane invitatus, factione *Moguntini* Archiepiscopi, ac *Frederici* Ducis Austriæ; qui cum Imperatori adversarentur, crescere illius auctoritatem ex oppressione Pontificis condolebant. *Joannes* itaque cum jam amplius quatuor mensibus in concilio fuisset, tandem propter suspiciones, noctu incognitus cum paucis comitibus fugiens, Schaphusam abiit: Cardinalium nemo hujus rei erat conscius: secuti sunt tamen plerique eorum, sub spem reducendi, reconciliandique. Qui cum nihil

Digitized by Google

proficerent, vim concilii verentes, Constantiam rediere: *Joannes* autem Burgundiam petere festinans, jussu *Frederici* Ducis per viam retentus, Imperatori traditur; timuit nempe magnitudinem rei Fredericus, præsertim cum per id factum Imperatorem simul, & concilium in suam ruinam provocasset. Itaque ex protectore proditor factus, reducere illum ac tradere constituit: non tamen Constantiam reductus est, sed alia per oppida captivus detentus, seu sponte, seu invitus Pontificatu se abdicavit. Lentum deinde negotium concilii fuit: cum & corrigere in ecclesia permulta, ac tollere penitus schisma niterentur. Vivebant nempe adhuc *Gregorius* & *Benedictus*; ambo nuper ipsi sancto concilio damnati: *Gregorius* in Picentibus consistebat, & quanquam omnes populi præter paucula malatestatorum oppida ab eo descivissent, ipse tamen se Pontificem nuncupabat. Is ergo Constantiam misit, seque penitus abdicavit: *Benedictus* autem in Hispania consistens licet à cunctis destitutus, sua tamen se pertinacia nutriebat. Hic ergo rursum improbatus ac damnatus est; Et post multa concilii decreta & longi temporis moram, ad creationem novi Pontificis intendentes. Cardinales, & nationes singulæ, ex auctoritate concilii *Ottonem* Diaconum ad Pontificatum delegerunt. Is fuit natione Romanus, ex familia Columnensium, Vir antea nequaquam sagax existimatus, sed benignus, in Pontificatu tamen ita opinionem de se prius hic tam redarguit, ut sagacitas quidem in eo summa; benignitas vero non superflua nec nimia reperiretur. Peracto tamen concilio, in Italiam reversus, per fines Mediolanensium, Mantuanorum, Ferrarienſium, Ravennatienſium Florentiam venit, Bononiam vitans, quæ se per id tempus in libertatem vindicarat. Florentiæ vero biennium fere resedit, per opportuno loco, ad rem ecclesiæ componendam, nam & cum *Braccio* qui ecclesiæ oppida permulta occuparat, opitulantibus Florentinis, concordiam fecit, illiusque posthæc fretus opera, Bononiam iterum redegit in suam potestatem, & cæteras urbes ubique recepit: ex quo ejus plurimum crevit auctoritas. Per hæc ipsa tempora *Joannes*, qui depositus Constantiensi fuerat concilio, Florentiam venit: Magna profecto res ac mirabilis, de qua paulo superius repetam pro ejus cognitione. *Joannes* post captivitatem illam, & abdicationem in Bavaria carcere servabatur: Erat autem scrupulus apud multos: cum depositio abdi-

Digitized by Google

abdicatioque illius violenta fuerat, num jure subsisteret? Quod si illa dubia, *Martini* quoque electio in ambiguum veniebat, cum non vacanti ecclesiæ providere de novo pastore non potuerint; ob hunc timorem *Martinus*, & simul ne Germaniæ principes hoc habentes idolum, per eam occasionem aliquid quoque molirentur, redimendum *Joannem* & in Italiam reducendum providit. Igitur per hunc modum exemptus carcere cum in Galliam perveniisset, consilio *Martini* cognito: id nempe erat ut Mantuæ perpetuo carcere teneretur, antequam Mantuam perveniret, rursus aufugiens in Ligures abiit, ibi cum esset liber, ac sui juris sive conscientia ductus, sive quod desperabat aliquid proficere posse, sponte sua Florentiam venit, ac sese pedibus *Martini* subjiciens, eum ut Pontificem verum ac unicum recognovit. In adventu ejus tota civitas obviam profusa, multis lacrymis incredibili commiseratione respexit hominem, ex tantæ dignitatis fastigio in tantas calamitates prolapsum: ipse quoque miserabili prope habitu incedebat; his omnibus commiseratio populi augebatur. Susceptus à *Martino* tandem, interceſſu civitatis Cardinalis primus efficitur, nec per annum integrum superstes, vita migravit. *Martinus* at pace cum *Bracio* facta cum & oppida recepisset, ac omnia pacata viderentur, Romam petere constituit: Nec satis benevolo erga Florentinos animo decedere credebatur, carminibus quibusdam, quæ de se vulgo circum ferebantur infensus. Memini me non multis diebus antequam abiret *Martinus*, in cubiculo ejus fuisse: cum unus aut alter cubiculariorum adessent, præterea nemo; ambulabat ille de Bibliotheca ad fenestram quæ hortos respicit: cum aliquot spatia tacitus confeciſſet: reflexit è vestigio iter ad me, cumque proxime se admovisset, porrecto in me vultu, brachioque molliter elato, *Martinus*, inquit, *Papa quadrantem non valet.* Atque ego statim verba illa recognoscens, erat nempe cantilena quæ de illo dicebatur, quid est, inquam, num ad aures quoque tuas hæ puerorum nugæ pervenerunt. Ille vero ad hæc, sed eodem vestigio consistens iterato subjunxit: *Martinus Papa quadrantem non valet.* Tunc ego manifestius deprehensa illius infensione animi, retricabat nempe verba de se vulgo cantata: statui, si qua possem pro civitatis honore vulneri ejus mederi. Itaque hæc dixi: cum alia, inquam, civitas, beatissime pater! tibi & Romanæ sedi tantas commoditates utilitates-

Digitized by Google

litatesque attulerit, quanta dum in ea resedisti Florentia contulit, nihil glorioſius quam pontificatus iſte tuus reperiri poterit. Venisti Florentiam cum nihil temporalis dominii possideres: occupatis ubique per adversarios oppidis; Bononia quoque parere renuente, ut tamen necessarium fuerat. Cum ex Ferraria Florentiam venire velles, per Ravennatensem & Forolivienſem agrum, longo ambitu iter deflectens & Florentiæ commorans, cœtera oppida in potestatem tuam redierunt: Et Bononia ipsa, quæ prius extulerat cervicem, se submisit. Contulit vero ad hæc plurimum opportunitas hujus urbis, propterea, quia *Bracius* amicitiam fidemque Florentini populi secutus, ad Te venire non dubitavit: &, intercedente civitate, discordias omnes componere, atque oppida reddere. Illiusque tu post modum fretus opera, Bononiam tibi parere, vi adhibita, compulisti, ut longe lateque tua nunc potentia dominetur. Te insuper Florentiæ commorante, Florentiæ cum prospera ubique de te ac de loco tuæ residentiæ circumferrentur, Cardinales ab Hiſpania, deserto *Benedicto*, ad hunc ipsum locum venientes, te ut verum ac unicum pontificem recognoverunt: Quo facto, tres obedientiæ, dudum speratæ, in te uno conglutinatæ sunt. Ad hæc duo incrementa hoc in loco susceptа, tertium illud præstantissimum excellentissimumque omnium felicitate mirabili cumulatur; quod qui dudum fuerat *Joannes* Pontifex, de cujus depositione, propter vim adhibitam, multi dubitabant, & scrupulus quidam relinquebatur in mentibus, securitate atque fiducia hujus loci Florentiam venit, tibique se sponte sua subjecit, ac dominum & pontificem veriſſimum recognovit. Quo facto, omnis penitus est scrupulus, ambiguitasque sublata. Neque nempe de vi illa adhibita sollicitus esse quisquam potest, cum ipsius voluntaria in loco sibi tutissimo sit conspecta subjectio, & accessit quod paulo post defunctus est: ut & admiratio & querela, &, ut ita dixerim, fortunæ ludibrium tolleretur. Illud certe constat, nullo alio loco illum ad te venturum fuisse, nisi in hac urbe, in qua per magnas amicitias privatim & publice se habere sentiebat. Nec desunt porro, quibus gratiam tuam Florentia promeretur; cujus vel opportunitate, vel obsequio, vel auspicio tanta pontificatui tuo super accesserunt incrementa. Nam puerilibus quidem næniis aures admovere, & quid ætas illa loquatur, attendere, vix tuæ videtur gravitatis. *Martius*

Digitized by Google

tinus autem hæc audiens lætari admodum visus est, neque palam multis verbis laudavit, ac verissima dicere consensit. Quanti vero fecisset verba mea, paulo post ostendit: Nam cum abire statuisset, vocato ad se Florentinorum magistratu, valde obligor, inquit, huic civitati, cognosco nempe quam multa prospera & in illa & per illam mihi contigerunt: deinde illa ipsa enumerans, eodem ordine quo à me dicta fuerant, cuncta recensuit, & Florentia tandem abiens *Martinus*, Romam se contulit, ibique per aliquot annos beate regnavit: præcipue tamen post *Braccii* mortem, ejus crevit potentia. *Braccius* ipse magnus profecto vir fuit; Nam & Dux rei militaris peritissimus habebatur, & magnitudine animi consilioque pollebat, & erat a lumbrata quædam civili moderatione honestas; Hic, ex oppido Montano Perusini agri, nobilibus admodum parentibus ortus, statim ab adolescentia rei militari se tradidit, multisque vulneribus atque laboribus, peritiam tandem autoritatemque boni ducis est assecutus. Exulabat per id tempus Perusina nobilitas fere omnis, inter quos *Braccius* licet admodum juvenis, consilio tamen & auctoritate princeps habebatur. Denique varia militia per Italiam acta, multisque rebus gestis in id potentiæ auctoritatisque accreverat, ut Perusinos diversæ factionis, qui domi erant, vi & armis compulerit, nobilitatem recipere, ipse vero Dominus Perusinæ urbis, à populo simul nobilitateque sit delectus. Hinc ille magnificentius vires extendere cœpit, ac multas subinde urbes sibi subditas facere. Et cum venit Florentiam, & Pontifex hic plurima possideret, inita deinde cum Martino concordia, cum oppidorum partem dimisisset, partem cedente Martino, retineret, non diu tamen in ea perseveravit. Erat per idem tempus *Sforzia* magnus & ipse profecto vir, in quo & rei militaris peritiam alii majorem esse quam in *Braccio*, alii parem existimabant. Hic quoque multas & magnas res gesserat, & per omnes militiæ gradus ad famæ atque gloriæ culmen ascenderat. Inter hunc & *Braccium* amicitia tam diu fuit, quam diu minores utrique fuerunt, auctos verò atque potentes æmulatio atque contentio irritavit. Itaque & prælia nonnunquam inter se commisere, & cum inflammati plurimum essent animi ad certamen, *Sforzia* in transitu fluminis piscariæ submersus periit, & *Braccius* paulo post,

Digitized by Google

cum Aquilam urbem obsideret, *Martino* copias suas amicorumque, ad liberandam obsidione urbem submittente, præter spem omnium profligatur atque occiditur. Florentini per hoc tempus bellum resumserant, adversum *Philippum* Ducem Mediolanensium; Creverat nempe ille, ac vires paternas mirabili quadam felicitate resumserat, & addiderat ad paternam Dominationem urbem *Genuam*. Cum ergo terra marique formidabilis esset, ac magnos duces magnumque equitatum haberet ac circa forum Livii Immolanique se inferere videretur, susceptum adversus eum est bellum, missisque à Florentinis Copiis, apud Saxoferram profligatur. *Philippi* autem duces post victoriam, multa loca Florentiæ ditionis per Apenninum montem occuparant: Adversus hunc tumultum indies crescentem *Oddo*, Braccii filius, puer adhuc sub gubernatione atque cura *Nicolai Picinini*, cum magna paternorum equitum manu conducitur: Qui Aretium primo, mox in agrum Mugellanum traducti, hostiles impetus repressere, cursuque eorum victoriæ retardarunt. Sed post multa atque egregia belli opera, cum tandem in saltus difficiles se cum suis copiis recepisset, circa Monum fluvium profligatur, captusque *Nicolaus Picininus* Faventiam ducitur, Nam *Oddo*, in ipsa profligatione vulneratus, obierat. Hinc vacillare civitatis res iterato cœpere, & in magno esse motu: Sed accidit per commode Picinini captivitas, quoniam Faventinum dominum, in cujus manibus ipse erat ad nos traxit, conditionibus melioribus utilioribusque oblatis. Itaque secuta mox æstate belli omnis impetus ad Faventiam constitit: Copiæ Florentini populi intra urbem Faventiam, adversariorum autem copiæ longe majores ad Imolam forumque Livii, circumque ea loca degebant, prœliaque percrebra quotidie gerebantur ad ipsas prope Faventiæ portas. Denique Faventia eo anno, murus nostræ fuit civitatis: Nec enim dubium erat quin omnis impetus belli, Florentina in mœnia recasurus fuisset, nisi Faventia obstitisset: post longum certamen, in agrum tandem Aretinum impetus belli redactus est, ex hujusmodi causa Magistratus, qui pro Florentino populo Anguillarense oppidum gubernabat, sperans sibi lucrum fore, si ab ea parte turbationes concitarentur. Burgenses quietos homines, nec hostile quicquam molientes,

Digitized by Google

entes, hostiliter ipse invasit, vastatisque infeste agris, ac prædæ expositis, summis injuriis eos adfecit; Illis tam insigniter læsis nulla fuit mora, quin copias hostium ad se convocarent. Hæ copiæ, cum eo venissent, & cuncta circum Anguillaram ferro igneque popularentur, copias Florentini populi sub ipso oppido stantes perfregerunt: per hunc modum belli certamen & impetus ex Faventino agro in Aretinum redigitur. *Nicolaus Picenninus* per hunc tumultum in Aretinos tractus, non satis bono animo esse videbatur, & prædicabat obsequia sua nequaquam gratè à Florentinis esse suscepta; tempus vero suorum stipendiorum ad finem deveniisse, se jam alia sibi cogitare. Hæc ab eo palam jactata, interpretabantur homines, quasi vellet hic consueto hoc militantium more stipendia augere, & vulgo jactabant, ab ejus amicis qui non pauci Florentiæ, nec impotentes erant, hanc viam ostensam illi; quo majora consequeretur: Ob hanc igitur opinionem nulla diligentia est adhibita quo retineretur, sed cum finis stipendiorum advenisset, secedens in Cortonensem & Perusinum agrum: paucis post diebus se ad stipendia Mediolanensis conductum, ostendit subinde conjunctus hostibus, & una cum illis agrum Aretinum est ingressus: Classem, & castrum novum, & Potentianum, & quicquid castellorum est inter Biennam & Aretium cepit. Hic tumultus plurimum turbavit nostrorum mentes, nec solum trepidare verum etiam diffidere desperareque coëgit. Erat nempe multitudo hostium ingens, nostri autem præterquam pauci, insuper imparati & fracti videbantur. Cum ergo non immerito trepidaretur, ad Venetos respicere Florentini cœpere, existimantes illis quoque formidandum esse Mediolanensis opes, usque adeo augeri: Nec falsa quidem erat existimatio, formidabant nempe ac molestè ferebant, gravemque illius propinquitatem futuram putabant civitati suæ: Quibus rationibus ad societatem trahebantur: *Philippus* vero, ubi hæc tractari sensit, ne coirent simul civitates, pacem obtulit Florentinis: prælata est tamen Venetorum societas paci, cui non satis credendum homines arbitrabantur; post eam societatem contractam, repente Brixiam urbem Veneti invasere; quare conterritus Mediolanensis, confestim revocavit ex Etruria copias: Florentini quoque bifariam partitis copiis, earum par-

Digitized by Google

tem unam in Galliam misere, quo Venetis jungerentur; Aliam partem autem ad recuperanda castella Aretini agri prius amissa retinuere, & castella quidem illa non sine difficultate recuperata sunt, & in Gallia prospere bellum est gestum, Brixiaque tota cum arcibus in potestatem Venetorum devenit. Pax deinde cum Mediolanensi facta, in qua insuper Bergomum & oppida quædam Venetis dimisit. Post non integro biennio decurso aliud rursus bellum renascitur longe periculosius quam primum: Fluxit hoc vero ex hujusmodi causa: *Nicolaus* Braccii sororis filius, cum aliqua equitum manu inter copias Florentini populi per Galliam militaverat: Hic finito bello in Etruriam reversus, cum ad cæterorum exemplar, stipendia, utpote recepta pace, sibi minuerentur, non tulit ille quidem neque assensus est; sed per idipsum tempus majores sibi copias parare contendit, & vulgabatur illum in Umbriam, quoniam inde sibi origo foret, aliquid esse moliturum. Cum ergo ad aliquem modum auctus jam esset, repente in agrum Lucensem profectus, regionem totam subita clade involvit; Lucensibus per id tempus dominabatur *Paulus Guinisius*, eratque cum illo pax Florentinis, odia tamen suberant, quia proximo bello cum hoste sensisse ferebatur. Filium certe cum equitatu ad eum miserat, ea tamen exceptione, ne adversus Florentinos Venetosque bello gerendo adesset. Itaque, & si ignara civitate impetus erat factus, tamen quia causæ suberant, ac ex nostris oppidis moverant, suspicionem præbuit quasi occulta civitatis opera factus impetus fuisset: Qua opinione multi nostrorum his locis finitimi ad prædam direptionemque concurrerant, ut jam non integra res civitatis, sed capta quodammodo videretur: punire nempe transgressores, præ multitudine, non licebat, & simul urbana multitudo mirabili ardore id bellum deposcebat. Denique rejectis majoribus gravioribusq; qui diversa suadebant, concursu multitudinis bellum susceperе. Quo facto statim permulta Lucensis agri Castella, sese Florentinis dedere; Luca deinde obsessa, & aggere circumdata, adeo vana spe, ut sibi persuaderent stulti quidam, aquâ per aggerem inundari posse: id cum sperare vanum esset, & in longum obsidio traheretur, veniens demum *Franciscus Sfortia* filius, Lucam obsidione liberavit, nostris bono consilio, ad libera facta mœnia sponte sua se recipientibus, hostes autem

Digitized by Google

autem paulo post circa Nebulam fluvium profecti Pisciam oppugnarunt & Buggiam vicum ceperunt: Nec multo post ipse *Paulus Guinisius*, qui Lucæ dominabatur, dolo suorum captus Mediolanum transmittitur, *Franciscus* autem *Sfortia* pecunia de Florentinis accepta, Lucam destituit. Rursus ergo majori vi obsessa à Florentinis, cum jam ad extremum deveniisset, adventu *Nicolai Picinini*, obsessores profligantur. Nicolaus Piciminus & prius Franciscus Sfortia à *Philippo* Mediolanensi, processerant, ob eamque rem resumtum fuerat adversus eum bellum. Flagitantibus Florentinis, ut Veneti per Galliam *Philippum* adorirentur; Inter hæc Senenses aperte defecerunt à Florentinis, jampridem infensi Lucæ obsidione, per quam himia crescendi, ac vicinis dominandi cupiditas deprehendebatur, ac suspecta jam pridem illis erat civitatis potentia. *Piciminus* ergo Pisanum Florentinumque invadens agrum, non prius destitit, quam à Luca, Senas usque sibi viam aperuit, ipse quoque eo secutus Staggiam obsedit, inde in Aretinos, spe proditionis tractus, cum detecta proditio esset, castella in his locis subita improvisaque vi complura cepit. Hoc bellum maxime attrivit Florentini populi opes, ac in summum discrimen adduxit: cum & Pisæ vix & anxie retentæ sint, in potestate, & omnia castella Pisani Volateranique agri fuerint amissa, & in Aretinis fluctuarent omnia, & in Florentino etiam agro, castella quædam Senenses occupassent, & intra urbem crebris intolerabilibusque tributis cives exinaniti, & ærarium penitus etiam exhauserunt: querelarum itaque plena erant omnia, ut fieri solet in populo, male succedentibus rebus. Nec quicquam erat odibilius quam hæ lites, quarum opera bellum Lucense fuerat susceptum: Per Galliam quoque varia ejus belli fortuna, modo Venetos modo Mediolanensem adflixit. Hoc fervente bello *Sigismundus* Imperator in Italiam venit, nec magnas copias secum adduxit: utpote qui in *Philippi* Mediolanensis potentia opibusque fundamenta sui transitus collocasset. In Gallia longiori mora per hiemem tracta, cum Mediolani primum, deinde Parmæ descendisset, tandem, secuta mox æstate, in Etruriam transiit: ob ejus adventum civitates, erectis animis, vel timore vel spe, suspensæ perstabant: magnum profecto aliquid

Digitized by Google

molituræ. Sed imminuit eis auctoritatem, quod his ipsis diebus præmissi equites *Philippi* Mediolanensis, magna strage ab equitibus Florentini populi sub Toporio oppido profligati sunt. Qua nostri victoria elati, ubi veniſſe in urbem Lucam Imperatorem cognoverunt, eo vadentes ad ipsas prope portas posuerunt castra, cunctaque circum urbem populati sunt, intus manente Imperatore, ac prohibere vastationem nequeunt. Hæc res, & his, qui erigebantur ob ejus adventum fiduciam eripuit, & his qui formidabant metum ademit. Post hæc in agrum Senensem transductis copiis quo illic quoque vastarentur segetes, Duces parum admodum circa ea loca commorati, in fines Aretinorum sese receperunt, causantes, commeatum Senensi in agro sibi deesse: Itaque per eorum absentiam Imperator abeundi Senas facultatem nactus, eo festinavit: Senis aliquot menses commoratus, tandem Romam profectus est, de Pontificis voluntate. Pontifex erat Eugenius IV. natione Venetus, qui Martino defuncto in Pontificatu successerat: ab hoc Imperator solenniter coronatus est. Per hæc ipsa tempora pax recepta est cum Mediolanensi, ac bello finis impositus: per eam pacem omnia Castella reddita sunt Florentinis, quæ in Pisano Volateranoque & Aretino agro hostis cepisset: Hostibus quoque omnia castella Lucensis agri quæ prius ceperant Florentini reddidere. Imperator demum Roma abiens, per Tudertinum & Perusinum agrum profectus Ariminum petit. Inde per Ravennatem ac Ferrarienſem ac Mantuanum trans Alpes abivit: & quidem tanta varietate vel animi vel fortunæ, ut inimicissimus *Philippo* Mediolanensi abierit, cujus favore atque opibus Italiam intrasser. Venetorum autem, quibus maxime inimicus venerat, amicissimus recederet. Cum Florentinis quoque, licet apud Lucam graviter ab his offensus, non inimico esse animo visus est, tentavitque in recessu illo suo Florentiam venire, sed non recipiente populo, aliud iter secutus, in Germaniam rediit. Nec diu supervixit; Nam triennio ferme post reditum ejus, in Hungaria defunctus est: Hunc Principem nos Placentiæ primum vidimus, in congressu illo *Joannis*, Romani Pontificis, & aliquem cum eo usum, conversationemque habuimus,

dum

dum Laudæ, Cremonæque constitimus, postea vero Constantiæ magis naturam illius moresque conspeximus. Fuit autem proculdubio vir inclitus, præclara facie, corpore tum specioso tum robusto, magnitudine animi, sive pace sive bello, eximia, liberalitate vero tanta, ut hoc unum illi vitio daretur, quod largiendo & erogando sibi ipsi facultates detraheret ad negotia bellaque obeunda. Huic successit in imperio ac Regno Hungariæ *Albertus*, Dux Austriæ qui nec ipse diu vixit; Sed hæc postea facta sunt. Nos autem ad nostra tempora revertamur: Post eam pacem de qua supra diximus, *Franciscus* Sfortiæ filius qui cum equitatu apud Mediolanensem militaverat: per speciem alliciendæ militiæ dimissus, in Picentem devenit. Ibi cum dedentia sese oppida per multa suscepisset, elatus successu iter in Apuliam ab initio destinatum omittere statuit, ac circum ea loca vires extendere. Hujus propinquitas, *Eugenium* intra urbem Romam trepidare coëgit, & accedebat terrori, quo *Nicolaus*, Braccii sororis filius qui modo sub eo Pontifice militaverat, alienatus atque infensus Pontifici, quasi eum opprimere dolo tentasset. Magno tumultu Tybur occupaverat: Indeque bellum Romæ gravissimum inferebat. Intra urbem vero nihil sani, nam pacati videbantur: Nec satis *Eugenii* prospera fama, præsertim quia Pontificatum tranquillissimum à *Martino* susceptum, ipse confestim magnis turbationibus involuisset. *Concilium* per idem tempus *Basileæ* cogebatur, & abierant eo Cardinales quidam: *Eugenius* autem Romæ consistens, maximis vexationibus premebatur; quibus tandem ex urbe Roma clam fugere coactus, mari Pisas delatus, indeque Florentiam veniens, aliquamdiu in ea resedit; Hoc quoque in loco multa ab eodem Pontifice tentata, haud satis quieti & paci congruentia, & illud imprimis quod Bononienses, vi & armis coegit, & in sua Imperia perrexit; ex quo turbationes ortæ graves, ac pene in bella reditum. Bononienses nempe ab illo vexati, Mediolanensis auxilia confestim vocavêre: copiisque hinc inde coactis, noster Venetorumque equitatus Pontifici concessus, non longe ab Imola urbe à *Picinino* profligatur, Duxque copiarum Florentini populi, *Nicolaus Tolentinus* Mediolanum transmittitur. Florentiæ quoque, per hoc ipsum tempus vehemens in Republica mutatio fuit; Reductoque

Cosma

Digitized by Google

Cosma Medice & agnatis qui superiore anno fuerant expulsi, diversa factio satis magno numero in exilium agitur. Concordia deinde inter *Eugenium* & *Philippum* Mediolanensem secuta, Imolaque & alia quædam Flaminiæ oppida, Pontifici restituta, stabilita quoque pax iterum cum Florentinis & Venetis, inita confœderatione in qua Veneti, & Mediolanenses & Florentini comprehensi sunt, eo pacto, ut, si quis eorum alterum offenderet, cæteri omnes adjuvare eam partem, quæ offensa foret, tenerentur. Hæc etsi solenniter ficta, & plena maximæ spei, durationem minimam habuere: Nam cum haud multo post Genua, quæ sub Imperio Mediolanensis erat, ab eo defeciſſet; Florentini & Veneti usque adeò libenter id susceperunt, ut non abstinuerint ab auxiliis præstandis, quo Genuenses in libertatem se magis assererent: & sane potentia Mediolanensis eximia, & animus extendendi imperii cupidus infidam ac suspicionsam confœderationem reddiderant. Causa vero rerum novarum Genuensibus fuit, quod cum *Arragonum Regem*, non procul *Gajetta* navali prælio superatum, cum duobus fratribus, ac magna procerum multitudine cepissent. Dux Mediolanensis eum Regem, fratresque Mediolanum traductos & humanissime susceptt, & liberalissime dimisit, mirabili certe magnificentia fretus, in duobus simul Regibus ac proceribus liberandis; sed ea liberalitas amittendi Genuam causa fuit. Genuenses nempe usque adeo indigne tulerunt, sibi Regem inimicum, absque ullo sui respectu, esse dimissum, ut Mediolanensis jugo repulso: in libertatem se vindicarent. Florentini vero & annona primum, & mox auxiliis militum eos juvarunt. Per hoc ipsum ferè tempus Basilica Florentina ab *Eugenio* Papa solenniter dedicata fuit; Cujus rei causa pons ligneus incredibili celeritate, ac mirabili opere ædificatus est, ab ecclesia prædicatorum, ubi Pontifex habitabat, ad ipsam Basilicam quæ erat dedicanda, is vero pons non solum ad magnificentiam pertinuit, verum etiam ad necessitatem: Tantus enim in ipsa dedicationis die concursus hominum fuit, ex agro ac finitimis oppidis, & ex ipsa multitudine urbana, ut complerentur omnes aditus, omnesque viæ: Nec Pontifex cum suis Cardinalibus & Prælatis transire nunquam prænimia turba potuisset,

Digitized by Google

set, nisi pons ad hunc finem super injectus, viam eis præbuisset. Incepit autem is pons, à porta ipsa ecclesiæ prædicatorum, inde novam plateam secans, usque ad caput viæ, quæ ducit ad ecclesiam Sanctæ Mariæ matris, perque ipsam viam ubique continuato ponte usque ad templum Baptistæ, proximamque subinde Basilicam pervenit. Erat vero latitudo pontis circiter Brachiorum quatuor, pedesque lignei transversa sustentabant tigna: super his vero tabulata erant, à lateribus vero columbinæ, paribus inter se distantes spaciis, insurgebant in altitudinem brachiorum septem. Hæ ad pavimenti tigna infixæ, aliis rursus exilioribus tignis in extrema altitudine vinciebantur; super his vela erant, quibus pons tegebatur universus, cum Papilionibus utrinque pendentibus: pavimentum rursus ab utroque latere usque ad Zonam hominis aulæis erat munitum. Per hunc pontem incedens Pontifex, magna & ipse pompa, magnoque ornatu, cum omnium Cardinalium Prælatorumque multitudine ad Basilicam pervenit, spectante populo de inferiori loco, & tantum pontis ornatum, ac tam venerabilem pompam cum lætitia intuente. Haud multo post dedicationem hanc. *Eugenius* Bononiam se transtulit, recepta jampridem ea civitate, post Mediolanensis confœderationem: Luca deinde rursus obsessa est à Florentinis, ex hujusmodi causa: Venerant in agrum Lucensem permagnæ equitum copiæ *Philippi* Mediolanensis; ducebat autem eas copias *Picininus* petebatque à Florentinis ut pacatè sibi transire in Senensium fines liceret: Florentini autem suspicantes fraudem aliquam subesse, transitum negaverunt, ac ne forte in transitu adoriretur, *Franciscum Sfortiam* celeriter vocatum, erat nempe Venetorum Florentinorumque militiæ Dux, venientibus oppositerunt. Initium hiemis erat, cum hæc facta sunt, statutaque est per universam hiemem ambigua pax, cum à numeris fines agri Florentini defenderentur, ab hostibus verò circum ea loca desidentibus, suspiciones magis, quam apertum inferebatur bellum; Serezanam tamen, & alia quædam Lucensis agri castella, per eam hiemem ceperunt hostes, & duo parva loca in agro Pisano ad extremum occuparunt. Transacta demum hieme,

Digitized by Google

nostros majori aparatu Pisis egressos, non expectarunt, hostes erant enim afflicti longa hiemis militia. Sed trans Apenninum abeuntes, in Galliam se receperunt. Nostri vero receptis omnibus Castellis, primo amissis, quandoquidem materia deerat belli, Lucenses invadere constituerunt, eis succensentes, quod hostibus auxilia præstitissent, quodque eos in commeatu ceterisque rebus quæ sunt ad usum belli, sustentassent. Itaque, contra Lucenses versis signis, cuncta ferme eorum Castella ceperunt, & Lucam ipsam obsederunt, ut parva admodum vel nulla spes evasionis superesse videretur. Nam hostium copiæ per hiemem superiorem diutius in agro Lucensi commoratæ, omne quasi frumentum ejus urbis consumserant, nova autem frumenta priusquam maturescerent, nostri vastarant. Quare in extremo constituta civitas, frumenti defectu peritura videbatur. Nutriebat tamen eorum spem *Nicolaus Picininus* qui se venturum ad obsidionem solvendam minitabatur, & apparatus quosdam ad ostentationem faciebat; Ceterum socii magis, quam hostes Lucæ profuerunt. Veneti quidem antiqui socii, & Genuenses nuper in societatem recepti, ad alia vocati. His graviter obsidionem interruperunt, cum alius Pontremulum, alius contra Parmam dux & copiæ traducerentur: id Florentini per indigne ferebant, atque ita alienationes quædam animorum exortæ sunt, Florentinos & inter Venetos: jactabantque per multi, Venetis non placere, ut Luca in Florentini populi deveniret potestatem. Ea suspicio paulatim succrescens dividendæ Societatis causa fuit: præsertim postquam duci copiarum transire Padum recusanti; denegata penitus stipendia fuerunt à Venetis. Tunc enim quam deficiente societatis fide *Franciscus Sfortia* de reconciliatione cum Mediolanensibus agitare cœpit. Florentini autem quo se verterent nesciebant, Venerat enim *Picininus* cum magnis copiis, per Flamminiam usque ad forum Pompilii, inde in Etruriam transiturus. Veneti autem spectatores, sedentes ociosi. Oratores nostros, Venetias missos, non audiebant: ita cogente necessitate Florentini reconciliationem secuti sunt, & cum Lucensibus pax hâc conditione recepta, ut obsidio Lucæ solveretur, Castella vero, quæ ceperunt, Florentini retineret. His peractis *Picininus* statim retro conversus forum

rum Livii & Imolam & Bononiam occupavit, inde in Venetos transiens omnes belli clades quas Florentinis inferre paraverant, contra illos exercuit, multisque oppidis Venetorum captis, tandem Brixiam obsedit, atque ita oppugnavit, ut mœnia urbis crebro tormentorum pulsu quibusdam locis everterentur. Hæc omnia mirabili celeritate Piciuinus effecerat. Proxima deinde hieme *Eugenius* Papa Florentiam rediit, adducens secum Imperatorem Græcorum. Quibus de rebus, altius resumto principio, est à nobis dicendum. *Eugenius* nempe cum Florentia Bononiam se contulisset, de unione Græcorum agitare cœpit, cum prius hujusce rei mentio facta fuerat in concilio Basilienſi, deinde ab Eugenio recepta procuratio est, quo Basilienſis concilii auctoritatem minueret; Itaque Græci prius auctoritate concilii permoti, cum ad eum pervenire locum, in quo Papa & Concilium foret, spopondissent, indicto à Pontifice apud Ferrariam altero Concilio: Cum illuc quoque Pontifex accessisset, Græcos eo pertraxit: Venerant nempe jam Venetias Græci, qui etsi ab initio ambigui starent, propter Basilienſium Pontificisque discordias, præter eorum spem apud nostros repertas; tamen viam Pontificis ad extremum secuti, Ferrariam sese ad pontificem contulere. Aliquot mensibus negotium unionis Ferrariæ agitatum cum esset, superveniente morborum peste Græci una cum Pontifice se Florentiam transtulere, receptique sunt benigne: post aliquot menses, quam Florentiam venerat, unitatem demum & concordiam iniêre, sublatis quibusdam, circa fidem dubiis. Fuit autem numerus Græcorum, qui Florentiam venerant supra quingentos, in his vero Imperator & frater ejus germanus, & patriarcha Constantinopolitanus, cum multis Archiepiscopis & Prælatis; multique cum Imperatore proceres secularesque insignes viri ac literarum non sanctarum solum modo; verum etiam gentilium bene periti. Florentiæ dum erant Græci, redintegratio fœderis noviter pacti facta est inter Florentinos & Venetos. *Piciuinus* nempe post Brixiam oppugnatam transgressus Athesim Fluvium circa Veronam & Vincentiam, terribilis imminebat, captando, ligando, ut ceteris ferme omnibus illarum partium oppidis nullum remedium fore videbatur, quin Patavium usque cuncta perva-

Digitized by Google

deret. Hæc pericula Venetos permoverunt ad Florentinorum societatem, a qua paulo ante se separaverunt repetendam: Florentini quoque non inviti in societatem redierunt, existimantes, si deletæ forent Venetorum opes, nequaquam ab se victorem temperaturum. Ita conpactione rursus facta inter Venetos & Florentinos, *Franciscus Sforzia* Dux, cum magnis copiis opera Florentinorum in Venetos transgressus, cursum victoriarum hostilium omnino repressit: Eorumque copias omnes fudit, & expulit, secuta deinde per multa ac præclara, & circa Benacum lacum, & circa Veronæ, exuperatione, quæ particularia; referre contra propositum esset nostrum, cum summam tantum rerum notemus, non Historiam describamus. Per hoc ipsum tempus à Basilea nunciabatur, concilium quod ibi diutius fuerat, privato *Eugenio*, alterum Pontificem creavisse, *Amadeum Sabaudiæ Ducem*, id admirabile cunctis videbatur, tanti fastigii principem, dubio papatu se onerare voluisse, cum & certus papatus, magna servitus sit existimanda. Nosque quæ sequentur, videbimus: Cum per Etruriam quies esset à bello, omnibusque hominum cura in Galliam esset conversa: Nicolaus Picininus in medio fervore Gallici belli relicta Gallia magnas suorum copias in Etruriam rapuit; Cumque transmisso Apennino jugo in agrum mugellanum descendisset, magnum terrorem intulit nostris. Agmina suorum latrocinantium ritu usque prope ad conspectum urbis discurrebant, fœda trepidatione & fuga circa urbem, omnia comprebantur, intra urbem vero magnæ suspiciones erant, tum quod infima plebs caritate annonæ premebatur, tum etiam, quod præsenti reipublicæ statu non omnes pariter cives gaudebant. Erat vero tota urbs plena colonorum ac agricolarum cum conjugibus & liberis, ac rapta ex manu hostium supellectilia fugientium, bovesque & pecora vias omnes urbis compleverant. In hoc ergo tumultu Decemvir iterum creatus sum, ad curam belli gerendi. Gesseram enim superiori æstate eundem magistratum per id tempus, quo reconciliatio facta est inter Florentinos & Venetos. Sed nunc premente civitatem maximo discrimine, ob repentinum hostium adventum, rursus decreto populi Florentini Decem vir creatus fui, cum præstantissimis quibusdam viris. Neque enim tunc imminens peri-

Digitized by Google

periculum mediocres homines deposcebat, sed qui tantarum rerum molem perferre animo, & gubernare consilio idonei essent, propterea dedita opera est, ut quam fieri posset, optimi sumerentur. Hostes cum aliquot dies circa Politianum stetissent, tandem ex Mugellano in Casentinatem transierunt, quod quidem eorum factum mentes nostras valde sublevavit. Formidabamus enim, ne per Marinam fluvium ductis copiis inter pratum ac Florentiam descenderent, ubi & commeatum habere potuissent, & impedire transmissionem frumenti, quod à Pisis atque Emporio Florentiam vehebatur. Nam ad cætera quoque pericula, frumenti indigentia per id tempus accesserat. *Piccininus* igitur sive non intellexerit, sive non auserit, hac opportunitate relicta, in Casennatensia duxit loca montana & saltuosa, & remotiora ab urbe. Qua quidem in re secutus est, ut putant, consilium & suasionem *Francisci* Comitis *Pupii*, secreto illum vocantis. Ubi ergo in Casennatem pervenit, & *Franciscus* comes Pupio cum ceteris castellis ad eum defecit, commeatuque adjuvit. Inde ad Castellum S. Nicolai positis castris, mense fere integro circa illud desedit: Postquam vero id quoque suscepit, ad Cassinam constitit. Nos per hoc tempus Castellum S. Nicolai paulo ante amissum recepimus, quæ quidem res adversariorum mentes plurimum fregit: Munitissimum enim Castellum, quod ipsi tormentis & machinis vix uno mense integro expugnarent, recuperatum a nobis intra paucos dies, obstupescebant. Jamque ex hinc nostri meliori spe, illi autem deteriore, cœperunt esse. Inter hæc auxilia supervenerunt Florentini; Ex Gallia equites ad septingentos ex agro Piceno totidem, quos ducebat *Micheletus*: Ex Flaminia *Petrus Joannes*; *Paulus Ursinies* cum aliqua manu redierat, pedites vero conduxerat civitas super IV. millia. Expectabantur præterea *Eugenii* copiæ; Erant vero hæ supra duo millia equitum; Quæ cum circa Aretium se nostris conjunxissent, validi jam his copiis resistere, has ad Anglare oppidum duxerunt. Nam *Piccininus* susceptâ in deditionem Hassena ad Burgum duxerat. Itaque illis in locis nostræ copiæ hostibus oppositæ constitêre. Non prosequar singulos actus, nam id quidem ut sæpius diximus, historiæ

Digitized by Google

foret. *Picininus* Burgum tenebat, inde Tyfernum occupare tentavit, mox Perusium adiit eamque urbem celeriter in suos favores convertit. Postea Tortonam per proditionem capere visus est, & omnia celeriter admodum fecit. Inde ad nostros reversus, inter Tyfernum & Burgum cum exercitu constitit. Nostri hostium præsentiam veriti, castra, quæ prius erant, extensa ad ipsa Anglaris mœnia, confrinxerunt. Ea significatio timoris, audaciam *Picinini* adauxit: Itaque non multis post hæc diebus, repente superveniens, totis copiis nostros invasit: Duæ res admodum nostros juvabant, una, quod sub ipso oppido prælium committebatur loco percommodo sibi, hostibus vero adverso; altera, quod hostes e castris suis armati venientes, per maximos calores ipsi & equi: defessi prælium inibant. Nostri recentes & tunc primum sumptis armis equisque præliabantur. Itaque tandem superatus *Piciminus* omnes fere copias amisit, ipse vix & anxie ad Burgum se cum paucis recepit. Vexilla omnia exercitus hostium a nostris capta, & Florentiam relata. Præterea tentoria & cætera omnia, quæ fuerunt in hostium castris, nostri cepere. Ex Equitibus autem hostium pauci admodum evaserunt. Capti sunt & ex Burgensibus supra mille ducentos, qui fiduciam *Picinini* secuti, quem victorem haud dubie credebant, populariter exierant in nostros. Sed qui alios capere sperabant ipsi capti sunt. Denique hæc maxima fuit victoria finem bello impositura, si nostri sequi eam voluissent; Sed nec dux erat unus, cui omnes parerent, nec militum cunctorum idem animus. Itaque ad Burgum ducere & *Piciminum* circumsedere differentes spatium abeundi illi dederunt. Tertia demum post pugnam die profecti, cum ille jam abiisset, ad Burgum duxere, Burgumque ipsum & Monteregium & Vallialam in deditionem ceperunt. Fuit autem hæc victoria apud Anglare oppidum parta III. Cal. Julii quadragesimo anno supra mille quadringentos. Post hæc nos cum alia militum manu Bibienam & Romenam ac cætera prius amissa faciliter recuperavimus. Castella vero, quæ comitum fuerant, cæterasque arces per Casentinantem obsideri fecimus. Maximum tamen circa *Puppium* fuit certamen. Oppidum

Digitized by Google

pidum enim nobile natura manuque munitum & defenſoribus plenum haud facile expugnabatur, niſi defectus rei frumentariæ nos adjuviſſet. Puppienſes enim jubente Domino, frumentum omne vetus *Piçinino* & ſuis tradiderant: Nova autem frumenta per bellum & obſidionem colligere non potuerant. Ita deficiente ſpe Puppium deditur Leoninum cum Inghario, cum Battifolle & Prato veteri, cæterisque omnibus caſtellis, quæ comitum fuerant, in poteſtatem noſtram venerant. Totum denique Caſentinum, quod prius nunquam fuerat in imperio Florentini populi, magiſtratui noſtro ſubjecimus. Ita exturbulentiſſima tempeſtate, qua creati fueramus, res proſpere læteque ad extremum ſunt ſecutæ, cum ingenti gloria & exaltatione civitatis.

Finis Libelli de Temporibus Leonardi Aretini.

AUGUSTI-

Digitized by Google

AUGUSTINI OLDOINI CATALOGUS AUCTORUM

Qui de

ROMANIS PONTIFICIBUS

scripserunt.

S. *Anctus Abbo*, aliis *Albo*, Floriacensis Abbas, Epitomen Vitarum Romanorum Pontificum à S. Petro ad Gregorium II. Moguntiæ 1604. in 4. opera Joannis Busæi Soc. Jesu.

S. Ado, Archiepiscopus Viennensis, in Chronico de sex ætatibus mundi, usque ad annum Christi 879.

Ægidius Buscherus, Atrebas è Soc. Jesu, Catalogum.

Ægidius Raphael, & *Joannes Sadeler*, fratres Antverpienses, Calcographi, Symbola divina, & humana Romanorum Pontificum.

Ægidius Viterbiensis, S. R. E. Cardinalis in historia 20. Seculorum, Pontificum seriem.

Albertus Monachus, vitas Romanorum Pontificum.

Aloysius Lipomanus, Episcopus Veronensis, Vitas Pontificum Romanorum aliquorum, titulo Sanctitatis illustrium.

Alphonsus Ciaconus, Hispanus, ordinis Prædicatorum, Vitas à D. Petro ad Pium III.

Alphonsus Villegas, Hispanus, Vitas quorundam Sanctorum.

Amalricus Augerius, Auxitanus, vitas.

Anastasius Bibliothecarius, vitas à Damaso usque ad Stephanum VI. & à S. Petro ad Nicolaum I.

Andreas Duchesnius, aliis Quercetanus, Gallus, vitas duobus Tomis patria lingua à D. Petro ad Paulum V.

Andreas Eudæmon, *Joannes Græcus*, è Societate Jesu, vitas versu heroico.

Andreas

Digitized by Google

Andreas Sauſſayus, Pariſinus, Elogia plurimorum in Martyrol. Gallicano.

Andreas Victorellus, Baſſanenſis vitas aliquorum Pontificum poſt Clementem VIII. ad Urbanum pariter VIII. & obſervationes ad vitas Romanorum Pontificum deſcriptas à Ciaconio.

Idem Bonifacium VIII. ex bonæ notæ Scriptoribus defendit.

Anonymus Chronicon à D. Petro uſque ad Benedictum IV.

S. Antoninus Civis, & Archiepiſcopus Florentinus de Romanis Pontificibus à D. Petro ad ſua tempora in Chronico.

Antonius Cicarella, Platinæ continuator vitas, à Pio V. ad Clementem VIII. incluſive.

Antonius à Fonte, majore Hiſpanus, materno idiomate Hiſtoriam Romanorum Pontificum.

Antonius Gentius, Belga Monachus vitas Romanorum Pontificum Sanctitatis nota illuſtrium in ſua hiſtoria Sanctorum Tomis 8. diſtincta.

Arnoldus Pontacus, Vaſatenſis Epiſcopus in Chronico.

Arnoldus Union, Belga Benedictinus de Romanis Pontificibus, qui prodierunt ex ſuo ordine, in ligno vitæ.

S. Auguſtinus, Epiſcopus Hipponenſis Romanorum Pontificum Catalogum.

Auguſtinus Oldoinus, Societatis Jeſu, Additiones ad vitas Romanorum Pontificum à Ciaconio & aliis deſcriptas. Romæ Tomis 4. Philippi Roſſi impenſis 1676.

Idem Necrologium Romanorum Pontificum. Romæ 1671. typis Ignatii de Lazaris.

Auguſtinus Schiaffinus, Ligur, Profeſſione Carmelita, Italica lingua ſcripſit vitas Romanorum Pontificum, vixit noſtro ſeculo.

Auguſtinus Trivultius, Mediolanenſis S. Rom. Eccl. Cardinalis Hiſtoriam Romanorum Pontificum à Divo Petro ad Paulum II. deductam.

Baptiſta, aliis Bartholomæus Platina Cremonenſis vitas Romanorum Pontificum à S. Petro uſque ad Sixtum IV. Coloniæ 1529.

Digitized by Google

Bartholomæus Dionysius, vitas Romanorum Pontificum Italico idiomate.

Bartholomæus Ossa, Bergomensis, Historiam Romanorum Pontificum, libris 16. distinctam.

Bartholomæus Tridentinus, quorundam Sanctorum Romanorum Pontificum vitas.

Bernardinus Jobinus, natione Germanus, Latine & Germanice Pontificum aliquorum Icones, cum brevi eorum vitæ descriptione. Argentorati in fol.

Bernardus è Castro Sancti Vincentii, Italus, Ordinis Prædicatorum Annales, Summorum Pontificum à S. Petro ad Joannem XII.

Bernardus Guidonius, Aquitanus, Ordinis Prædicatorum Episcopus Londovensis. Chronicon Romanorum Pontificum.

Bonifacius Simonetta, Mediolanensis, historiam Romanorum Pontificum à Sancto Petro usque ad Innocentium VIII. vel Julium II.

Boninus Mombritius, Mediolanensis Sanctorum Pontificum Romanorum vitas.

Cæsar Cardinalis, Baronius Acta Romanorum Pontificum à Sancto Petro usque ad Cœlestinum III. in Annal. Eccl.

Cæsar Becillas, Presbyter Oratorii Romani, natione Italus Annotationes in vitas Romanorum Pontificum à Ciaconio descriptas.

Camillus Peregrinus, Italus, vitas Summorum Pontificum à S. Petro ad Clementem VIII.

Christianus Jerchtholdus, Germanus Historiam Romanorum Pontificum, suo vulgari idiomate. Gorlicii 1580.

Christophorus Besoldus, Germanus Romanorum Pontificum seriem, & vitas. Argentorati 1633.

Claudius Robertus, Lingonensis Romanorum Pontificum Catalogum à D. Petro usque ad Urbanum VIII.

Claudius Rota, Gallus, Dominicanus quorundam Sanctorum Romanorum Pontificum vitas.

Conradus à Mure, Germanus Romanorum Pontificum Catalogum.

Con-

Digitized by Google

Conſtantinus Cajetanus, Syracuſanus, Congregationis Caſſinenſis, Ordinis Sancti Benedicti Abbas; acta S.S. Gregorii Papæ, Petri Cœleſtini, & Bonifacii VIII. cum Apologia pro ejusdem Bonifacii ingreſſu ad Pontificatum legitimo, prudenti regimine, & glorioſa morte; nec non Commentaria in Vitam Gelaſii II. Papæ, è familia Cajetana à Pandulpho Piſano deſcriptam.

S. Cyrillus, Græcus, Vaticinia quindecim Romanorum Pontificum.

Damaſus Papa, à D. Petro uſque ad annum Chriſti 359. inclusivè.

David Camerarius, vulgo Calmer, natione Scotus Epitomen Romanorum Pontificum.

Dominicus Pannes, Hiſpanus Dominicanus Romanorum Pontificum Catalogum.

Dominicus Tempeſta, Romanus Latine, & Italicè Vitas Romanorum Pontificum à S. Petro ad Clementem VIII. Romæ 1597.

Egeſippus, de Summis Pontificibus à Sancto Petro uſque ad Anicetum in ſua hiſtoria Eccleſiaſtica.

Elzear Horazzan, Summi Pontificum Catalogum ab Adamo uſque ad Paulum V.

Evagrius, Epiphanienſis, cognomento Scholaſticus Romanorum Pontificum acta in hiſtoria Eccleſiaſtica.

Felix Contelorius, Cæſius Juris, & Sacræ Theologiæ Doctor, Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtos, Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarius Baſilicæ S. Petri Canonicus, Martini V. Vitam: de Alexandri III. occulto adventu Venetias librum: & de Romanis Pontificibus in Elencho Cardinalium.

Ferdinandus Ughellius, Abbas Ciſtercienſis Florentinus, Romanorum Pontificum Catalogum Tomo I. Italicæ Sacræ.

Idem Additiones ad Vitas Romanorum Pontificum ab Alphonſo Ciaconio deſcriptas.

Digitized by Google

Floravantes Martinellus, nonnullas in Ciaconium observationes.

Franciscus Bosquettas, Narbonensis, Pontificum Romanorum è Gallia oriundorum historiam.

Idem Acta Romanorum Pontificum in historia Ecclesiastica.

Franciscus Cabrera Morales, Hispanus Vitas Romanorum Pontificum à Pio III. ad Clementem VIII.

Franciscus Carriere, Aptensis Minorita Historiam Chronologicam Pontificum Romanorum in fol. & in 12. Lugduni 1663.

Franciscus Cavazzonius, Bononiensis Tabulas Pontificum Bononiensium.

Franciscus Godevvinus, Anglus Episcopus Laudavensis de Romanis Pontificibus Anglis. Londini 1614.

Franciscus Haræus, Ultrajectinus Sanctorum Romanorum Pontificum vitarum Compendium. Antverpiæ 1591.

Franciscus Joannettus, Italus vitas Romanorum Pontificum. Bononiæ 1570. à D. Petro, ad Clementem VII.

Franciscus Joverius; Delphinus vitas Romanorum Pontificum à S. Petro usque ad Nicolaum I.

Franciscus Longus, à Cariolano ordinis Cappucinorum Romanorum Pontificum Catalogum.

Franciscus Petrarcha, Florentinus Italicè de Romanis Pontificibus librum Venetiis 1507. & Florentiæ 1474. & 1625. à D. Petro ad Urbanum VI.

Franciscus Rogerius, Italus Urbani VIII. Marcelli II. & S. Gregorii Magni laudes.

Francisci Loredani, vita d'Alessandro terzo Pontifice massimo in Venetia 1646. 12mo.

Gabriel Pennotus Canonicus Regularis de Romanis Pontificibus sui ordinis.

Gaspar Ursinus Velius, alias Selesius de Romanis Pontificibus usque ad annum 1540. Francofurti.

Georgius Abbas, cognomento Amortolus Græcus de Romanis Pontificibus in historia Ecclesiastica Græce.

Geor-

Digitized by Google

Georgius Lilius, Romanorum Pontificum seriem. Venetiis 1548.

Georgius Uvicelius, aliis *Vallius* Germanus, Epitomen Romanorum Pontificum à S. Petro usque ad Paulum III. Coloniæ 1549.

Gervasius Ricobaldus Ferrariensis Romanorum Pontificum vitas à S. Petro usque ad Bonifacium VIII.

Gervasius Tilleberiensis, Regni Arelatensis Mareskallis vitas à D. Petro ad Joannem XXII. ex labbe in Bibl. MSS.

Gilbertus Genebrardus Arvernus ex Monacho Benedictino Archiepiscopus Aquensis de Romanis Pontificibus in sua Chronographia.

Gonsalvus seu *Gundisalvus* de Illescas Hispanus, Monachus, & Abbas Sancti Fromes Historiam Pontificiam patria lingua Tomis duobus, quibus Ludovicus Babia addidit tertiam, & quartam partem, & Marcus de Gualdalaxara aliam.

S. Gregorius Episcopus Turonensis de Romanis Pontificibus in historia Francorum.

Gregorius Polydorus Pistoriensis de quatuordecim Gregoriis Romanis Pontificibus. Florentiæ 1598.

Guillelmus Bibliothecarius continuavit Anastasium usque ad annum 1060.

Guillelmus Gatadegus Parmensis Romanorum Pontificum vitas à S. Petro, usque ad Innocentium VI.

Guillelmus Gazæus, vel Gazæus Artesius vitas Sanctorum Pontificum Romanorum aliquorum in Tomo II. vitarum Sanctorum.

Guillelmus Malmesburiensis Anglus, Monachus Cluniacensis Chronicon Romanorum Pontificum libris 5. distinctum.

Guillelmus Rouillius, Turonensis, Elogia quorundam Romanorum Pontificum extant in Promptuario Iconum insigniorum.

Henricus Ludovicus Castaneus Rupipozæus Gallus, Episcopus Pictavensis Nomenclaturam Pontificum Romanorum, qui aliquid ab anno Christi millesimo commentati sunt. Tolosæ 1614.

Henricus Schorus Germanus Breviarium Romanorum Pontificum.

Digitized by Google

Henricus Spondanus, Episcopus Apamicensis in Gallia de rebus gestis Romanorum Pontificum a Sancto Petro usque ad Urbanum VIII. in Annalibus Ecclesiasticis.

Hermannus Contractus Germanus Monachus Benedictinus de Romanis Pontificibus in Chronico.

Hermannus Schedelius Germanus, Romanorum Pontificum Catalogum in sua historia.

Hermias Sozomenus Græcus de Romanis Pontificibus in historia Ecclesiastica.

Hieronymus Bereoaldus Italus, Ordinis Prædicatorum de Gregorio XIII. ad Paulum V. pro Continuatione Panvinii. Venetiis 1612. Italicè.

Hieronymus Garimbertus, Episcopus Gallesinus vitas quorundam Romanorum Pontificum ab Innocentio III. ad Clementem VII. Venetiis 1568. Italicè.

Hieronymus Megeserus Germanus Icones, & vitas Romanorum Pontificum, cum eorundem Insignibus Francofurti 1603. Germanicè.

Hilarion Costeus, seu de Coste, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula Elogia quorundam Romanorum Pontificum, videlicet à Leone X. ad Gregorium XV. in Historia Catholica, Parisiis 1625.

Hippolytus Maraccius Lucensis Clericus Regularis Congregationis Matris DEI Pontifices Maximos Marianos, id est Mariæ Deiparæ Cultores præcipuos in S. Romæ.

Honorius III. Pont. Max. Indicem Romanorum Pontificum à D. Petro, usque ad suam ætatem.

Jacobus Auzolius Peyrius Arvernus Romanorum Pontificum Catalogum in Chronologia Sancta. Parisiis 1632.

Jacobus Gaulterius Annonæus è Societate Jesu Romanorum Pontificum Catalogum à D. Petro usque ad Urbanum VIII. in Tabula Chronographica Lugduni.

Jacobus Gordonius, Scotus, Societatis Jesu Romanorum Pontificum Catalogum in Opere Chronologico. Pictavis 1616.

Jaco-

Digitized by Google

Jacobus Manlius, Romanorum Pontificum vitas.

Jacobus Mensbona, seu Amanatus S. R. E. Cardinalis Romanorum Pontificum vitas Carmine descriptas.

Jacobus Rivius, historiam Pontificum Romanorum contractam, & Compendio perductam usque ad annum 1632. Amstelod. 1632.

Jacobus Strada, Romanorum Pontificum Epitomen. Venetiis 1567. est idem Panuinii, auctum tamen eorundem insignibus.

Jacobus Tipotius, Germanus Symbola divina, & humana Pontificum, Latinè. Pragæ 1601.

Jacobus Viterbiensis, seu de Viterbio Ordinis Eremitarum S. Augustini, Archiepiscopus Neapolitanus acta Romanorum Pontificum in Libris 2. de regimine Christianitatis MSS. in Bibliotheca Vaticana.

Jacobus de Voragine ligur. Archiepiscopus Genuensis quorundam SS. Pontificum vitas.

Jacobus Zenus Venetus Pontificum Romanorum vitas.

Idacius, Episcopus Lemicensis de Romanis Pontificibus à Stricio, usque ad Simplicium.

Joachimus Abbas Florensis, Ordinis S. Benedicti Vaticinia quindecim Romanorum Pontificum.

Joannes Antonius Petramellarius, Bononiensis Continuationem ad librum Onuphrii Panuinii de Summis Pontificibus & Cardinalibus nempe à Paulo IV. ad Clementem VIII. latinè. Bononiæ 1600.

Joannes Baptista de Cavaleriis, aliis *de Claveriis* Italus patria lingua vitas in Compendium cum effigiebus. Romæ 1595.

Joannes Baptista Lezana, natione Hispanus, professione Carmelita Romanorum Pontificum Catalogum à D. Petro in historia sui Ordinis. Romæ tribus Tomis in fol. edita.

Joannes de Columna Romanus S. R. E. Cardinalis vitas à S. Petro usque ad Bonifacium VIII.

Joannes Franciscus Bordinus Romanus Congregationis Oratorii de Urbe Presbyter, & Archiepiscopus Avenionensis, Romanorum Pontificum vitas ex Annalibus Baronii. Parisiis 1604.

Joan-

Digitized by Google

Joannes à Lovanio, Belga, Ordinis Carthusianorum Romanorum Pontificum vitas.

Joannes Nicolaus Paschalis Alidosius Bononiensis de Summis Pontificibus Bononiensibus.

Joannes de Nigravalle Canonicus Regularis S. Augustini de Romanis Pontificibus Ordinis, Canonicorum Regularium.

Joannes Pagæus, vulgo le Paige Gallus Ordinis Præmonstratensis Canonicus Elogia Summorum Pontificum Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini, in Bibliotheca Præmonstratensi. Parisiis. 1633.

Joannes Petrus Camusius, vulgò Camus Parisiensis, Bellicensis Episcopus Acta Romanorum Pontificum à D. Petro usque ad Urbanum VIII. Gallicè Parisiis 1642.

Joannes Ricche Brito Ordinis Minorum, Romanorum Pontificum, Catalogum à Sancto Petro ad Gregorium XIII. in suo Compendio Temporum, & Historiarum Parisiis 1576.

Joannes Rivaldellus Tarvisinus Latinè Elogia aliquorum Romanorum Pontificum qui sub eodem nomine, quinto loco vixerunt. Romæ 1581.

Joannes Rufus, vulgo Redad, natione Anglus, patria Cornubiensis, Ordinis Prædicatorum alumnus, Pontificum Romanorum librum unum.

Joannes cognomento *Siculus*, natione Græcus de Romanis Pontificibus in sua Historia Ecclesiastica Græcè.

Joannes Stella, Venetus Sacerdos de Romanis Pontificibus à S. Petro usque ad Julium II. Basileæ 1570.

Joannes Valterus, Gandavensis de rebus gestis Summorum Pontificum, in Chronico Ecclesiastico Politico.

Joseph Maria Avenionensis, Pontificum qui Avenioni residerunt res gestas, ex variis Diariis, Regestis, & Manuscriptis excerptas.

Joseph Silos, Bituntinus Clericus Regularis. Mausolea Romanorum Pontificum, & Cæsarum; sive ad eorum sepulchra qua soluta oratione, qua versibus Inscriptiones.

S. Ire-

S. Irenæus origine, Asianus, 2. Episcopus Lugdunensis, & Martyr, Romanorum Pontificum Catalogum à S. Petro usque ad S. Eleutherium.

Lambertus Schaffnaburgensis Germanus Monachus Hilsfeldensis de Romanis Pontificibus in Historia Germanica, quæ incipit ab Orbe condito usque ad annum 1077. & alius Monachus continuavit usque ad annum 1472. prodiit. Tubingæ 1533.

Landulphus Columna Romanus Romanorum Pontificum historiam à S. Petro ad Bonifacium VIII.

Laurentius Surius, Carthusianus, Romanorum aliquorum Sanctorum Pontificum vitas in historia Sanctorum.

Laurus Testa, Italus patria lingua vitas, seu Historiam Pontificiam. Venetiis 1613.

Leo Marsicanus, Italus ex Monacho Cassinensi Episcopus Ostiensis, de Romanis Pontificibus in Chronico Cassinensi. Venetiis 1513.

Lucas Holstenius, Amburgensis Romanorum Pontificum vitas Tomis 2. distinctas.

Lucas Vadingus; Hibernus ordinis Minorum vitas Romanorum Pontificum à Clemente VIII. ad Urbanum item VIII.

Ludovicus Bologninus; Bononiensis Juris-Consultus Scriptis clarus seculo decimo quinto Historiam Summorum Pontificum.

Luitprandus, Epitomen vitarum Pontificum Romanorum.

Marcellinus, Comes de Romanis Pontificibus in Chronico.

Marcus Antonius, Scipio Romanorum Pontificum, Monachorum, Cassinensium Elogia, inter Elogia Abbatum sui Monasterii Cassinensis. Neapoli 1630.

Marcus Guadalaiarra, Hispanus Carmelita Historiam Pontificiam sex partibus distinctam. Hispanice Cæsar Augustæ 1612.

Marianus Scotus, Monachus Fuldensis de Romanis Pontificibus à S. Petro usque ad Gregorium VII. in Chronico, à Dodechino Abbate continuato usque ad Innocentium III.

Martinus Polonus, Ordinis Prædicatorum Chronicon Summorum Pontificum à D. Petro, usque ad Eugenium III.

Digitized by Google

Matthæus Bapalmensis, Episcopus Bononiensis in Gallia, Romanorum Pontificum vitas.

Matthias Alberti, Florentinus, Monachus Olivetanus Romanorum Pontificum ordinationes. Venetiis 1571.

Michael Brechingerus, seu Buchingerus Germanus de Romanis Pontificibus à S. Petro usque ad Paulum IV. in historia Ecclesiastica. Moguntiæ 1560.

Nicolaus Manerbius, Venetus ordinis Camaldulensis Abbas Sanctorum quorundam Romanorum Pontificum vitas, in historia Sanctorum. Venetiis 1525.

Nicolaus Montacutius, aliis *Manacutius* Romanos Pontifices libro uno.

Nicolaus Rossellus Tarraconensis, vulgo *Arragonius* dictus, Ordinis Prædicatorum S. R. E. Cardinalis Romanorum Pontificum vitas extant MSS. in Vaticana Bibliotheca.

Odericus Rinaldus, Italus vitas in Annalibus Ecclesiasticis ab anno 1300. usque ad 1534.

Onithon Italus, Episcopus Sutrinus Romanorum Pontificum Chronicon.

Onuphrius Panvinius, Veronensis, Ordinis Eremitarum S. Augustini de Romanis Pontificibus à S. Petro usque ad Paulum IV. Epitomen; & Continuationem historiæ Romanorum Pontificum Platinæ à Leone X. usque ad Paulum IV.

Idem 27. Pontificum Maximorum Elogia, & Icones. Romæ 1578.

Idem Chronicon Ecclesiasticum Romanorum Pontificum. Coloniæ 1574.

Optatus Milevitanus, Episcopus Successionem Romanorum Pontificum libris 2.

Otho Frisingensis, Episcopus ordinis Cisterciensis Romanorum Pontificum seriem in Chronico.

Pandulphus Masca Pisanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. SS. XII. Apostolorum, & Prior Presbyterorum, vitas Romanorum Pontificum à S. Petro usque ad Innocentium III. Venetiis annis 1547.

Digitized by Google

1547. & 1600. seu potius continuavit Guilielmum Bibliothecarium usque ad annum 1130.

Papyrius Massonus seu *Masson* Gallus de Episcopis Urbis Romæ, seu de vitis Romanorum Pontificum. Parisiis; prohibitus tamen donec corrigatur in Indice Romano.

Paulus Bombinus Presbyter regularis Congregationis Somaschæ Vitas Romanorum Pontificum à Gregorio XIII. ad Clementem VIII.

Paulus Morigia Mediolanensis, ordinis Jesuitarum Summarium Chronologicum Vitarum Summorum Pontificum. Bergomi 1601. Italicè.

Petrus Avithius seu d'Avith Turnonensis Romanorum Pontificum Catalogum in historia totius mundi. Parisiis.

Petrus Canisius Belga Societatis Jesu Romanorum Pontificum Catalogum à Sancto Petro usque ad Paulum V.

Petrus Corsinus Civis, & Episcopus Florentinus, ac S.R.E. Presbyter Cardinalis vitas aliquorum Romanorum Pontificum.

Petrus Frizonius, vel Frizo, seu Frizon Gallus de Romanis Pontificibus Natione Gallis, cum Gallia purpurata. Parisiis 1638. latinè.

Petrus Gallardus, seu Gaillard Romanorum Pontificum Chronicon à S. Petro usque ad Urbanum VIII. Gallico Idiomate.

Petrus Galesinus Mediolanensis Protonotarius Apostolicus Theatrum Pontificale, in quo Tabulæ spectantur Romanorum Pontificum.

Idem Historiam Summorum Pontificum à Platina conscriptam, à se emendatam, notationibusque diligenter auctam, atque illustratam.

Petrus Guillielmus, aliis *Guillermus* Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus Cardinalis primo deinde Presbyter Tituli Sancti Chrysogoni, & Bibliothecarius, Romanorum Pontificum vitas à Nicolao I. usque ad Paschalem II.

Petrus Manlius de Romanis Pontificibus in historia Sacra.

Petrus Mattheius Gallus de Romanis Pontificibus qui vixerunt temporibus Henrici IV. Regis Galliarum, in historia Henrici IV.

Digitized by Google

Petrus de Natalibus Venetus, Episcopus Equilinus Sanctorum Romanorum Pontificum vitas in Catalogo Sanctorum.

Petrus Opemerus Batavus Icones, & Elogia Summorum Pontificum.

Petrus Ribadineira Hispanus Societatis Jesu Sanctorum Romanorum Pontificum vitas Hispanicè in Flore Sanctorum.

Philippus Labbe Bituricensis Societatis Jesu in Cœnotaphio everso Joannæ Papissæ in 8. Parisiis 1660. una cum dissertatione de Scriptoribus Ecclesiasticis.

S. Prosper Aquitanicus Episcopus Regiensis de Romanis Pontificibus in Chronicis.

Ptolomæus Lucensis Italus ordinis Prædicatorum, Episcopus Torcellanus de Romanis Pontificibus à Sancto Petro usque ad Cœlestinum V. in Chronico, vel ad Benedictum XII.

Raphael Volaterranus Tuscus latine vitas aliquorum Romanorum Pontificum.

Rathodus Germanus, Episcopus Ultrajectinus Sanctorum Romanorum Pontificum historiam.

Regino Abbas Pranensis de Romanis Pontificibus in Chronico.

Robertus Anglus cognomento Barus ob hæresim Lutheranam quam profitebatur ab Henrico Rege Anglico Capite damnatus anno 1540. brevi Compendio vitas Romanorum Pontificum à D. Petro ad Alexandrum III.

Robertus Bellarminus S. R. E. Cardinalis in Controversiis, & in parte altera Chronologiæ à D. Petro ad Paulum V.

Scipio Dupleix, Gallus de rebus gestis Romanorum Pontificum in historia Gallica Tomis quinque.

Severinus Binius, Germanus Romanorum Pontificum Vitas à Sancto Petro ad Paulum V. in Conciliorum Tomis.

Sicardus Cremonensis, Episcopus, natione Italus Romanorum Pontificum historiam.

Sige-

Digitized by Google

Sigebertus Gallus, Monachus Gemblacensis, Ordinis S. Benedicti Romanorum Pontificum vitas, quæ extabant MSS. Pisauri in Bibliotheca Ducali.

Idem de Romanis Pontificibus in Chronologia.

Simon Metaphrastes, Græcus, Vitas Sanctorum Romanorum Pontificum.

Symphorianus Champerius, Lugdunensis, de Summis Pontificibus Gallis.

Theodorus Amydenus, Belga, de Romanis Pontificibus, qui ipso vivente diem supremum obierunt MS.

Theodorus, aliis *Theodoricus*, Niemus, à Sancto Petro usque ad Gregorium XI. Vitas.

Theodorus Petreius, Belga Monachus Carthusianus Chronologiam Summorum Pontificum.

Thomas Costus, Neapolitanus, Italicè Compendium Vitarum Summorum Pontificum à Sancto Petro, usque ad Clementem VIII. Venetiis 1592.

Thomas Treterus, Posnanienſis Romanorum Pontificum Compendiaria gesta.

Thomas Vualsingamus, Anglus, Monachus Sancti Albani de Romanis Pontificibus, in historia.

Vincentius Bellovacensis, Burgundus Ordinis Prædicatorum de Romanis Pontificibus in speculo historiali.

Vitellotius Vitellius Tiphernas, S. R. E. Cardinalis, & Camerarius Pontificum Romanorum Historiam.

Zacharias Lipeloo Germanus, Ordinis Carthusianorum Sanctorum Romanorum Pontificum Vitas.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERUM MEMORABILIUM.

NB. *Quoniam in tribus plagulis, B. C. & D. paginarum numeri quibusdam in locis iidem occurrunt, eorum differentiam adpoſita cujuslibet harum plagularum littera in hoc indice adnotavimus.*

A.

Bacus, qualis menſa ſit. p. 186. magnus parari debet ad magnificentiam in convivio Papæ ſolemni. 187. quomodo parandus, ſi Imperator intereſſet convivio Papæ ſolemni. ibid. quomodo, ſi Rex. ibid. in eccleſiis Epiſcopo præparandus deſcribitur. 241. quid ſuper eo ponendum 241. ſq. quomodo parandus in miſſa pontificali pro defunctis 328. feſto purificationis B. Virginis 341. dominica palmarum 353. feria quinta majoris hebdomadis, ſi tredecim pauperibus pedes lavantur. 362.

Abſolutio in miſſa pontificali pro defunctis quomodo fiat 331. quando & a quibus debeat fieri apud caſtrum doloris 332. quatuor ſeu quinque abſolutiones fiunt apud illud. 333. non in omnibus ſed in primis tantum exſequiis fiunt. 334.

Acceſſus in electione Pontificis quomodo fiat 57. in eo plures uno nominare non licet 58. per illum ab alterius nominatione in ſchedula ſcrutinii facta non receditur ibid. quomodo fieri debeat a Cardinalibus infirmitate impeditis 59. ab iis, qui ſcribere valetudine impediuntur ibid. quando fieri debeat 89. non poteſt fieri ad eum, qui in ſcrutinio ſaltem unum ſuffragium non obtinuit 90. in eo non præſtatur juramentum. ibid. ejus ſuffragia quando valida 91. Schedula acceſſus vid. ſchedula. Acceſſus primus Epiſcopi vel Archiepiſcopi ad ſuam diœceſin quomodo inſtituendus 201. Epiſcopi ad eccleſiam rei ſacræ peragendæ cauſſa quomodo fiat 247.

Actu minus modeſto nemo rem divinam debet turbare in eccleſia. 211. Scenici, ludicri & indecori evitandi ſunt in proceſſione, quæ fit feſto S. Marci 391. item in ea, quæ fit Feſto S. Sacramenti 394.

Ad Romani Pontificis. Conſtitutio Urbani IIX. 97. ſqq.

Ad perpetuam. Conſtitutio Clementis IIX. 193. ſqq.

Aditus

Digitized by Google

Aditus ad Cardinales in conclavi nulli patet. 22. B. Unicus tantum debet esse ad conclave. 136.

Admonitio ad omnes fideles de celebratione exsequiarum defuncti Pontificis sede vacante. 26. C. Ad Prælatos, ut ad hoc horrentur subditos. ibid. Pii V. ad Cardinales, de sincera, matura & pacifica electione Pontificis. 49. Gregorii XV. eadem ad eosdem. 63. Ad Cardinales, ut diligenter revideant Pontificum & Conciliorum decreta de electione Pontificis. 144. Ad eosdem, quæ fit à priori Episcoporum Cardinalium sub ingressum conclavis. 146.

Adnunciationis B. Mariæ festo, quid observandum circa vesperas. 399.

Adoratio quæ fit à Cardinalibus non confirmat electionem Simoniacam. 26. D. Crucis quo ordine fieri debeat die parasceves. 369. 374.

Æneas Senensis cum Philippo, Cardinali Bononiensi ad electionem Pontificis Romam proficiscitur. 412. Pedum ægritudine laborat, nullisque abundat opibus. 413. 421. Paribus cum Philippo Bononiensi votis postulatur ad Pontificatum. 413. Ejus responsio ad consilium Philippi Bonon. de Guilielmo Rothomagensi Pontifice eligendo. 415. Colloquium cum Roderico, Vice-Cancellario de eadem electione. 416. Item cum Cardinali Papiensi. 416. seqq. Pontifex eligitur. 420. Ejus responsum datum Nicæno Cardinali sese excusanti, quod ipsum Papam non elegisset. 421. Pontifex electus Pius II. vocari vult. ib. quo die sit electus. 422. Vid. Pius II.

Æs alienum non contrahere debet Cardinalium Collegium sede vacante. 41.

Æterni Patris. Constitutio Gregorii XV. 53. seqq. 98. seqq.

Alanus Cardinalis Avenionensis. 114. Fautor Cardinalis Rothomagensis. ibid. & quam ob causam. ibid.

Albericus, Comes, in auxilium vocatur ab Aretinis contra Gibellinos. 427.

Alexander V. Pontifex eligitur à Cardinalibus Pisis congregatis. 442. Bononiam petit ibique moritur. ibid.

Alphonsus, Arragoniæ & Siciliæ Rex. 40. Dies inter spem vitæ & mortis secum absumsit. 411. Ejus obitus fuit admodum religiosus. ibid. Magnum in eum odium gerit Calixtus III. Pontifex. ibid.

Altare majus quomodo diebus festis exornari debeat. 239. Cætera quomodo ornanda. 240. Illud, super quo est repositum Sacramentum, nitidissimè ornandum ibid. in quo celebratur missa quomodo ornandum tempore celebrationis. 281. Non thurificatur in complecorio. 298. quomodo parandum in missa Pontificali pro defunctis. 328. Simpliciori apparatu ornatur in Dominicis Adventus. 336. Qualia habeat paramenta festo purificationis B. Virginis. 341. Alba tunc habet si agitur festum illud in Ecclesia B. Virgini dicata. 344. Quomodo parandum Dominica Palmarum. 353.

Amadeus, Sabaudiæ Dux, in Concilio Basileensi Pontifex eligitur. 460.

Ambitio, per hanc sæpius passa est Ecclesia scissuram. 20. B.

Digitized by Google

Anathemate damnatur Papa contra formam Decreti Concilii Lateranenſis electus & omnes ejus fautores. 18. B.

Anniverſaria conſecrationis, v. Conſecratio. Electionis, v. Electio. Epiſcopi proxime defuncti quomodo celebranda. 400. Omnium Epiſcoporum & Canonicorum Eccleſiæ cathedralis quomodo celebranda. 400. ſeqq.

Annulus piſcatoris imponitur Papæ recens electo. 154. Pretioſus eidem in Epiſcopum conſecrando. 167.

Anteſcrutinii actus quinam ſint. 76. Primus actus, ibid. Secundus, 82. Tertius, ibid. Quartus, 86. Quintus, ibid.

Antiphona per quem præintonandæ in matutinis. 299.

Apianenſis Johannes ſcriba Gambacurtæ. 438. & interfecto Domino ſuo cum ejus filiis Piſanorum Dominus. 439.

Apoſtolica ſedes. Vid. Sedes Apoſtolica.

Aqua in vaſis vitreis portari debet in conclave, 146. quo ordine porrigenda Pontifici ad lavandas manus in convivio ſolemni. 188. benedictam ſumere debet Epiſcopus omnesque alii Eccleſiam ingredientes. 253. aqua pro lotione manuum Epiſcopi celebrantis in miſſa ſolemni ex abaco ſumta debet præguſtari. 308. quomodo obſerenda Epiſcopo pro lotione manuum. ibid benedicta quomodo adſpergenda in Dominicis per annum 389. ſeq. non fit ejus adſperſio in his Dominicis Epiſcopo ipſo celebrante. 390.

Archiepiſcopi veſtitus, 200. ſeqq. v. Veſtis nuper electi Romæ præſentes Pontifici gratias agere debent pro ſua promotione, ibid. Cardinales ſingulos viſitare, ibid. quibus officiis abſentes funguntur per litteras, ibid. quomodo ſe gerere debeat circa benedictiones & alia munia epiſcopalia, 207. ſeqq. v. Benedictio. Epiſcopalia munia. ſine mitra benedicit, 228. quid illi obſervandum, quando intereſt miſſæ ſine cantu, per alium in ſua provincia celebratæ. 283.

Archipresbyter, in ejus domo parantur cibi pro Pontifice, Cardinalibus & Prælatis die coronationis Pontificis, 178.

Aretinus Leonardus admodum puer à Gallis capitur, 430. quod & Parentibus ſuis ac aliis contingit, ibid. captus inſpiciendo quotidie Petrarchæ imaginem ardore ſtudiorum ejus incenditur. ibid. anceps eſt an Græce diſceret nec ne. 433. fit diſcipulus Chryſoloræ, 434. ejus condiſcipuli quinam. ibid. ab Innocentio Pontif. Rom. vocatus inter illius familiares habetur, 435. ſeq. magnum in ſeditione Romanorum adit periculum. 437. ſequitur Gregorium XII. Senas & Ariminum petentem. 441. magnam habet familiaritatem cum Carolo Malateſta 442. Decemvir Florentinus creatur. 460.

Aretini & inteſtinis diſcordiis & bello ſuorum exulum vexantur, 426. ſeſe & urbem ſuam tradunt Carolo, ibid. inteſtinis ſeditionibus valde agitantur, 427. à Gibellinis victi in arcem fugere coguntur, ibid. Albericum comitem in auxilium vocant, ibid. ſeq. prædantur ab equitatu Alberici & Villatutii, 428.

multi

Digitized by Google

multi patriam relinquere coguntur à Ducibus in urbe hybernantibus. ibid. redeunt in vacua ac semiusta tecta. ibid. maxime conterrentur adventu Ludovici Andegavensis ibid. capiuntur a Gallis duce Enghyramo 429. traduntur ab eis Florentinis pro pecunia 430. eorum fata in bello Florentinorum & Mediolanensium. 451.

Aretium v. *Aretini.*

Arunda qualis præparanda Sabbato sancto 377. portatur per processionem in chorum ex sacristia. 378.

Auditor scriniarii quinam 176.

Aureos duos cuilibet distribuit Papa modo coronatus Cardinali 185. unum accipiunt reliqui Prælati. ibid.

B.

Baculo pastorali quando & quomodo utatur Episcopus. 252. seq.

Baldachinum quis portare debeat supra Pontificem ad coronationem suam procedentem 169. 172. quis supra Episcopum vel Archiepiscopum diœceseos suæ civitatem primariam primum inrrantem. 203. duplex est 246. utrumque describitur ibid. a quibus portandum in processione S. Sacramenti 394.

Barnabo Mediolanensium Princeps hospitaliter excipit Gallos, duce Enghyramo Italiam ingressos. 429. capitur a Galeacio fratris filio. 431.

Basilica Florentina ab Eugenio IV. solemniter dedicatur. 456.

Bellum inter Carolum & Ludovicum Andegavensem 428. magnum exardet in Hetruria 431. inter Florentinos & Mediolanenses geritur 450. quod pace facta decursu biennio renascitur 452. seqq. ejus occasio ibid. finis ei imponitur per pacem. 454.

Benedictiones quando & quomodo ab Episcopo vel Archiepiscopo dari debeant 207. quid circa eas observandum Episcopo vel Archiepiscopo præsente Cardinali legato a latere 207. Cardinali non legato 208. Nuncio Apostolico ibid. alio Episcopo ibid. duplex forma benedictionis solemnis 272. qua ratione illa danda sit. ibid. quomodo dandæ in vesperis Episcopo in crastinum celebraturo 291. in missa solemni Episcopo celebrante eodem modo dantur quo in vesperis. 324. non fiunt in vesperis & matutinis pro defunctis 328. 330. 335. quomodo fiat ab Episcopo modo electo. 410. benedictio candelarum v. candela. Cinerum v. cinis.

Benedictus, Pontifex in Hispania consistens privatur Pontificatu in Concilio Constantiensi. 446.

Birettum quis & quali uti debeat. 201.

Bona illorum, qui Simoniam committunt, aut de illa participant, fisco vel seculari, vel Pontificis adplicanda sunt. 28. D.

Bonifacius Pontifex Romanus succedit Urbano VI. 435. vita fungitur. ibid.

Digitized by Google

Bononia in Mediolanenſium venit poteſtatem 434. ex illa erepta ſubjicitur Boniſacio Pontif. Rom. 435.
Borſius, Mutinæ Dux magna lætitiæ ſigna oſtendit propter electionem Pii II. 423.
Braccius Dux Peruſianus 449. profligatur a copiis Pontificis & occiditur. 450.
Brachii ſecularis auxilium poteſt implorari contra Papam per Simoniam electum. 26. D.
Brando, Cardinalis Placentinus curiam Romanam trans Alpes ductam in primam ſedem reduxit. 416. ejus ſtudio, depoſitis, qui de Pontificatu contendebant, Martinus V. electus eſt. 416.
Breviarium in manibus habere in choro quando non liceat 211. quando permittatur ibid.
Brixia mœnibus everſis capitur à Picinino. 459.
Bulla v. conſtitutio plumbea litterarum Pontificis quando ab una tantum parte inprimenda 156. quid circa illam obſervandum. ibid.

C.

Caremonia v. ritus. quænam obſervandæ ſtatim poſt Papæ electionem 154. ſeqq.
Caremoniale novum pro electione Pontificis Romani ut conficiatur octo deliguntur Cardinales 4. confirmatur illud apoſtolica auctoritate. ibid. Gregorii XV. de electione Pontificis. 70. 106. quod confirmatur ab Urbano IIX. 97. ſeqq. Cæremoniale electionis, conſecrationis ac coronationis Pontificis. 135. ſeqq. Epiſcoporum juſſu Clementis IIX. reformatum. 193.
Caremoniariorum officium in conclavi 46. ad eos pertinet præparatio Schedularum 76. earumque complicatio 86. eorum apud Epiſcopos & Archiepiſcopos officium 209. ſeqq. emolumenta 212. Libri. ibid.
Calixti III. odium adverſus Alphonſum Arragoniæ Regem ejusque filium 411. Siciliam ad eccleſiam Romanam devolutum declarat. ibid. ejus morbus, mors, ſepultura & exſequiæ 412.
Camerarii officium durat etiam Pontifice mortuo, 28. C. ejus officium circa conclave. 42. 136. poteſtas ſede vacante 42. 137.
Candelæ diſtribuendæ feſto purificationis B. virginis quomodo ſint collocandæ 341. 345. benedicendæ. 342. 346. diſtribuendæ 343. 346. quindecim in candelabro triangulari ac reliquæ in eccleſia quomodo exſtinguendæ. 357. quomodo accendendæ Sabbato Sancto. 378. cereas albas accenſas manibus portare debent præſentes in proceſſione S. Sacramenti 393.
Candelabra altaris majoris exornati 239. ceterorum altarium 240. abaci 241. altaris ſuper quo celebratur Miſſa 281. Altaris in matutinis tenebrarum 356.
Canonicus unus vel duo præfici debent muneri Sacriſtæ per vices 214 duo adſiſtere debent Epiſcopo in ſacris peragendis præſenti 220. omnes eum in eccleſiam progredientem comitari debent 247.

Digitized by Google

Cantorum voces quomodo sint comparandæ inter sacra peragenda. 280.
Cantu Gregoriano utendum a quinta quadragesimæ dominica usque ad Paschа. 352.
Capellani duo ministrare debent Episcopo celebranti 281.
Cappa Episcoporum vel Archiepiscoporum in Ecclesiis 206. Canonicorum. ibid. illis non utuntur Episcopi extra diœcesin suam. 207.
Caput uncti Papæ quomodo mundandum 168. detecto Episcopus & omnes Ecclesiam ingrediantur. 253.
Cardinalatus: Sola ad eum adsumtio habet jus eligendi Papam. 149. cujus exemplum adducitur. ibid.
Cardinales deputati a Gregorio XV. ad componendum cæremoniale novum. 6. ad eos pertinet electio Pontificis. 17. B. mortuo Pontifice absentes exspectari debent 10. dies 22. B. 39. in conclavi singuli singulis servis contenti sint 22. B. quomodo se gerere debeant in conclavi. 22 B. 148. in electione Pontificis omnem privatum adfectum debent deponere. 17. C. nullo prætextu ab electione Pont. possunt repelli 29. C. 50. 62. in conclavi iis permittuntur duo servi a Clemente VI. 31. C. item a Pio IV. 45. quibus etiam tertius permittatur. 45. 147. non complices in electione Simoniaca possunt alium eligere Pontificem. 29. D. trium antiquiorum in conclavi officium. 42. prohibentur illis clauso conclavi colloquia cum iis, qui sunt extra illud 46. 73. non possunt se ipsos eligere. 55. ingredientes Conclave monendi sunt de diligenti circa electionem cura 72. 145. quo ordine ingrediantur. ibid. ingressi iterum monendi de electione rite peragenda. 72. quibus vestibus utantur eligentes 73. 148. infirmi quomodo ad scrutinium accedere possint. 59. 87. vox Cardinales quando primum usurpata sit. 140. æqualem in electione Pontif. habent potestatem. 149. Fautores Guilielmi Rothomagensis in Pontificem eligendi. 414. novem elegerunt Æneam Senensem per scrutinium. 419. Innocentio VII. mortuo ambigui sunt numne alium eligerent nec ne. 439. quamnam cautionem tunc adhibuerint in novi electione. 440.
Carolus M. Augustus declaratur a Leone III. 140. ipsi conceditur electio Rom. Pont. ibid.
Carolus postea Rex Neapolitanus 426. Aretii dominationem suscipit. ibid. regnum Neapolitanum obtinet 427. item regnum Hungariæ 431. quo suscepto interficitur. ibid.
Catechumeni, si aderunt, baptizandi feria VIII. hebdomadis majoris. 381. 384.
Cauſſa: ad pias multa legavit Alphonsus Arragoniæ Rex. 411.
Cella Conclavis sorte distribuendæ 44. 137. non mutandæ 44. quomodo exstruendæ & lignandæ. 137.
Cereus Paschalis. 377. seq.
Chorus ministrantium v. corpora. in Choro præsentes quomodo se gerere debeant 211. 397. simplici adparatu ornandus in dominicis adventus. 336.

Digitized by Google

Chryſoloras, Byzantinus Græcarum litterarum cognitionem inſtaurat in Italia. 433. ejus diſcipuli. 434.

Cibus Cardinalium in Conclavi. vid. Victus.

Cineres quibus adſpergitur feria IV. ante I. quadrageſimæ Dominicam unde ſint. 347. quomodo benedicendi, 348. adſpergendi, 348. 351.

Circulum ſe vertendo nunquam faciat celebrans, niſi quando vertit ſe dicendo: orate fratres, 259. de circulis Canonicorum circa celebrantem quid obſervandum. 260 ſeq.

Claviger aulæ cæleſtis vocatur Papa. 146.

Clemens denominatur à Petro, Apoſtolo, ſucceſſor; ſed non recipitur à Senatu Romano. 139.

Clerus præter Cardinales reliquos conſenſum tantum præbet electioni Pontificis, 17. B. eamque corroborat, 140.

Collectarum toni deſcribuntur, 275. ſeq.

Communionem ſub utraque ſumit Papa in Epiſcopum conſecratus. 168. generalis feſto Paſchatis quomodo & quo ordine fieri debeat. 386. ſeqq.

Completorium, circa illud quid obſervandum ei, qui in eo officium facit. 298.

Compromiſſarius, quid ſit, 75. quomodo per eos fiat electio, 76. Papa per illos electus eſt verus & Canonicus. ibid.

Compromiſſum, quomodo per illud fiat electio, 54. 75. 151. quoties & quando in die fieri debeat, 60. nullum eſt niſi omnes Cardinales concordent. 150.

Concilium poteſt convocari à Cardinalibus electioni Papæ Simoniacæ ſeſe opponentibus, 29. D. Piſanum, 442. de generali agitur inter Sigiſmundum Imperatorem & Johannem XXIII. 443. Conſtantienſe. 445. Baſileenſe; 455. Ferrarienſe & Florentinum, 459. vid. Synodus.

Concio in miſſa ſolemni quomodo habenda, 262. ſeq. 316. ſeq. in miſſa Pontificali pro defunctis. 330.

Conclavis ſtructura & deſcriptio, 22. B. 136. ſeqq. 412. quando illud ingredi debeant Cardinales 40. à quo & quomodo claudendum. 42. 74. nemo circa illud habitare aut morari poteſt. 44. 137. ejus miniſtri & officiales. 46. vid. Miniſter. Claves quis cuſtodiat. 72. 147. diligenter viſitandum eſt. 72. 147. ejus cortinæ ſemper debent eſſe apertæ, 148. Cuſtodes, v. Cuſtos.

Conjugium ſpirituale eſt inter Papam & Eccleſiam. 32. D.

Conjuratio quorumdam Cardinalium de Cardinali Rothomagenſi Pontifice eligendo 414.

Conſecratio Romani Pontificis, 156. ſeqq. vid. Ordinatio. Ejus conſecratio in Epiſcopum, 162. ſeqq. anniverſaria conſecrationis Epiſcopi quomodo celebranda. 399.

Conſiſtorium non habere conſuevit Pontifex ante coronationem ſuam. 156.

Digitized by Google

Conſtitutiones Romanorum Pontificum de Electione Papæ, Symmachi, 7. Nicolai II. 8. ſeq. Alexandri III. 20. B. Gregorii X. 21. B. Clementis V. 27. C. Clementis VI. 30. C. 143. ſeqq. Julii II. 24. C. Pauli IV. 31. D. Pii IV. 38. ſeqq. Gregorii XV. 53. ſeqq. 98. ſeqq. Urbani VIII. 97. Clementis VIII. 193. ſeqq. legi & jurari debent in prima poſt mortem Papæ congregatione, 71. ſeq. diligenter obſervandæ ſunt à Cardinalibus, 149. conſtitutiones ante electionem firmatæ ſubſcribuntur à Pontifice recens electo. 154.

Conventicula privata circa electionem Pontificis prohibentur, 32. D. Cardinales noctu agitare non debent in Conclavi. 148.

Convivium ſolemne Pontificis cum Cardinalibus & Prælatis, 186. ſeqq. intra illud legitur aliquid de Scriptura. 190. ad illud non admitti debet mulier. 191.

Corarius, Angelus, Venetus ſub certa conditione Pontifex eligitur, 440. quomodo ſe geſſerit erga adverſarium ſuum, 440. ſeq. deponitur in Concilio Piſano, 442. & Conſtantienſi. 446.

Coronationis Pontificiæ ritus, 169. quomodo fiat extra urbem Romam, 191. ſeq. coronatio Pii II. 424.

Corpora miniſtrantium in peragenda re divina ſunt diverſa. 255. quid illis obſervandum. ibid.

Corpus defuncti Pontificis aqua calida cum vino & herbis odoriferis mundandum eſt. 403. poteſt etiam aperiri & aromatibus condiri.

Cortinas quales habere debeant Cardinales in Conclavi. 148.

Coſmus Medices Florentia pulſus reſtituitur. 456.

Coſſa, Balthaſar Legatus à latere & Cardinalis. 442.

Crux defertur ante Epiſcopum vel Archiepiſcopum diœceſin ſuam primum intrantem, 202. ante Archiepiſcopum ambulantem vel equitantem per ſuam civitatem. 207. die paraſceves adoratur. 368. 373.

Cum tam divino, Conſtitutio Julii II. 24. ſeqq. C.

Cum ſecundum, Conſtitutio Pauli IV. 31. ſeqq. D.

Cuſtodes conclavis perſcrutari debent cibaria & vaſa quæ Cardinalibus adferuntur. 146. quot & quinam. 137. quartæ cuſtodiæ ex diverſis ſi fieri poteſt nationibus debent eligi, 138. eorum juramentum. 146.

D.

Datarii officium exſpirat Papa defuncto. 43.

Dealbatorum agmina in Italia. 432. ſeqq.

Decretum. Vid. Conſtitutio.

Deficientes ſine cauſa in ſacro officio mulctandi ſunt. 274.

Denarios argenteos ſpargit Papa tribus vicibus inter populum in aula Palatii Lateranenſis. 184.

Deoſculatio. Vid. Oſculatio.

Digitized by Google

Deputatus pro votis Cardinalium infirmorum. vid. Infirmarius.
Diaconi officium & vestitus in missa solemni, 223. semper accipere debet Diaconus communionem ab Episcopo celebrante, 228. utatur Dalmatica & tunicella in missa vigiliæ nativitatis Christi. 337.
Die eodem, quo electus est Papa, potest etiam consecrari Episcopus, benedici & coronari. 169.
Differentia schedularum scrutinii & accessus.
Diurnum manibus tenere in choro quando prohibeatur, 211. quando liceat. ibid.
Doctor Gentium vocatur Papa, 53. it. universalis Ecclesiæ. 165.
Dominica die fieri debet consecratio Papæ in Episcopum ejusque coronatio, 162. per annum Dominicæ quomodo celebrandæ. 389. seqq.
Dormire nemo debet in choro. 211.
Dressatorium, quid sit. 186.

E.

Ecclesia universalis Rector vocatur Papa, 17. C. it. ejus Sponsus, ibid. ei providere non consuevit Pontifex ante coronationem suam. 156. universalis Doctor audit Papa. 165. quomodo ornanda. 236. seqq. simpliciori adparatu ornatur in Dominicis Adventus, 336. pulchre vero festo S. Sacramenti. 392.
Electio: de novi Pontificis electione non potest tractari superstite Papa ac eo inconsulto, 7. Pontificis electio ad quem pertineat, 17. B. ubi fieri debeat, 18. B. 136. quomodo fieri debeat moriente Papa in sua civitate, 22. B. extra illam, 24. B. 28. C. de illa nulla pacta obligationes & juramenta fieri debent, 17. C. 49. 60. neque sponsiones sic dictæ excommissæ, 47. cur tanta diligentia fieri debeat. 38. ad illam non admittendus Cardinalis qui nondum est Diaconus, 48. 73. tres ejus formæ constituuntur, 54. 74. nulla est si alibi quam in conclavi clauso & aliter quam tribus statutis formis fit. 61. ejus ritus à Gregorio XV. constituti 70. seqq. concessus Carolo M. 140. qua ratione ad Cardinales pervenerit, 139. seqq. nova instituenda est si electus non consentiat. 155. electio per inspirationem. vid. Inspiratio; per compromissum, vid. Compromissum. Pro opportuna novi Episcopi electione, quid observandum, 407. ejus anniversaria, vid. Anniversaria. Pii II. quomodo fuerit peracta, 413. quomodo excepta à populo. 422. seqq.
Eleemosyna pauperibus, quorum pedes lavantur die viridium æquali portione sunt distribuendæ, 362. nullæ dantur Canonicis, si eorum pedes dicta die lavantur. 364.
Enghyrami, Ducis copiarum Ludovici Andegavensis gesta. 429.
Episcopalia munia quando & quomodo exercenda ab Episcopo vel Archiepiscopo 207.

Digitized by Google

Episcopus Ostiensis consecrare solebat olim Pontificem. 156. nuper electi vestitus 200. seqq. v. vestis. nuper electi Pontifici vel coram vel per litteras gratias agere debent ibid. it. singulos Cardinales visitare. ibid. Patris locum tenet respectu laicorum nobilium. 209. ejus accessus ad ecclesiam rei sacræ peragendæ causa quomodo fiat 247. it. reditus 249. ejus officium circa completorium. 298. quibus horis Canonicis soleat interesse 305. celebrans in missa solemni quomodo induendus & parandus 309. seq. quibus festis possit celebrare Episcopus. 398. ægrotans quomodo se gerere debeat 402. ejus funus. 407.

Evangelii liber celebrante Episcopo nemini datur osculandus. 282. Evangelium ubi & quomodo cantandum in missa solemni 315. seq.

Eugenius IV. Pontifex Roma clam fugere coactus Florentiam concedit 455. concilium convocat Ferrariæ & Florentiæ. 459. in Basileensi deponitur. 460.

Excommunicationis prætextu nullus Cardinalis ab electione Pontificis potest repelli 29. C. 50. 62. illius pœnæ subjacent qui vel mittunt vel recipiunt litteras aut similia clauso conclavi 47. scrutatores & recognitores secreti quid revelantes 59. qui sibi Papatum usurpavit 149. qui in Processione S. Sacramenti secundum ordinem præscriptum procedere recusant 392.

Exsequiæ defuncti Pontificis quamdiu differre debeant. 39. 71. 334. quot sumtus in illas impendendi ibid. defuncti Episcopi quomodo celebrandæ. 407. egregias fecerunt Cardinales Calixto III. 412.

F.

Faldistorium quale esse debeat diebus Festis 237. ubi & quomodo ponendum 238.

Familia seu familiares Cardinalium ipsos comitantur in Conclave 72. 145. ab illis monendi ad preces & quietam vitam. 145.

Ferculum: de alterius ferculo edere non licet Cardinali in Conclavi. 148. Ferculum in Convivio Papæ solemni ad ipsum & Imperatorem, si adest, cooperta portari debent. 190.

Ferdinandus Alphonsi Filius a Patre hæres instituitur 411. a Calixto III. odio adficitur. ibid.

Festa post nativitatem Christi ad diem usque purificationis Mariæ occurrentia, quomodo celebranda. 340. totius anni mobilia publicentur populo Festo Epiphaniæ ibid. Festa in genere quomodo celebranda 398. seqq.

Firmianus Cardinalis succedere adspirat Calixto III. 412.

Florentini capiunt Aretium 430. repetunt bellum adversus Tarlatos ibid. Pisas capiunt 438. eorum bella cum Mediolanensibus 450. 452. Societas cum Venetis 451. obsident Luccam 452. 457. superant Picininum 462.

Fœdus inter Venetos Mediolanenses & Florentinos 456.

Franciscus Sfortia, Dux Mediol. valde lætatur de electione Pii II. 423.

Frido-

Digitized by Google

Fridericus Imp. Rom. valde gaudet de electione Pii II. 424.
Funalia aut saltem candelas accensas in manibus portare debent, quotquot interfunt processioni S. Sacramenti. 393.
Funus Episcopi quomodo instituendum. 407.

G.

Aleacius Barrabonem patruum suum capit 431. morbo decedit 434.
Gallia conditio tempore Aretini miserrima 444.
Gambacurta, Petrus, Gubernator Pisanorum 438. interficitur ab Apianensi. 439.
Galero duplici utuntur Episcopi vel Archiepiscopi. 207.
Gebellini Aretium capiunt 427. eorum sedes expugnatur & ad solum evertitur. 430.
Genuenses a Duce Mediolanensi deficiunt 456.
Genuflexiones quænam observandæ sint Episcopo Ecclesiam ingresso 254. it. Canonicis illam intrantibus ibid. it. Prælatis & nobilioribus laicis supervenientibus missa jam inchoata. ibid.
Gestus eorum qui intra chorum sunt uniformes esse debent in peragendis sacris. 211.
Gloria: Sic transit gloria mundi qualis ceremonia in coronatione Papæ 172.
Græca Litteræ v. Litteræ.
Græci multi in Italiam veniunt ad promovendam unionem inter Latinam & Græcam Ecclesiam. 459.
Grana incensi quinque paranda Sabbato Sancto 377. benedicenda 377. 383. & portanda per processionem. 378.
Gregorius XII. v. Cornarius.
Grossos duos argenteos cuilibet Cardinaliorum Prælatis & reliquis distribuit Papa. 185.
Guilielmus Rothomagensis Pontificatum sibi arrogat 413. Æneam Senensem timet & despicit ibid. it. Cardinalem Bononiensem. 414. reum se facit criminis Simoniæ ibid. multa de se prædicans mox precibus mox minis Pontificatum ambit ibid. Æneæ Senen. electionem omnibus viribus impedire conatur 426.

H.

Habitus Papalis, Episcopalis v. Vestis.
Hæreseos se criminis reum facit, qui per Simoniam eligitur Pontifex. 25. D.
Horæ Canonicæ: quibus soleat interesse Episcopus. 305.
Hostia: cum iis, quæ remanserunt in communione generali, quid fiat. 387.

I.

Jesus quum dicitur profundius se inclinare debent omnes, quam quum vocatur nomen Mariæ 316.
Ignis novies parandus & benedicendus Sabbato Sacro. 377. 383.
Imperatoris Romani potestas circa electionem Pontificis antiquis temporibus qualis

Digitized by Google

lis fuerit 140. debet portare caudam pluvialis quo indutus est Papa. 169. 172. Staphani equum adscendenti tenere 181. equum Pontificis per frenum aliquantulum ducere. ibid. sellam, qua vehitur Papa, humeris portare. ibid. aquam administrare Pontifici manus lavanti in Convivio solemni 188. ibique primum ferculum adportare. 190. Græcus ut Rex tractatur non ut Imperator. 189. cum magno comitatu in Italiam venit ad promovendam unionem Græcæ & Latinæ Ecclesiæ 459.

Imperatrix non admittitur ad Convivium Papæ solemne. 191.

Imperium Romanum ex Græcis in Germanos transfertur a Leone III. 140. confirmatur Ottoni a Leone VIII. ibid.

In nomine. Constitutio Nicolai II. 8.

In eligendis. Constitutio Pii IV. 38.

Indulgentia quomodo pronuntiandæ ab Episcopo vel Archiepiscopo, Ecclesiam suam primum ingresso. 204. quomodo promulgandæ a celebrante. 273. non promulgantur in Vesperis. 273 291. quadraginta dierum conceduntur Episcopo vel Archiepiscopo, centum Episcopo Cardinali 273. quando & per quem promulgandæ 274. Formula publicationis ibid. 409. non promulgantur in Vesperis & Matutinis pro defunctis 328. 330. 335. nec in missa vigiliæ nativitatis Christi. 340. dantur Festo S. Sacramenti omnibus, qui interfuerunt processioni 397.

Infamia perpetua notantur qui tractant de novi Pontificis electione alio adhuc superstite. 35. it. qui se occultasse uspiam deprehenduntur in Conclavi 46.

Infans nullus baptizetur in Ecclesia ipsa perotiduum ante Sabbatum Sacrum. 381.

Infirmarii quinam. 82. eorum electio 82. statim post Decanum schedulas scrutinii conficere & in calicem ponere possunt. 88.

Ingressus primus Episcopi vel Archiepiscopi in civitatem suam quomodo instituendus. 202. seqq.

Innocentius, Sulmonensis Pontifex Romanus 435. valde vexatur a Romanis 436. seqq. Fuga Roma egreditur 438. a Romanis revocatur. ibid.

Impensa v. Sumtus.

Inspiratio: quomodo per illam fiat electio Pontificis. 34. 74. 75. 150. hic electionis modus vocatur etiam per viam Spiritus S. 150.

Intercessio ad Intercessiones Principum Secularium non adtenti esse debent Cardinales in electione Pontificis. 48.

Interdictum nullum excludit Cardinalem ab electione Pontificis. 29. C.

Johanna Regina Neapolitana Ludovicum Andegav. ad successionem adoptat 426. capta a Carolo ejus jussu necatur. 427.

Johannes, Papiensis Cardinalis sibi arrogat Pontificatum. 413.

Digitized by Google

Johannes XXIII. Pontifex Romanus 442. non vult haberi Concilium in loco, ubi Imperator plus valeat quam ipſe 444. congreditur cum Sigismundo Imperatore in Gallia ibid. ad Concilium Conſtantienſe proficiſcitur. 445. fuga ſe inde ſubducit, ſed in ea captus Imperatori traditur & deponitur 446. Martinum V. Pontificem agnoſcit. 447.

Judæi obviam procedere debent Pontifici in proceſſione ad Lateranum cum lege. 182.

Juramentum quodnam præſtandum a quolibet Cardinali in ſuffragio ferendo. 55. 87.

Jurisdictio Papalis non exerceri poteſt a cœtu Cardinalium ſede vacante. 27. C. 41.

Jus eligendi Pontificem a Chriſto derivatur. 139. cui competat 140. etiam iis competit, qui tantum adſumti ſunt ad Cardinalatum. 149.

K.

Kyrie eleiſon novies repetitur in celebratione miſſæ ſolemnis. 313.

L.

Ladislaus Caroli Filius, in Italia educatus Hungariam petit 435. inde regreſſus formidabilis fit per Italiam. ibid. Romam occupat 442. 445. profligatur ab exercitu Johannis XXIII. 443.

Laicus poteſt eligi Pontifex, dummodo ſit Chriſtianus & Catholicus 157. Laici omnes poſt Clerum accipiunt cineres & quare. 348.

Lampades ardentes cur in Eccleſia adhibendæ 141. ubi ſint adhibendæ. 142.

Latus per quodnam vertere ſe & convertere debeat celebrans. 258. ſeq.

Laudes qua ratione celebrandæ in matutinis 304.

Lectiones quot & quomodo dicendæ in matutinis. 299. ſeq. quomodo in Veſperis & matutinis pro defunctis 327.

Lectus ſuper quonam collocandum ſit corpus defuncti Epiſcopi. 404.

Legati Principum non admitti debent ad Colloquium Cardinalium clauſo Conclavi. 46. Exſecutores conſtituuntur Bullæ Pii IV. 49.

Librum manibus tenere in choro quando liceat. 211. miſſalis a quo & quomodo obferendus celebranti 259. eo non utatur celebrans præſente Cardinali vel Prælato ipſo ſuperiore. ibid.

Licet de vitanda. Conſtitutio Alexandri III. 20. B.

Licet

Digitized by Google

Licet in Constitutione. Constitutio Clementis VI. 40. seqq. C.
Linus Petri Successor a quo sit electus. 140.
Litania majores fiunt Festo S. Marci. 390.
Littera v. Scriptum.
Litterarum Græcarum cognitionem quis & qua occasione retulerit in Italiam. 433.
Lotio pedum v. Mandatum.
Lucca obsidetur bis a Florentinis. 452. seq. 457. seq.
Ludovicus Andegavensis a Johanna adoptatus in Italiam venit 426. 428.
Ludovicus Andegavensis; prioris Filius Apuliæ Rex salutatur ab Alexandro V. 442.
Ludovico Sabaudiæ Duci valde acceptus est nuncius de Ænea Senensi Papa electo. 424.

M.

Magister Cæremoniarum v. Cæremoniarius.
Magistratus compellare debet Cardinales qui Conclave reliquerunt, ut illud intrent. 29. C. exsecutores constituuntur Bullæ Pii IV. 49. v. Brachium seculare.
Majestatis læsæ criminis reus sit, qui particeps est electionis Simoniacæ 258. D. it. qui tractat de electione Pontificis alio adhuc superstite. 134.
Malatesta Carolus, Gubernator Arimini. 442.
Mandatum seu lotio pedum Feria V. majoris hebdomadis quomodo fiat. 362. seqq.
Mantelletum quodnam vestis genus sit. 200.
Manus unguntur Episcopis in Consecratione ipsorum. 166. quater lavantur ab Episcopo in missa solemni. 235. quomodo ministretur Episcopo ad manuum lotionem. 256. junctis manibus ante pectus Episcopus ad missam, seu Vesperarum solemnia progrediatur. 257. quid circa illas jungendas, disjungendas ac elevandas observandum celebranti 257. seq. 313. illarum lotio publica quomodo fiat ab Episcopo 308.
Martinus V. Pontifex eligitur in Concilio Constantiensi. 446. de eo Cantilenam habet vulgus Florentinus: Martinus Papa quadrantem non valet. 447.
Matutina quomodo celebranda 298. seqq. 301. in matutinis pro defunctis quando & quomodo officium sit facturus Episcopus. 326. celebrantur in

Digitized by Google

vigilia nativitatis Christi. 337. seq. tenebrarum 4, 5 & 6. diei majoris hebdomadis quomodo fiant 356. seqq. in funere Episcopi qua ratione celebrandum 406.

Mensa quo ordine ponendæ, quibus adcumbitur in Convivio Papæ solemni 185.

Ministri Cæremoniariorum quonam fungi debeant officio 212. quales necessarii sint in exercendis functionibus Episcopalibus 232. seq. de libro serviens in missa qualis sit. 307.

Missa de Spiritu S. celebrari debet die ingressus Cardinalium in conclave. 40. 54. 71. 145. duæ singulis diebus in conclavi dicuntur. 150. quomodo celebranda missa sine cantu. 281. seq. Missa solemnis 306. seqq. 325. seq. pontificalis pro defunctis 328. seqq. 335. in dominicis Adventus 336. seq. in vigilia nativitatis Christi 339. feria cinerum 349. dominica Palmarum 355. feria quinta majoris hebdomadis 359. Festo Paschatis 385. 387. seqq. Rogationum fiat Festo S. Marci in Ecclesiis, quæ ipsi non sunt dicatæ 391. v. etiam Officium.

Mitra Episcopalis usus triplex. 251. seq.

Mulieres nunquam admittuntur in Convivio Papæ solemni 191. festo purificationis B. Mariæ candelas benedictas seorsim accipiunt. 343.

N.

NE *Romani.* Constitutio Clementis. v. 27. seqq. C.

Nicanus Cardinalis electionem Æneæ Senensis impedire studet 420. apud electum se ideo excusat. ibid.

Nocturni in funere Episcopi quomodo celebrandi. 406.

Nomen eligendi Pontificis quomodo scribendum in schedula scrutinii 57. quo velit nominari electus exquirunt Cardinales. 154.

Nuncius non debet mitti ad Cardinales in conclavi. 22. B.

O.

O *Bedientia:* ab obedientia Papæ per Simoniam electi licet omnibus impune discedere. 26 D.

Officialium. Cameræ apostolicæ officium sede vacante 42. item Officialium Pœnitentiarii. 43. Conclavis. v. Conclave.

Officium

Digitized by Google

Officium v. vocem illius cujus Officium eſt. varia occurrunt in Eccleſia peragenda feria v. majoris hebdomadis 358. Officium dici pareſceves quomodo celebrandum. 364. 371. 376.
Oleum ſacrum infirmorum, quid circa illud obſervandum. 413.
Oratio quænam uſitata in Conſecratione Pontificis in Epiſcopum 164. ſq. in ejus unctione. 165. ſeq. Coronatione 175. 178. in funere defuncti Epiſcopi. 405. ſeq.
Oratores Principum v. Legatus.
Orbis Lumen vocatur Pontifex 53. item Orbis Rector. 178.
Ordinationis Pontificis Romani dies 157. 162. ordinatio ejus ad Subdiaconatum quomodo inſtituenda. 158. ad Diaconatum. 159 ad Presbyteriatum 159. ſeq.
Ordines quatuor minores accipit Pontifex electus ſi eſt merus laicus 157. ad omnes ſimul poteſt uno die promoveri. 157. ſeq.
Organum quomodo adhibendum in Eccleſia 279. ſeq. ejus ſonus non ſit laſcivus aut impurus 280. quando eo non utantur 281. ejus uſus in miſſa ſolemni. 307.
Ornatus equorum vel mularum, quibus inequitat Epiſcopus vel Archiepiſcopus. 202. 209. Eccleſiarum 236. eſt major vel minor pro celebrantis qualitate. 242.
Os: oris clauſura qualis ſit Cæremonia 73.
Oſculatio manus Epiſcopi aut rei ei oblatæ nunquam fit in miſſa Pontificali pro defunctis. 329.
Oſculum pacis variis modis præbetur 270. nulli Eccleſiaſtico datur niſi ſtanti 271. quomodo detur in Conciliis & Synodis 286.

P.

Pallium Epiſcopale ejusque uſus 249 ſeqq. antequam illud acceperit Archiepiſcopus non poteſt dici electus Patriarcha vel Archiepiſcopus 250. prædeceſſoris pallio non uti debet Succeſſor ibid. cum eo ſepeliri debent Epiſcopi. 251. quomodo imponendum celebranti in miſſa ſolemni. 310.
Palma qua ratione benedicendæ dominica Palmarum 353. quomodo diſtribuendæ. 354.
Papa v. Pontifex.
Papienſis Cardinalis Colloquium cum Æneæ Senenſi de Rothomagenſi Pontifice eligendo. 416. ſeqq.

Digitized by Google

Paramenta omnia debent esse nigra in missa Pontificali pro defunctis, 329. violacea die vigiliæ nativitatis Christi, 337. quomodo sint Festo Purificationis B. Mariæ, 344. 346. violacea sunt feria cinerum, 348. nigra die parasceves, 365. viridia in Dominicis per annum, 389. violacea in Dominicis Adventus & à Septuagesimæ usque ad Pascha, ibid. alba tempore Paschali, ibid. vel alba vel rubra infra octavas festorum solemnium. ibid.

Parasceve quomodo celebranda ab Episcopo. 364.

Passio qua ratione cantanda Dominica Palmarum, 355. it. aliis diebus majoris hebdomatis, 356. die parasceves, 367. 372.

Pastor pastorum vocatur Papa, 53. item Pastor Dominici gregis. 146.

Pax quomodo danda in celebratione sacrorum, 219. non datur in missa Pontificali pro defunctis, 330. pacis osculum, vid. osculum.

Pecunia projicitur super populum in processione Pontificis ad Lateranum, 182. seq. cruci offerenda est die parasceves. 368. 374.

Pedes vel 13. pauperum vel 13. Canonicorum lavantur ab Episcopo die viridium. 362.

Pestis terribilis sævit in Italiæ & Florentiæ absumit 30000. homines. 434.

Petri Successor vocatur Papa, 17. C. 146. Petrus à Christo Successor denominatur. 139.

Philippus Card. Bonon. paribus nemque quinque cum Ænea Senensi votis postulatur ad Pontificatum. 413.

Philippo Burgundiæ Duci Pontificatus Pii II. acceptissimus fuit. 424.

Philippus, Dux Mediolanens. suæ addit dominationi urbem Genuam. 444. 450.

Piccininus, Nicolaus quis fuerit & quid gesserit, 450. seqq. magnis copiis Hetruriam invadit, 460. profligatur à Florentinis. 462.

Picturæ profanæ non esse debent in pannis quibus ornantur Ecclesiæ, 237.

Pileus ruber Cardinalium insigne est aristocratiæ & Majestatis in Eccl. sia. 140. Episcopi quinam. 201.

Pisarum conditio sub Gambacurta & Apianensi, 438. seqq. in Florentinorum potestatem veniunt fame ab iis domitæ. 439.

Pius II. ejus creatio in Papam, 411. quibus grata fuerit, quibus ingrata, 423. seqq. in processione Lateranensi decertatur gladiis à quibusdam sed evadit. 424.

Pluvialis Pontificii caudam quis portare debeat. 169. 172.

Pœna Papæ per Simoniam electi, 25. D. eligentium per Simoniam, 27. D. Cardinalium conclave intrare nolentium, 40. occultantis se in conclavi, 46. eorum qui procedere recusant secundum ordinem præscriptum in processione S. Sacramenti. 392.

Pœnitentiariorum Papæ officium durat etiam eo mortuo, 28. C. eorum potestas & officium sede vacante. 43.

Pœna

Digitized by Google

Pons ligneus in Ecclesia Lateranensi tempore coronationis Pontificis qualis sit 183. Ædificatur Florentiæ ob dedicationem Basilicæ. 456. seq.
Pontifex ex quanam Ecclesia sit eligendus, 17. B. à duabus Cardinalium partibus electus est verus Papa. 20. B. 149. nullo humano judicio judicari potest. 149. recens electus proclamatur, 154. proclamato quid observandum. 154. seq. si non consentiat electioni electus, nova est instituenda. 155. specialis ejus prærogativa est thurificari à celebrante genuflexo. 267. Vocatur Vicarius JESU Christi, 17. C. 146. 178. Successor Petri, 17. C. 146. Rector Ecclesiæ universalis ejusque sponsus. 17. C. Domini DEI Vicarius, 33. D. orbis lumen, 53. Doctor gentium, ibid. Pastor pastorum, ibid. Servus servorum DEI. 53. 70. 97. Pastor Dominici gregis, 146. aulæ cœlestis claviger, ibid. Princeps omnium Christianorum, ibid. Apostolicæ Sedis Præsul, 164. primas omnium, qui in orbe terrarum sunt Sacerdotum, ibid. Doctor universalis Ecclesiæ, 165. Pater Principum & Regum, 178. Rector orbis. ibid.
Pontificatus cur non ambiendus, 31. D.
Populus consensum tantum præbet electioni Pontificis eamque corroborat, 17. B. 140. populorum motus quidam admirabilis in Italia. 432.
Post Scrutinium, quid sit & quomodo fiat. 89.
Potus Cardinalium in conclavi, vid. Victus.
Præguſtatio sive Credentia, 186. ciborum quomodo fiat in convivio Papæ solemni. 190.
Preces, vid. Oratio.
Presbyteri adsistentis officium in vesperis, 215. in missa solemni, 216.
Princeps omnium Christianorum vocatur Papa. 146.
Processio quomodo fiat ad Lateranum, 178. seqq. Episcopi vel Archiepiscopi primum intrantis civitatem suam, 202. quando habenda synodus provincialis. 282. in missa solemni pro defunctis, 330. 332. Festo Purificationis B. Virginis, 344. die viridium, 360. seq. die parasceves, 369. 374. Sabbato Sancto. 378. Festo S. Marci, 390. seq. extraordinariæ, 391. magna Festo S. Sacramenti, 392. seqq. octava die post illud. 398.
Proclamatio Papæ, quomodo fiat. 154.
Prosper Cardinalis Columna Æneam Senensem Pontificem pronunciavit. 420.
Psalmi decantandi sunt in vesperis. 288. 293. 295. in matutinis, 299. in missa solemni. 307.
Purificationis B. Mariæ festum quomodo celebrandum, 341. quomodo si sit titulus illius Ecclesiæ in qua celebratur. 345.
Purpuratus, vid. Cardinalis.

Digitized by Google

Q.

Quadrageſima Dominicis quomodo ſacra celebranda, 352. quinta cooperiuntur omnes cruces & imagines Salvatoris per Eccleſiam. ibid.

R.

Recognitio Schedularum Scrutinii & acceſſus quando & quomodo inſtituenda. 93.
Recognitorum in Conclavi officium, 60. electio, 93.
Regina non admitti debet ad convivium Papæ ſolemne. 191.
Reliquiæ Sanctorum collocandæ ſunt ſuper altari majore exornato. 239.
Reverentiæ quænam obſervandæ Epiſcopo Eccleſiam intranti, 254. Canonicis, ibid. Prælatis & nobilioribus Laicis, ibid. earum ordo, 256. quænam obſervandæ celebranti in thurificatione, 265. nullam faciat oſculum pacis ferens ante datam pacem. 271. 282. ſeq.
Rex debet portare caudam pluvialis Papæ, 169. 172. ſtapham equi tenere illumque per frenum ducere, 181. ſellam qua vehitur Papa humeris portare, ibid. ſervire Pontifici in convivio ſolemni, 185. aquam ſubminiſtrare ad lavandas manus, 388. primum ferculum adportare, 190. Bohemiæ Regi ingratus eſt nuncius de electione Pii II. 42. 4.
Riſus res divina in choro à nemine turbari debet. 211.
Ritus, vid. illam vocem cujus ritus deſcribuntur.
Rochettum quodnam ſit veſtimenti genus, 200. ſeq.
Roderici Vice-Cancellarii colloquium cum Ænea Senenſi de Rothomagenſi Pontifice eligendo. 416. is primus acceſſit Æneæ. 420.
Roma gubernatio ad quem ſpectet ſede vacante, 137. conditio tempore Aretini, 436. bis capitur à Ladislao. 442. ſeq.
Romani arma ſumunt contra Innocentium Pontificem. 436.
Rueia quodnam ſit inſtrumentum & cui inſerviat uſui. 259.

S.

Sabbato Sancto quomodo celebranda ſacra, 377. 383. 385. baptizantur ſi adſunt catechumeni. 381.
Sacramentum Corporis Chriſti non debet collocari ſuper altari in quo celebratur Miſſa aut Veſpera, 337. quando in eo collocandum. 338. thurificandum eſt ſemper à celebrante genuflexo. 267. quomodo portandum in proceſſione

Digitized by Google

ceſſione die viridium, 360. feria paraſceves, 369. 374. ejus feſtum quomodo celebrandum, 392. ſeqq. quomodo portandum ad Epiſcopum ægrotantem. 402. ſeq.

Sacriſta officium in conclavi, 46. habitaculum in illo, 136. officium in Eccleſiis cathedralibus. 213. ſeq.

Salutare quos & quomodo debeat Epiſcopus Eccleſiam intrans. 254.

Salutationes quænam obſervandæ celebranti in ipſa celebratione. 258.

Schedula acceſſus: quid circa eas obſervandum, 76. ſeqq. 89. ſeqq. earum exemplum. 79. 81. quomodo differant à ſchedulis Scrutinii. 90.

Schedula Scrutinii, quid circa illas obſervandum, 76. ſeqq. earum exemplum, 78. 81. oſculantur illas Cardinales ante poſitionem in calicem. 151. 152. in illis uno plures eligere permiſſum eſt. 419.

Scriptum non debet mitti ad Cardinales in Conclave, 22. B. 47. 73. non debet aliquod legi in choro. 211.

Scrutatorum electio, 59. 82. officium. 88. ſeqq.

Scrutinium ſingulis diebus fiat, 40. quomodo per illud fiat electio Pontificis, 54. 76. 151. ſeqq. bis ſingulis diebus peragendum, 60. ejus tres actiones, 76. ſeqq. non fit bis in die. 153.

Scrutinium ſpeciatim ſic dictum, quid ſit. 86.

Secretarium qualis locus ſit. 306.

Sedes Epiſcopalis in Eccleſia deſcribitur, 237. 243. ſeqq. it. aliorum in Eccleſia. 245.

Senatorum XXIV. Collegium inſtitutum eſt Romæ à S. Petro, 139. habuit teſtatem eligendi Papam, 140. quando vocati ſint Cardinales. ibid.

Servus, vid. Miniſter. Servus ſervorum Dei vocatur Papa. 53. 70. 97.

Sforția, vir magnus in bello flumen tranſiens ſubmergitur. 449.

Si quis Papa. Conſtitutio Symmachi. 7. ſeq.

Sigillum bullæ Gregorii XV. adnexum, 65. ſimpliciſſimo uti debent Cardinales in obſignatione Schedularum Scrutinii & acceſſus, 86. Bullæ Urbani VIII. adnexum. 131.

Sigiſmundus Imp. Rom. cum Johanne XXIII. in Gallia congreditur. 444. ad Concilium Conſtant. proficiſcitur, 445. Romæ coronatur, 454. ejus forma atque virtutes. 455.

Signa Schedularum Scrutinii & acceſſus, 82. eorum examen, 91. lætitiæ ſigna eduntur Pontifice electo. 155.

Simonia irritam facit electionem Pontificis, 24. C. ejus criminis ſe reum fecit Cardinalis Rothomagenſis. 414.

Sponſiones ſic dictæ excommiſſæ ſuper electione Pontificis prohibentur. 47.

Digitized by Google

Stallum, quid sit? 294.
Staphum equi Pontificii quis tenere debeat. 181.
Stola: quomodo cum ea ornandus Pontifex modo electus. 154.
Strepitus debet fieri in matutinis tenebrarum. 358.
Subdiaconi habitus & officium, 229. illum altari ministrantem valde decet communicare in Dominicis per annum. 390.
Suffragiorum signa aut contra signa alter alteri dare non debet in conclavi. 47. 60. accessus quando nullum. 57. eorum examen, 91. numeratio. 93.
Summus quot faciendi in exsequiis Papæ, 39. quales fieri possint sedę vacante, 41.
Supplicationes non possunt signari à Cardinalibus sede vacante, 44. multæ signantur à Papa recens electo. 154.
Suspensio Cardinalem non excludit ab electione Pontificis. 29. C.
Synodus provincialis vel diœcesana quomodo instituenda, 283, seqq. in ejus sessione quinam observandus ordo. 286.

T.

Thurificatio in vesperis vel in principio Missæ quomodo instituenda, 263. seqq. in missis pro defunctis, 266. S. Sacramenti, 267. generalis omnium in choro, ibid. quibus competat thurificatio, 268. ejus ordo, 268. seqq. quot ejus ductus, 270. in missa solemni qualis fiat, 320. Sacramenti in missa solemni, 322. castri doloris in missa pontificali pro defunctis. 333.
Thus quale sit & quomodo benedicendum.
Tonsuram primam quinam Papa accipiat. 157.
Tonus: toni collectarum, 276. seqq. simplex non habet variationem, 278. qua voce sint proferendi, 279. quinam confessionis recitandæ electo novo Episcopo. 408. seq.

V.

Vas: circa vas argenteum cum hostiis festo Paschatis quinam sint observandi ritus. 386. seq.
Ubi periculum, Constitutio Gregorii X. 21. B. seqq.
Veneratio prima Pontificis modo electi quænam sit. 154.
Vertere quomodo se debeat & convertere celebrans coram Altari, 158.
Vesperæ quando celebrandæ, 287. quomodo celebrandæ. 292. seqq. quomodo in Dominicis adventus, 336. Festo Adnunciationis B. Mariæ, 399. pro defunctis, 326. in funere Episcopi. 409.

Vestes,

Digitized by Google

Veſtes, quibus utantur Cardinales ad electionem Papæ procedentes, 73. 148. veſtis crocea deſcribitur. 148. Cardinalium veſtes in Conclavi. ibid. Pontificis, 154. Pontificis coronandi, 169. 171. adſiſtentium coronationi Pontificis, ibid. Epiſcopi nuper electi, 200. itinerariæ Epiſcopi vel Archiepiſcopi, 201. eorumdem ordinariæ, 205. Presbyteri adſiſtentis, 215. ſeq. Canonicorum adſiſtentium, 220. 222. 281. Diaconi in miſſa Epiſcopi ſolemni, 223. Subdiaconi in eadem, 229. Miniſtrorum ſervientium Epiſcopo in divinis, 232. Epiſcopi Synodales, 285. aliorum Clericorum Synodales, ibid. Præſidis Synodales, ibid. Epiſcopi celebrantis in miſſa ſolemni, 309. ſeq. in miſſa Pontificali pro defunctis, 329. Feſto Purificationis B. Mariæ, 342. pauperum quorum pedes lavantur die viridium, 362. Epiſcopi ægroti communicantis, 402. corporis defuncti Epiſcopi. 404.

Vexilla quænam & quo ordine portanda in proceſſione Lateranenſi. 179.

Victus miniſtratur Cardinalibus in Conclavi per feneſtram, 22. B. qualis eſſe debeat, 22. B. 31. C. 47. 142. diligenter viſitari debet, 47. 147. quomodo illis miniſtretur 3. primis diebus in Conclavi, 145. quomodo præterlapſis illis. ibid.

Vigiliæ Nativitatis JESU Chriſti quomodo celebrandæ. 337. ſeqq.

Umbraculum, vid. Baldachinum.

Unctio Pontificis in Epiſcopum quomodo fiat, 165. ſeqq. unctionem extremam quis & quando exhibeat Epiſcopo, 405.

Unionis Græcæ & Latinæ Eccleſiæ negotium agitatur Ferrariæ & Florentiæ. 459.

Votum, vid. Suffragium.

FINIS.

Digitized by Google

Errata.

p. 26. videndum lege pro fidendum.
p. 145. l. 1. interpretationes pro interprecationes.
p. 150. l. 21. quam pro æquam.
p. 160. l. 5. parabitur pro parebitur.
p. 260. l. 8. tegant pro regant.
p. 262. l. 21. accepta ab Episcopo pro accepta Episcopo.
p. 271. l. 12. reverentia pro verentia.
p. 319. l. 21. ampullis pro ambullis.
p. 323. l. 4. genu flectit pro genus flectit.
p. 353. l. 3. capite pro capte.
p. 420. l. 16. Prosper pro prosper.
p. 422. l. 12. post Senensis deberet esse punctum.
p. 433. lin. 4. dealbatorum pro de Albatorum.

Reliqua, pauca quidem & nullius momenti B.L. ipse corriget.

Digitized by Google